Venæ sensibiles sunt duarum specierum, scilicet pulsatiles, & non pulsatiles. Sed pulsatiles compositæ sunt ex duabus tunicis, præter vnam. & vnaquæque est similis alterimisi quòd contextura interioris tunicæ tendit in latitudinem, & istæ sunt fortiores: & contextura exterioris tunicæ tendit in longitudinem. Et istæ venæ apparent per viam sensus quòd exeunt à corde: nisi quia exeunt à concauitate sinistra: eo quòd propter propinquitatem concauitatis dextræ hepati necesse est vt sit studiosum cor, vt attrahat nutrimentum ab eodem, scilicet ab hepate. Et illæ, quę exeunt à concauitate sinistra, sunt arteriæ duæ. Vna quarum est minor altera, & habet vnam tunicam tantum: & illa est subtilior, scilicet maiori arteriarum habentium tunicas duas. & minor habens vnam tantum, habet eam tantum, eo vt sit leuis & mollis ad extendendum & adunandum se, & ad attrahendum aerem, & ad expellendum fumum vaporosum. & est amplior, vt adueniat ab ipso ad pulmonem sanguis subtilis, vaporosus, propinquus digestioni ad perficiẽdum se, eo quòd id quod nutrit pulmonẽ, est cor. & quia stat prope ipsum, fert, vel præstat ei calorem digestiuum & suauem. & ad hoc magis, quòd membrum pulsans in ipso est membrum leue, & vocatur in Arabico serint: & non curatur vt noceat ei. Et vena ista intrat pulmonem: & diuisa est in ipso diuisione iam dicta: & vocatur arteria tauridi. Sed alia est maior, magnitudinis maioris valde alterius. & nominatur in lingua Arabica alahor. Et quando hæc vena ascendit, ramificantur ab ipsa duo rami. minor istorum tendit ad concauitatem dextram duarum concauitatum cordis: maior autem circulatur circa cor, & postea subintrat in ipsum, & diuiditur in eodem. Et illud, quod remanet post ramificationes istorum duorum ramorum, diuiditur in partes duas. maior earum descendit versus inferiorem partem corporis, & minor in superiorẽ corporis. Et pars, quæ tendit in superiorẽ partẽ corporis, diuiditur ab eadem, cum ascendit in lateribus duobus in ramos tangentes membra existentia ex opposito eorundem. Et quando exit versus ascellam, exit ab eodem ramus vnus cum vena quæ non pulsat, tendens vsque ad manum * in diuisione eiusdem. Prima diuiditur ab eodem: & iunguntur ab eodem rami parui in lacerto exteriori, & interiori brachij nominati haseth, & cũ hoc sunt profundati & sepulti. Et quando iungitur ad latus marpech, ascendit superius modicum, & eius pulsatio apparet in hoc loco in pluribus corporibus. & vadit de subtus ascellam, et tangit eam, donec descendit aliquantulum à marpech. Et postea profundatur profunditate: & ramificantur ab eadem rami ad modum capillorum: & ipsi coniunguntur in lacertis brachij nominati cahat, donec occupent locum magnum brachij. Et postea diuiditur in duas partes, quarum vna tendit ad rasceth vadens vsque ad zenath superius. & hæc est vena, quæ palpatur à Medicis. Et alia tendit adhuc vsque ad rasceth, & vadit vsque ad zenath inferius. & hæc est minor istarum. Et hęc diuiditur in palma manus: & aliquibus apparent pulsationes in superficie palmæ manus. Et quando hæc particula superior iungitur in loco transitus, diuiditur in duas partes alias. Vna quarum transit venam profundatam, quæ nominatur in Arabico gedehg. & ascẽdit superius donec intret in craneo. & coniungitur ab eodem in suo itinere rami intrantes in membrorum profunditates existentes ibidem. Et quando intrat craneũ, diuiditur ibi in multas diuisiones: & tunc ædificatur ab eisdem res nominata tela, quæ extenditur supra cerebrum. Et postquam est diuisa, coadunatur & profundatur: & tandem exeunt ab hac tela venæ duæ æquales in magnitudine, sicut erant ante diuisionem: & conueniunt ad corpus cerebri, & diuidunturin ipso. Sed vna istarum, & est minor, ascendit supra superficiem faciei & capitis, & partitur super membra ibi existentia. Et aliquibus apparent pulsationes in hac parte post aures, & in temporibus. sed pulsatio apparet prope istas duas venas: & est pulsatio particulæ, quæ est apud venam profundatam: & nominatur hic ramus arteria somni. Sed particula germinata à corde ad inferiora corporis tendit primo per viam rectam, donec appodietur supra marpech quintum: eo quòd locus suæ oppositionis est ex opposito loco capitis cordis. & ibidem existit pulmo absque appodiatione. Demum equitant supra spondilos nuchæ descendendo ad inferiora, & ramificãtur rami ab eodem à lateribus vtrorũq; spondilorum, dextri & sinistri, & coniunguntur membris existentibus ex opposito eorundem. Et ramus primus, qui ramificatur ab ipso, est ramus veniens ad pulmonem. Et post ipsum veniunt rami venientes ad lacertum existentem intus in costis. Et post ipsum veniunt rami ad diaphragma. Et post veniunt rami ad stomachum, hepar, & splenem, et myrach, & intestina, & renes, & vuluam, & testiculos, & vesicã, & virgã. Et exunt ab ipsis rami iungentes lacertos exeũtes ex opposito istorum duorum locorum. Et quando veniunt ad terminum siue ad finem spondilorũ, diuiduntur in partes duas. & quælibet istarum tendit versus vnum ex pedibus per ramos duos magnos ex parte dextra & sinistra, & diuiduntur in ipsos diuisione venarum, nisi quia profundantur. Et eorum pulsationes sunt in lateribus duorum emũctoriorum, quæ in Arabico nominant orbitan: & in latere calcanei, sub duobus ossibus nominatis calcaginei: & supra dorsum pedum prope chordam magnam.

Arteria venalis.

*a. 1. & indicom

De anatomia Venarum non pulsatilium, Cap. VI.

VEnæ non pulsatiles sunt vnius tunicæ præter vnam istarum. Et inuentæ sunt per viam fensus,quòd ramificãtur ab hepate. Et id quod germinat ab eis in primis, sunt venæ duæ. Vna quarum est vltra concauitatem,& illa nominatur porta:& hæc est ad trahendum nutrimẽtum hepati. Alia est,vel exit à gibbositate hepatis: & ista est facta ad deferendum nutrimentum, & diuidendum nutrimentum, & nominatur concaua. Sed porta diuiditur in corpore hepatis in quinque partes. Et ramificantur hæ quinque partes in ramos paruos, donec iũgantur gibbositati hepatis. Et quando exeunt ab hepate,diuidũtur in partes octo. Quarum duæ illarum paruæ sunt:& vna ipsarum iungitur intestino nominato duodeno:& secunda ramificatur ad fundum stomachi in portanario. Sed vna ex sex tendit ad superficiem dorsi partis dextræ stomachi ad nutriendum ipsum. sed pars interior nutritur, in quantum obuiatur stomacho. Et secunda iungitur spleni, & tandem separatur ab ipsa vena vna à latere sinistro stomachi. Et illud, quod remanet, diuiditur in partes duas. vna quarum iungitur medietati superiori stomachi, & splen ad nutriendum eat & secunda iungitur gibbositati stomachi, & ibi diuiditur in partes duas. Vna ipsarum diuiditur à dorso sinistro stomachi: & secunda profundatur vsque ad orificium stomachi t eo quòd proncit ad orificiũ stomachi superfluum siccitatis & acetositatis melancholicæ:quoniam studet splen ad expellendum ipsam cum superfluo ad prouocandum appetitum stomachi sua titillatione. Particula vero secunda diuiditur in partes duas. vna ipsarum tendit ad inferiora medietatis splenis: & secunda pars influit ad myrach, & diuiditur in ipso. Tertia vero ex sex vadit ad latus sinistrum,& ad intestinũ rectum, ad hoc vt fugat ab ipso. Et quarta tendit ad gibbositatem stomachi, & ad myrach. Et quinta tendit ad meseraicas, quæ sunt circa intestinum nominatum colon. Et sexta quasi circa intestinum ieiunum, & orbum. Sed concauæ, scilicet venæ radix eius separatur ex seipsa ad trahendum nutrimentum à ramis portæ. Et post ascendit ab ipsa,vena vna magna in gibbositate hepatis. Et quando ascendit ista vena, non vadit nec elongatur multum, donec diuidatur in duas partes. Et vna istarum est maior, & tendit ad partes inferiores corporis: & secunda ad superiora corporis. Et hæc pars superior tẽdit, vsque dum iungatur diaphragmati. Et ibi diuiditur in duas venas, quæ diuiduntur in diaphragmate: & post comprimunt diaphragma. Et post compressionem diuiduntur ab eisdem venæ minutæ: & diuiduntur in panniculo diuidente pectus in partes duas, & in panniculũ cordis,& in glandulã nominatã chota, & diuiduntur in ipsa. Demum ramificatur ab ipsa ramus vnus,qui iungitur in auricula dextra ex auriculis cordis. Et hic ramus diuiditur in partes tres. Vna quarum intrat in concauitatem dextram concauitatis cordis,& iungitur pulmoni, & habet tunicas duas. & ob hoc nominatur vena arterialis. & hæc est maior omnium aliarum. Et secunda circundatur circa orsum cordis, & extenditur in ipsum totum. Et tertia coniungitur in parte inferiori pectoris, & nutrit pectora ibi existentia. Et quando transit cor, tendit per viam rectam, donec peruenit ad oppositionem duorum tharcotan.(sic enim nominantur in Arabico.) Et diuiditur ab ea in hoc suo itinere in duas, ad ambas suarum partium. & exeunt ab eisdem rami ad lacertos existẽtes ex opposito mẽbrorum interiorũ. Et qñ sunt ex opposito asselliæ, exit ab eis ramus vnus extrinsecus magnus ventes ad manus ex latere asselliæ, & est vena nominata basilica. Et qñ est in opposito in medio tracheæ in loco sui itineris, diuiditur in partes duas: Vna istarũ tẽdit ad partẽ dextram,et alia ad partem sinistrã. Et quælibet istarum duarũ diuiditur in partes duas,& tandem equitat vna ex partibus spatulam, & venit ad manum ex latere dextro: & hæc est vena nominata cephalica. Et adhuc secũda diuiditur in partes duas in vnoquoque latere. Vna quarum vadit,& profundatur,& ascendit in sua profunditate, donec intrat cranium in suo itinere per collum, vsque quo intrat in cerebrum: Et ramificantur ab eadem rami parui cõiungẽtes se membris interioribus propinquis colli. & hæc pars nominatur vena profundata. Sed secunda tendit in superficiem dorsi,donec diuiditur per faciem, & caput,& oculos,& per nares,seu per nasum. Et hæc est vena apparens, & ramificatur à vena spatulari in suo itinere per brachiũ nominatũ hasceth, & diuiditur in nodo marpech. Et post suam diuisionem vena spatularis commiscetur cum parte venæ asselleris,& descendunt & tandem exit ex istis duabus in latere marpech vena, & est vena media seu communis: & dicitur in Arabico hachal. Et pars secunda ex parte venæ spatularis trahitur ad dorsum brachij nominati schahat, id est adiutorium: & demum equitat supra zenad superiorem, & illa nominatur chorda brachij. Et pars venæ asselleris, quæ moratur inferius, vadit per latus intrinsecus brachij ad cahat, donec iungatur capiti zenad superiori: et est aliquid rami venæ existẽtis inter digitum minorem & annularem, & nominatur halarcia. Sed pars tendens ad inferiora corporis equitat spondilos nuchæ, & postea descendit inferius. Et ramificantur in primis ab ipsa rami venientes ad ligaturas renum,& nominãtur in Arabico latint alcolieth, & eorum villos & corpora propinqua eis. Et postea ramificantur ab eisdem rami magni duo intrantes in concauitatibus renum. Et postea rami duo tendentes ad testiculos. Et demum ramificãtur ab ipsis in latere vniuscuiusq; spondili venæ duæ tendentes duobus lateribus: & iunguntur membris interioribus propinquis ei, sicut vulug,& vesicæ: & etiam illis existentibus extrinsecus,sicut myrach, ventris, & lumbis. Et quando iungitur ad finem spondilorum,diuiditur ad partes duas. Vna ipsarum tendit ad pedem dextrum, & alia tendit ad sinistrum. Et tandem ramificantur ab eis rami iungentes lacertis testiculorum. Et aliqui istorum sunt profundi, & aliqui sunt apparentes. Et quando iunguntur genu, diuiduntur in partes tres. Vna partium vadit in medio, & iungitur ramis, qui sunt in vnoquoque lacerto cruris interioris & exterioris. Et alia pars in parte interiori cruris,donec apparet prope calcaneum: & illa est nominata saphena. Et pars secunda vadit vltra apparitionẽ cruris: & illa profundatur ad latus exterioris calcanei. & illa est schia, quæ s. nominatur schiatica. Et ramificantur ab vnoquoque istorum,quando iungũtur pedi, rami diuisi in pede. Et rami, qui sunt pedis ex parte digiti minoris & annularis, sunt ex ramis schiatæ. Et rami pollicum, sunt ex saphena, & nominãtur in Arabico alscasen.

De vena porta.

De vena cõcaua.

De cõcaua superiori.

De concaua inferiori.

Deanatomia

De anatomia Neruorum. Cap. VII.

CApita istorum corporum videntur coniũgi in cerebro vel in nucha: ideo imaginatur seu æstimatur quòd omnia ista exeant ab eis. Et videtur quòd caput nuchæ coniungantur post in posteriori parte cerebri:et pellicula ipsius resistit nocumẽto illius, & durat vsque ad os nominatum hasceth, scilicet cauda. et ideo imaginatur seu æstimatur quòd ipsa oriatur à cerebro. Et iunguntur in nucha in latere vniuscuiusque spondili in vnaquaque parte duo nerui. vnus eorum vadit in partem dextram,& alter in sinistram, donec iungãtur in fine hasceth. Et cõiungitur in fundo ipsius caput vnum vnius nerui, & sic coniũguntur in cerebro paria septem capitum neruorum. Par primum sunt nerui duo. & apparent quasi oriantur vel exeãt à cerebro prope ex opposito duarum carunculorum similium capitibus mammillarum,in quibus fit odoratus:& ipsi coniungũtur in oculis. Et isti duo nerui sunt concaui:& quando diungantur à cerebro,tunc coniunguntur. Et foramen vniuscuiusque istorum tangit foramen alterius:eo vt spiritus aduenientes duabus pupillis oculorum associentur, & vt sit duobus oculis tonus: & vt quasi oriretur prope pupillas oculorum, ad hoc vt appodientur in ipsis. Et diuiduntur,donec sunt intus in cerebro. & demum exeunt, & tendit vnusquisque illorum ad oculum existentem in latere sui. demum coadunatur in humiditate vitrea, vt deferat oculo sensum visus. Et par secundum videtur, ac si natus fuisset post natiuitatem paris primi. & ipse tendit ex eo versus partem dextram,& exit à craneo supra foramen anterioris cellulæ secundæ. Et par tertium mittit cum pari quarto existente post ipsum, & postea separatur ab eodem. Et diuiditur in quatuor partes. Vna istarum exit ab introitu nerui nominati schabachi, & descendit ad ventrem sub diaphragmate. Et secunda exit ex foramine ossis existentis in sodat,& tangit partes quinti. Et tertia exit ex foramine, à quo exit par secũdum. Et diuiditur in partes tres siue ramos. Ramus vnus ex istis tendit ad locum existentem in extremitate oculi, nominatum in Arabico mach,& postea ad tempora,& supercilia,& frontem, & palpebras. Et secundus transit foramen existens prope caudam oculi: & ille est locus nominatus in Arabico barbachi, & iungitur vsque ad ventrem nasi. Et tertius scilicet ramus descendit in concauitate barbachi prope os subtile. Et tandem ramificatur in ramos duos. Vnus tendit ad dentes, & alter ad cutim temporis, & ad extremitatem nasi, & superioris labij. Et quarta, scilicet pars, exit à foramine existẽte in mandibula superiori ad linguã, & transmittitur in cutem ipsius proprie ad dandum sibi sensum suum, scilicet saporem suum. Et residuum ipsius diuiditur in radices dentium inferiorum, & gingiuas, & i labiũ. Et natiuitas paris quarti est post natiuitatem tertij paris. Et diuiditur in palatũ ad dãdum ei sensum appropriatũ ibi, & est sapor. Et par quintum duplicatur: & exit ab ipso par vnum ad aures ad dandum eis auditum, & ipsum nascitur à parte posteriori cerebri:& par nerui mãdibulæ exit à foramine nominato orobo. & in isto neruo est odoratus. Et paris sexti extremitas vadit ad gulam,& ad linguam. Et extremitas alia vadit ad lacertum existentem versus spatulam & circa ipsam. Et eius extremitas descẽdit in collum: & ramificantur ab ipsa in suo itinere rami cõiungentes se aliquibus lacertis epiglottidis. & qñ dematur pectori diuidũtur adhuc ibidem. & tandem redeũt adhuc extremitates suæ ad superiora, donec iungantur lacerto epiglottidis. Et diuiduntur aliquæ ipsorum extremitates in diaphragma prope cor, & pulmõnm. & meri,& partes existentes circa ista. Et residuum istarum,et maior pars ipsarum vadit,donec comprimant diaphragma. Et coniungũtur in orificio stomachi maior pars ipsarum. Et residuum conũgitur pellicule hepatis,& splenis,& residuitatibus intestinorum. & coniunguntur ipsi ibi aliquæ partes paris tertij. Et ipsum scilicet par oritur à posteriori parte cerebri, & coniungitur quinto. Demum diuiditur ab ipso: & exit à loco futuræ nominatæ in Arabico aldaroallami. Et par septimũ incipit à posteriori parte cerebri à loco natiuitatis nuchæ, & diuidit in lacertũ linguæ epiglottidis. Et videtur sensibiliter quasi vt exeant seu nascantur paria ex nucha trigesimaprima neruorum. Et vnus, scilicet nerius, est absque socio sibi opposito. Et paria octo ipsorum exterunt intus ex spondilis colli. Et duodecim paria ex spondilis nuchæ ad locum oppositionis dorsi in directo pectoris. Et paria quinque ex spondilis nominatis alchacam, & ista sunt in inferiori parte dorsi. Et paria tria ex osse aggez. Et tria ex osse * asse, scilicet caudæ. Et alterum non habens oppositum exit ex medietate extremitatis ossis nominati * allem, scilicet caudę. Et par primũ exit ex foramine iunctũræ primæ iuncturarum colli: & ascendit vsquequo diuidatur in lacertos capitis. Et secundum par exit ex foramine existente in iunctura prima & secũda. Et tandem separatur in duas partes, & iungitur extremitas ipsius in cute capitis, & extremitas alia in lacertis colli,& in lacertis spatulæ. Et tertium par ipsius exit ex foramine existente inter iuncturam secundam & tertiam. Et diuiditur in partes duas. vna tendit ad lacertos existentes in dorso: & alia vadit versus partem anteriorem. Et diuiditur in lacertũ positũ ex opposito ipsius,& in existentẽ supra ipsum. Et quartum exit inter iuncturam tertiam & quartam. Et diuiditur in partes tres. vna quarum tendit ad diaphragma: & alia ad extremitatem lacerti existentem in capite & in cerutce: & extremitas alia ad extremitatem lacerti spatulæ. Et quintum oritur inter spondilũ quartum & septimum. Et sextũ oritur inter spondilum quintum & sextum. Et septimum inter spondilum sextum & septimum. Et octauum inter spondilum septimum & octauum. & ibi est finis nodorum colli. Et nerui descendentes ab istis, omnes sunt diuisi in partes: quarum ipsarum partium vna vadit ad lacertos pectoris & cerutcis: partes altæ vadunt ad lacertos dorsi & diaphragmatis: præter paris octaui, cuius aliquid non tendit ad diaphragma: & reliquæ partes tendunt ad hasceth, & brachiũ, & spatulã. Sed paris sexti quædam pars tendit ad lacertum spatulæ, & pars alia ad hasceth. Et septimi pars vadit ad lacertum existentem in hasceth. & alia pars diuiditur in cutim reliqui hasceth. Et aliquid octaui paris transmittitur in cutim brachij. & extremitas sustendit ad lacertum brachij. Et par nonum exit inter spondilũ octauum & nonum: & illud est principium spondilorum dorsi. Et diuidit vna suarum extremitatum in lacertũ existentẽ intus in costis: & alia extremitas in lacertũ dorsi: & alia extremitas descendit ad spatulam, & extenditur in ipsam. Et par decimum exit inter spondilum nonum et decimum. Et pars vna ipsius vadit ad cutim hasceth. Et residuum diuiditur. & pars vna ipsius tendit versus faciem: & diuiditur in lacertũ existentẽ in costis, & in lacertũ inuestitũ supra pectus. & alia diuiditur in lacertũ dorsi & spatulæ. Et per hanc viam est exitus neruorum, & diuisio ipsorum, s. par vnum inter iuncturas duas vsq; ad complementum

De neruis cerebri.

De neruis nuchæ.

*hasceth

*hasceth

tum duodecimi paris, donec exeant ad par complés viginti paria ex corpore spondili, qui sunt decem & nouem. Et postea exeunt paria ex alchatini ex corpore totius cerutis. par vnum vsq; ad complementū quinque parium. & partes ipsorum tendunt ad anteriora, et diuiduntur in lacerto existente supra vētrem: & aliquæ diuiduntur in lacerto existēte supra lumbos, & miscentur in partibus tribus existētibus supra ipsum nerui descendentes à cerebro. Et à paribus duobus existentibus sub istis tribus descendūt ab ipsis rami magni ad crus, donec descēdāt ad extremitatem pedis. Et demum oriuntur paria tria ab osse haggeg, ex vnoquoque foramine par vnum, principium eorum est à spondilo vigesimoquinto. Et demum exeunt paria tria ex osse caudæ, nominato in Arabico hascech. Et solus absque socio, generatio ipsius prima est inter os tertiū ossis haggeg, & os primum ossis hasceh, scilicet caudæ, quod est os caudæ. Et postēa secundū istum ordinē inter duos spondilos par vnum vsque ad finem trium parium, et solus oritur ex fine caudæ, & etiam ista sex paria: par primum miscetur cum paribus venientibus ad crura, & residuum ipsorum diuiditur in lacertos ani, & veretri, & vesicę, & vuluæ, & pelliculas ventris, & in partes venientes ab osse vmbilicali, et à lacertis venientibus, vel orientibus ab osse haggeg.

De Ligamentis. Cap. VIII.

ET ligamenta, quæ sunt nominata in lingua Arabica rebathat, eius corpus est vel eorum medium inter corpus ossis & corpus musculi. & eorum ortus est inter extremitates nodositatum ossium.

De Chordis. Cap. IX.

CHordæ, quæ nominantur in Arabico bauthar, sunt mediæ inter ligamenta & neruos. Et earum ortus fere naturaliter est ex neruo veniente ad lacertum, et à ligamento orto ab osse.

De Carne. Cap. X.

CArnis tres sunt species. Vna est caro mixta cū neruo & chorda. & illa nominatur lacertus siue musculus: & illa est maior pars carnis totius corporis. & hæc ero memoratus in capitulo membrorum officialium. Secunda species est species carnis puræ. & in hac sunt multa ligamenta: & hæc est minor species corporis. Tertia species est carnis glandulosæ. & caro pura est ilia, quæ est in capite membri, scilicet veretri. & illa quæ est in loco occulto dorsi: & ex illa est caro exiens inter dentes. Sed caro nominata glandulosa est caro tolticolorum, & mammillarum. & ex illa est etiam in radice linguæ. & ex illa est caro exiliens in fubalcelis, & in duobus emunctoriis nominatis in Arabico orbitam, & quæ est post aures, & in collo. & istius speciei est caro, quæ est inter intestina & neruos.

De Villis. Cap. XI.

SEd de villis eo memoratus, cùm ero rememoratus membra compolita existentia intus in corpore reseo quia ille est locus conuenientis rememorationis ipsorum ibi.

De Humoribus. Cap. XII.

ET humores apparentes in corpore humano sunt quatuor, scilicet sanguis, phlegma, cholera, & melancholia.

De Simplicibus membris. Cap. XIII.

ET simplicia membra sunt cutis, vngues, & capilli. & hoc est manifestum.

De Spiritu. Cap. XIIII.

SPiritus duo sunt, scilicet spiritus apparens in corde, & spiritus apparens in cerebro. sed spiritus in hepate non apparet per viam sensus. Et hæc sunt verba dicta supra simplicia membra, quæ sufficientia esse videntur in hoc loco. & qui volunt amplius addere, addant. Et nunc redibo ad loquēdum supra officialia membra: & incipiam à membro simpliciori omnium ipsorum: & istud est lacertus, siue musculus.

De Lacerto. Cap. XV.

LAcertus est corpus compositum ex carne tubea, & ligamentis, & neruo, ascendentibus supra ipsum. Et ipse est induens ossa, ligatus ligaturis ascendentibus ab ossibus. & istud est, quando neruus coniungitur supremæ extremitati ipsius lacerti. tandem diuiditur in partes: & miscetur exituræ carnis lacertus, & germinat in osse posito sub lacerto ligaturam, & miscetur cum nerno & carne: & demum ex omnibus istis exit corpus vnum nominatum lacertus. Et quādo partes nerui veniunt ad extremitatem inferiorem lacerti, tunc adunatæ sunt partes nerui ad partes ligamētorum solum absque alia ammixtione carnis: & tandem exit ab istis corpus nominatum chorda. & hæc chorda tendit, donec ligatur extremitati interiori illius membri. Et omnes lacerti secundum intētionem Galeni existentes in corpus sunt. 529. Et dictum est, quòd hęc corpora variantur in forma, in quantitate, & in compositione. & quando virtus ab istis germinatur, chordæ in forma compositionis ipsorum tandem variātur in quantitate: quoniam aliqui sunt magni, & aliqui parui. magnus est sicut lacertus positus supra coxam: & paruus est sicut lacertus positus supra oculum. Et variatio ipsorum est in forma, quòd tales sunt ex lacertis, quorum caro ipsorum non miscetur cum nerno. & variatio ipsorum est in chordis oriētibus ab ipsis: quoniam tales ex ipsis sunt, quod chorda oritur ex duobus lacertis. & tales sunt, à quibus ambobus ab vnoquoque eorum oriuntur chordæ duæ, vel tres. & hoc est, secūdum quod commemoreis. Sed variationes ipsorum ex parte oppositionis ipsorum sunt, quod aliqui ipsorum opponitio sua est in directo membri, & aliqui non. Et si deberemus loqui in vnoquoq; lacerto lacertorū, hæc verba essent prolixa valdenec essent huic arti multum necessaria, hoc est ad medicinandum per cibos & medicinas: sed chirurgicis, id est operātibus cū ferro magnum esset iuuamentum. Et dico adhuc, quòd post terminationem istarum rerum parium lucrum cōsequeremur. Et ego narrabo de neruis, quādo ero locutus iuuamentum ipsorum in libro Sanitatis.

De forma Capitis. Cap. XVI.

FOrma capitis naturalis est rotunda, habens aliquam planitiem in vtroque latere: ac si imaginatus fueris formam cercam rotundam esse compressam in vtroque latere. Habens intrinsecus concauitates coniungentes se adinuicem: & nominantur cellulæ cerebri. & sunt duæ existentes in parte anteriori cerebri, & vna in medio, & alia in posteriori parte. Et prope cōiūctionem istarum cellularum, scilicet partis vnius cū altera, sunt corpora formata formis talibus, vt sint conuenientes in aliquo tempore ad claudendum, vel ad aperiendum.

ad aperiendum. Et insunt cerebro duæ additiones germinatæ à duabus cellulis anterioribus similibus duobus capitibus mammillarum, deriuantes vsq; ad os nominatum colatorium. & istud est os perforatum foraminibus multis: sed non per viam rectā, sed obliquam. & locus istius in craneo est locus, cui coniungitur extremitas nasi. Et ex pānículis duobus cerebri vnus ex istis est fortis & grossus, & alius est subtilis. Subtilis coiunctus est cerebro, & nominatus est capitis secundina vel secunda. & assimilatur secundinæ, eo quòd in ipso sunt nerui & venæ, ex quibus nutritur cerebrum. & ipse continuatur cerebro in aliquibus locis. Et panniculus grossus coniungitur craneo: & etiam cerebro coniungitur in aliquibus locis. Et hic panniculus fortis perforatus existit foraminibus multis i locis duobus. Vnus locus est in fatere foraminis extremitatis nasi, & nominatus est colatorium, & alter est prope os existens in palato. & istud similiter est perforatum & sub cerebro.

Et sub panniculo grosso est retis, quæ in Arabico nominatur alagema, quæ est ex arteriis ascendentibus caput. Sed nuchę spondylia ipsam cooperiunt, sicut os cranei cooperit cerebrum. & ipsa circundatur à duabus pelliculis exeuntibus à duobus panniculis cerebri, & ex ipsa oritur neruus, qui et coniungitur.

De forma Oculorum. Cap. XVII.

Idem. s. huius cst Prima tunica

FOrma oculi composita est ex septem tunicis & tribus humoribus. Prima ipsarum est, quę prope craneum moratur, & est tunica pānosa. & eius ortus est ex panniculo grosso existente in cerebro, & nominatur tunica fortis, et in Arabico nominata est alhuocha alsalba. Et post ipsam versus partem exteriorem est altera tunica pannosa. & eius ortus est ex panniculo subtili existente in cerebro. & nominatur secunda vel secundina, & arabice almisisma. Et post istam est tunica retina. & ortus eius est ex aia musculi exeuntis à cerebro, & est concauus. Et post istam in medio istius panniculi est corpus vnum molle & humidum, nominatū humor vitreus, & in Arabico alzegia. Et in medio istius corporis est corpus vnum sphæricum habens aliquam latitudinem simílem grandini in claritate & albedine. & hæc humiditas nominatur grandinosa: & est corpus profundatum in humiditate vitrea vsque ad medietatem. Et post aliam medietatem existentem versus partem exteriorem, scilicet aeris ab humiditate grandinosa est vnum corpus simile telæ aranex. & illud est in vltimo claritatis & tersionis: & nominatur tela aranea, & in Arabico haantebuthia. Et post istam versus partem exteriorem existit humiditas vna simdis albugini ouı: & nominatur humor albugineus. Et ascendit supra istam humiditatē versus partem exteriorem corpus vnum subtile asperum, nominatum in Arabico maciuāru, versus albuginem ex parte exteriori. & color eius variatur in corporibus: eo q; alicui est valde nigrum, & alicui minus, & alicui est coloris calcedonij. Et in medio versus grandinosam est foramen vnum, quod quandoque dilatatur, & quandoq; constringitur, vice vna post altam, secūdum quòd conuenit humiditati grandinosæ, quādo est habens lucem: quoniam constringitur in magna luce, & dilatatur in parua. Et istud foramē nominatur oculi pupilla. & hæc tunica nominatur tunica pupillina. Et post istam est coopertura vna corporis vnius grossi, & fortis, & clari, scilicet coloris celestis, simile cœlo, factum ad modum cornu albi, & nominata est tunica cornea, & color eius existit ad modum eius tunicæ, quæ existit sub ea. Et ascendit supra istud, corpus vnum valde album nominatum coniunctiua: præter quòd non cooperit locum nigredinis oculi: & istud nominatur albedo oculi. Et eius ortus est ex pellicula, quæ est versus os exterioris cranei. & ortus corneæ est ex tunica fortis. & ortus vuę est ex secundina. & ortus aranex est ex retina.

Secunda.

Tertia.

Primus humect.

Secund⁹ humor.

Quarta.

Tertius humor.

Quinta.

Pupilla.

Sexta.

Septima.

De forma Nasi. Cap. XVIII.

FOrma nasi sunt duæ viæ diuidentes se in partes duas. Vna earum deriuatur ad extremitatē oris: & alia ascendit desuper, donec tungatur ossi simili colatori, quod compositum est versus duas adeptiones anterioris partis cerebri similium capitibus mammillarum, & istæ viæ circundant ex vna pellicula grossa orta ex pellicula oris.

De forma Auris. Cap. XIX.

VIa auris est in osse petroso: & ideo nominantur in lingua arabica agari. Et in ipso sunt viæ obliquæ multæ. & rēdunt taliter per viam tortam, donec iungantur musculo quinto orto à cerebro, à quo oritur pellicula extensa supra os petrosum. Sed corpus chartaginosum existens exterius, est auricula nominatum, & istud est manifestum.

De forma Linguæ. Cap. XX.

LIngua est caro mollis & alba inuoluta venis multis & paruis, in quibus est sanguis. Et sunt venæ in ipsa, & arteriæ, & musculi in quantitate maiori vltra quòd suæ magnitudini videtur conuenire, & ipsa cooperitur pellicula oris. Et sub ista duo existunt orificia ingentia vsque ad carnem glandulosam ipsius, quæ est posita sub radice ipsius.

De extremitate Oris. Cap. XXI.

EXtremitas oris tendit vsque ad istas vias. Vna ex parte anteriori: & illa nominatur canna pulmonis. Et alia posita est post ipsam ex parte cerucis supra spondylia colli: & hæc nominatur meri. & per istam transit cibus & potus. Sed per viam cannæ pulmonis transeunt spiritus, & intrant, & exeunt per viam anhelitus. Et positum est supra viā istam cooperitorium vnum ad cooperiendum ipsam in hora deglutiendi, vt aliquid non possit subintrare de eo, quod deglutitur. quia si aliquid subintrat, incontinent prouocatur tussis. Et iam præparatum est in hoc loco instrumentum vnum, in quo est vox, versus orificium cannę pulmonis. & istud instrumentum est membrum nominatum epiglottum, & in arabico haugera. & ipsum est compositum ex tribus chartilaginibus compositione pulcra conuenienti esse vocis. ideo vt sit ædificata & fabricata ex istis tribus chartilaginibus zampogna vna, vel fistula similis zampognæ fistulę, scilicet & flatboli. Et in concauitate istius zampognæ est corpus simile linguæ fistulæ: & in istis locis sunt lacerta multa, vel secreta multa.

De anatomia totius Ventris. Cap. XXII.

SCias quòd concauitas totius vētris existentis sub osse tracheæ vsque ad os lumbi diuisa est in duas magnas partes. Vna est superius cooperiens pulmonem & cor, & secunda est inferius cooperiens stomachum, & intestina, & hepar, & splen, & fel, et renes, & vuluam, & vesicam. Et diuidūtur istæ duæ concauitates mēbro vno nominato diaphragma, & istud diaphragma incipit à capite pectoris tendēs per diametrū inferius ad vnumquodque duorum laterum donec de-

fluctur.

riũtur.xp̃. spondyli nuchæ. & istud est diuidens inter superiora et inferiora. Demum concauitas superior diuiditur in partes duas, & illæ partes diuiduntur vno medio, quod transit per medium illarum partium, donec iungatur spondylibus nuchę. Et hęc concauitas superior tota nominatur pectus, & terminus ipsius est à superiori parte duorum tracheæ vsq; ad diaphragma, quod diuidit superiora ab inferioribus. & hæc est forma pectoris.

De anatomia Pulmonis, & cannæ eius. Cap. XXIII.

CAnna pulmonis incipit ab extremitate oris, sicut diximus. & quando descendit sub trachea diuiditur in duas partes. & quælibet pars ipsarum diuiditur in pluribus partibus: & circa ipsas ædificata & fabricata est caro pulmonis. & iterum ædificata est ex omnibus istis cannis diuisis, & venis existentibus sub ipsis caro pulmonis, & caro ædificata & fabricata circa ipsas est corpus pulmonis. medietas vero pulmonis est in concauitate dextra, & medietas alia in concauitate sinistra. Et canna, scilicet ipsius pulmonis præparata est et composita ex chartilaginibus in forma annulorum: sed non sunt annuli cõpleti, eo quòd in quantitate partis tertię annulorum ipsorum extremitatibus suis coniũgitur pellicula vna tẽdens per viam rectam: & coniungũtur isti annuli simul villis & ligaturis multis. Sed isti annuli proprie sunt dúri et chartilaginosi, et gibbositates istorum annulorum sunt versus partem exteriorem corporis, & possunt palpitari manibus, scilicet pellicula coniungens annulos per viam rectam. Sed locus rectus ipsorum coniunctus est meri. Et hoc est, ac si imaginatus fueris in corde tuo fistulam vnam vnius cannę. & tertia pars incisa sit in longitudinem, & partes duę integrę remaneant, & pars tertia incisa in longitudinem contuncta sit glutine cum charta vna cũ ambabus extremitatibus linea recta siue perpendiculari. & tandem intelliges cannam pulmonis per viam conuenientem & rectam.

De anatomia Cordis & forma eius. Cap. XXIIII.

FOrma cordis est rotunda ad modum pineæ, quæ in Arabico nominatur femiara. sed est transuersa, eo quòd acutas cordis existit versus inferiora corporis, & radix versus superiorem partem corporis. Et habet pelliculam vnam grossam circundantem ipsum: sed non contingitur tota versus radicem. Et positum est in medio pectoris: sed caput eius, scilicet acutas tendit magis ad partem sinistram. Et arteria magna oritur ex ista parte, scilicet sinistra. & ideo apparet pulsus maior in ista parte. & propter hoc imaginantur aliqui, ꝙ cor sit positum in ista parte. Et habet cor concauitates duas magnas, vnam ex parte dextra, aliam ex parte sinistra. Et versus radicem suam est res vna similis chartilagini: & ipsa est quasi fundamentum totius cordis. Et à concauitate dextra ad sinistram sunt viæ. Et in concauitate dextra sunt orificia duo. Vnum ipsorum est orificium venæ coniunctæ hepati, quæ oritur ab hepate secundum Gal. & a corde secundum Arist̃ote. Et supra istud orificium sunt pelliculæ tres aperientes se, seu dilatantes in ora introitus sanguinis in ipsum, & demum clauditur claulione conuenienti. Et orificium secundum est orificium venæ contungens se ex ista concauitate in pulmonem, & est vena vna, quæ nõ pulsat, eo quod tunicæ ipsius sunt grossæ ad similitudinem arteriæ, & istud orificium habet pelliculas aperientes se extra, & non intus ex aduerso pelliculaꝝ alterius orificij. Et in concauitate partis sinistræ sunt duo orificia, vnum est orificium arteriæ magnę, & habet pelliculas tres aperiẽtes se intrinsecus versus partem exteriorem. & secundum est orificium arteriæ coniungentis se in pulmone. & supra istud orificiũ est pellicula vna, aperiens se intus & extra. Et habet coradditiones duas similes auribus, vna ex parte dextra existit, & altera in sinistra. Et pulmo est volatizans supra cor, & cor habet texturas multas variantes se in oppositione.

* al. l. nunc

De forma Stomachi & Meri. Cap. XXV.

IAm diximus quòd i extremitate oris sunt vię duę: vna est via animæ, scilicet aeris ad pulmonem: & secunda est via cibi & potus per meri. & hoc vocatur meri. Et istud compositum est ex duabus tunicis. vna est extrinsecus & est carnosa, & textura ipsius tendit in latitudinem. & alia est intrinsecus, & est* neruosa, & textura ipsius tendit in longitudinem, & aliquid ipsius tendit per diametrum. & ipsum positum est in posteriori parte supra spondylia colli, & ipsum elongatur, & descendit infertus, donec transeat diaphragma, & ligatum est spondylibus & villis ipsum ligantibus. Et quando transit diaphragma dilatatur, & fit ex ipso stomachus, & tendit aliquantulum versus partem sinistram. & ideo dicitur quòd caput stomachi quiescit in parte sinistra, et fundum in parte dextra. imagina ergo in corde tuo cucurbitam vnam rotundam habentem collum longum, & cum ipsa iungatur collum aliud, & sic intelliges formam stomachi & meri, nisi quòd stomachus existit à latere versus deorsum aliquantulum longus. & vnum ex duobus capitibus ipsius stomachi superius est meri, & inferius est principium intestinorum, & nominatur portanarium, & in Arabico albeb. Et ipse, scilicet stomachus est ligatus spondylibus, & etiam cum aliquibus intestinorũ fortibus ligaturis sustinentibus ipsum. Et corpus stomachi cõpositum est ex tribus tunicis, textura vnius tendit in longitudinẽ, & alia vadit per diametrum, & illa est intrinsecus: & est illa tunica, idest nẽruosa, & exterior est carnosa, & textura ipsius tendit in latitudinem.

* al. l. musculosa.

De forma Intestinorum. Cap. XXVI.

INtestina composita sunt ex duabus tunicis. & habent texturam tendentem in latitudinem solum, & super tunicam interiorem adest viscositas, nominata in Arabico lasuen. inuestita ex ipsa inuiscatione, siue viscositate à natura. Et omnia intestina sunt sex: tria minuta, & sunt superiora, & tria grossa, & sunt inferiora. Et principium minutorum est intestinum cõiunctum fundo stomachi nominatum duodenũ. Et post ipsum est intestinum nominatum ieiunũ. & ista duo sunt erecta in longitudine corporis, & orificia istorum coniunguntur in hepate plus aliis intestinis. Et post ieiunum est intestinum nominatum gracile: & ipsum reuolutur reuolutionibus pluribus. & latitudo istorum trium intestinorum est ad modum vel ad quantitatem latitudinis portanarij. Et post ista est intestinum nominatum orbum, & istud intestinum est latum non habens transitum nec iter, sed simile est fisculo vel marsupio. & qa non habet nisi vnum os, ideo per ipsum intrat, & exit quicquid intrat & exit: & ipsum est in parte dextra positum. Et post istud est intestinũ nominatum colon, & incipit à parte dextra tendens per latitudinem ventris ad partem sinistram. Et post istud est intestinũ rectum. & istud intestinum rectum habet concauitatem amplam, in qua coadunantur fęces, sicut vrina in vesica coadunatur. & super orificiũ istius est lacertus vrinę.

* al. l. musculosa.

De forma

De forma Hepatis. Cap. XXVII.

HEpar positum est in latere dextro costarum superiorum ex costis superioribus. Et forma ipsius est forma lunæ. & est habẽs concauitatem in parte lateris stomachi, & additamẽta. & aliquibus insunt quatuor, & aliquibus quinque. & ipsum est cooperiens supra latus dextrum stomachum. Et gibbositas ipsius est versus diaphragma. & est ligatum ligamentis coniungentibus se pelliculæ existenti supra ipsum. Et oritur à cõcauitate ipsius hepatis canale vnum nominatum ianua hepatis. & forma ipsius est forma venæ, nisi quia est non habens sanguinem. & illud canale est diuisum in partes: & illę partes sunt partes multæ in quantitate multa. & veniunt ex ipsis, scilicet partibus partes multæ ad fundum stomachi, & ad intestinum nominatum duodenum. & multæ etiam partes ad intestinum veniunt ieiunum, & demũ ad residuum aliorum intestinorum, donec iungantur intestino recto. Et istud canale, quod est in porta hepatis, diuiditur etiam in partibus interioribus ipsius hepatis ad partes minutas, scilicet ad venas capillares similes capillis. Et à parte gibbositatis hepatis apparẽt vena magna, à qua omnes venæ totius corporis exeunt, sicut diximus in anatomia venarum. & radix ipsius venę diuiditur ab hepate ad partes minutas similes capillis, & obuiatur in partes diuisas à canali nominato porta. Et nutrimentum chymosum intrat in hepate per suam ianuam, & in illis venis decoquitur, donec redeat ad sanguinem, et demum exit per illam venam magnam existentem in sua gibbositate.

De forma Splenis. Cap. XXVIII.

FOrma splenis est longa. Et positus est in parte sinistra ligatus ligamentis coniungentibus pelliculę existentibus supra ipsum. & est continuatus stomacho ex vna parte, & ex alia parte costis posterioribus. Et oriuntur ab ipso conducta duo: vnum ex ipsis coniungitur ori stomachi, & aliud cõiungitur in hepate versus concauitatem.

De forma Fellis. Cap. XXIX.

FEl positum est in hepate, & habet vias duas: vna coniungitur in concauitate hepatis, & alia ramificatur, & coniungitur inferioribus intestinis, & in fundo stomachi.

De forma, & anatomia Renum. Cap. XXX.

DVo renes positi sunt in latere duorum laterum spõdilorũ nuchæ prope hepar, & ren dexter est in altiori loco rene sinistro. Et vnumquodque habet colla duo. vnum ipsorum coniungitur in vena magna ascendente à gibbositate hepatis, & aliud descẽdit inferius, donec coniungatur in vesica coniunctione mirabili. & istæ duæ viæ, scilicet ista duo colla, nominantur in Arabico alalbin.

De forma Vesicæ. Cap. XXXI.

LOcus vesicæ est inter anum & vmbilicum, qui locus est nominatus in Arabico ana. [a] Et cõposita est ex duabus tunicis: & in orificio sui est lacertus vrinę, & ab istis duabus viis tendunt per diametrum, & vadunt etiam per lõgum, donec transeant infra in vesicam. & oritur ab ipsis corpus vnum similę pelliculæ, quæ aperit vesicam, & claudit eam ex parte renum. & istud est sine dubio, vt aliquid non redeat de vrina ad renes.

[a] Vesica ẽcõposita ex duabus tunicis. Gal. 13. de vsu part. c. 1. g hoc sane intellige ifam Auic. 1. 3. tract. 21. c. 1.

De anatomia Myrach, & Zirbi. Cap. XXXII.

MYrach, quod etiam in Arabico nominatur Myrach, habet sub lacerto existente in ventre sub ventre pelliculam vnam, & est plana. & post istam est coopertorium, & post sunt intestina. Et tunamentum istius pelliculæ est ad obuiandum, ne intestina simul commisceantur, sicut fit in ægritudine in Arabico nominata sachot. Et tunamentum coopertorij est ad calefaciendum intestina. & de istis ero locutus largius in libro Sanitatis.

De anatomia Veretri, & Testiculorum. Cap. XXXIII.

ORitur ex osse vmbilicali corpus neruosum, musculosum, amplum, & multarum concauitatũ. & sunt sub ipso arteriæ multæ & latæ, vltra id, quod conueniret suæ magnitudini. & istud corpus est verectrum. Et oriuntur à pellicula viæ duæ nominatæ in Arabico albarbach, & demum ramificatur & generat ex ipsis pellicula, scilicet bursa testiculoꝝ, et etiam testiculi. & veniunt à latere interiori ex parte venarum inferiorum rami habentes inuolutiones & ligamenta multa, & circundantur carne glandulosa alba. Et habent testiculi vias duas venientes ab ipsis ad veretrum.

De anatomia Mamillarum. Ca. XXXIIII.

MAmmilla est composita ex arteriis, venis, & musculis: & est repleta carne glandulosa alba. & istæ arteriæ & venæ diuisę sunt in mammillis in partes multas minutas, & reuoluũtur, & torquentur reuolutionibus, & tortionibus multis.

De anatomia Vuluæ. Cap. XXXV.

VVlua posita est inter vesicam & intestinum rectum: sed est superans vesicam ex parte superiori, & ligata est ligaturis lenibus: et ipsę sunt musculosæ, vt de facili possint extẽdi, & dilatari, & coadunari, & constringi. Et habet cameras duas iungentes in vno orificio. & quælibet istarum camerarum habet loca cõcaua, et nominata sunt in Arabico aluech. & ista sunt orificia venarum, vnde sanguis menstruus transit in vuluam. Et post illas, scilicet duas cameras sunt additiones, quæ testiculi duo mulieris dicuntur, & sunt minores testiculis virorum. Et id, quod superat ex vulua, durat vsque ad orificium ipsius, quod nominatum est in Arabico fereg. habet additamenta prohibentia ipsum à frigore. Et orificium vuluæ virginis est crispũ. & ex crispitudine illa oriuntur venæ minutæ habentes pelliculam vnam contextam duabus texturis: vna tendit in longitudinem, & illa est minor, & altera vadit in latitudinem. Et quantitas huius anatomiæ membrorum sufficiat hic. & si aliqui volunt plus addere, addant.

COLLIGET

AVERROIS

COLLIGET

LIBER SECVNDVS.

SVMMA LIBRI.

De Sanitate.

De Sanitate, & de Complexione, atque Compositione membrorum in vniuersali. Cap. I.

Definitio Sanitatis.

SANITAS est bona dispositio in membris corporis humani, cum qua ipsum operatur operationem, quam habet agere per sui naturam, & patitur passionem, quam habet pati. Et ista definitio est ex definitionibus per se notis. Et ideo, quia membrorum, secundum quòd testificatur sensus, sunt duæ species, consimilis, & officialis: debemus intelligere in vnaquaq; specie ipsorum quid ipsa est, & ponere differentias earum, & postea debemus enarrare quæ est actio & passio, quæ appropriatur vnicuique membro. et quando nos facremus istud, tunc cognoscemus quid est sanitas vera cognitione. Et incipimus loqui super corpus cõsimilium partium. Et dicimus quòd via in cognitione rei, cum qua operatur membrum consimile suas operationes, & patitur suas passiones, est via, per quam nos possumus certificari in radicibus istius scientiæ: postquam nos reperimus hęc verba declarata in Naturali philosophia, scilicet quod omnia corpora similium partium, in quantum sunt similium partium, sunt composita ex quatuor elementis, scilicet ex igne, aere, terra, & aqua. 2. de Gnat. t. c. 49. Et est declaratum in libro Generationis & Corruptionis, quòd via generationis non est nisi ex parte temperantiæ commixtionis, & complexionis. Et in Quarto Co. magno. &. t. c. 19. & 14. Meteororum est declaratum, quòd complexio & commixtio non fit nisi per modum decoctionis, quæ decoctio non fit nisi per calorem. & quòd differentia quę reperitur in istis corporibus consimilibus non euenit nisi secundum differentiam, & mensuram seu temperantiam calidi, frigidi, humidi, & sicci, & secundum quòd inuenitur in eis alia forma temperantię & est determinatum ibi, quod formæ eorum non sunt aliud quàm formæ temperantiæ complexionalis, & quod accidentia, quæ sunt propria in vnaquaque specie ipsorum, non sunt stantia per se, sed sunt sequentia formas complexionales. Et hæc est narratio, quæ erat multum necessaria anticipare hic: & sunt verba, quæ sunt declarata in Naturali philosophia per demonstrationes proprias & ordinatas. Contra Medicos. Et quando Medici studeant tractare de istis rebus in huiusmodi arte, eorum verba non sunt super ista nec propria, nec ordinata, eo quod studeant attribuere res vniuersales entibus particularibus. & ideo eorum dicta non sunt propria, & non sunt super viam, quam intendunt probare. & tunc cadunt in re, quam credunt reducere per demonstrationem. Et ista res accidit Galeno in libro de Complexione, scilicet quòd doctrina eius in illo libro non incedit secundum doctrinam, quam fecit in libro de Elementis per viam demonstrationis. & ista verba erant multum lenta apud illum, qui studuerit Legi. actiam parvo tempore. Et modo volumus reuerti ad ordinem verborum nostrorum. & dicimus quòd istæ res, quando erunt secundum modum quem diximus, tunc erit intellectum, quòd res, quam diximus, quòd membrum consimile agit cum ea actionem suam, aut passionem suam patitur, non est alia res quàm forma complexionalis, quæ prouenit à mensura commixtionis quatuor elementorum. Et quoniam res miscibiles non inueniuntur in mixto nisi duobus modis. Vnus est, vt mensuræ sint æquales: & ista mixtio vocatur mixtio æqualis, comparando ipsam extremitatibus, eo quòd est in medio earum non declinans. Secundus est, vt non sint in æqualibus mensuris. & ista etiam inæqualitas est multis modis. & secundum istam inæqualitatem sunt diuersificatæ, & inæquales factæ complexiones specierum. Sed dabimus pro exemplo huius, quòd sicut complexio equi est diuersa à complexione hominis, ideo quia mensuræ elementorum sunt mixtæ in eo super latitudinem diuersam commixtionis mensurarum earum in homine. Et ideo, quòd illa forma complexionalis, quæ est propria in vnaquaque specie, inuenitur in ipsa eadem specie in qualitate & distemperantia media inter multum & parum, & etiam habet latitudinem, quæ recipit plus & minus intra extremitates, quæ temperantia & qualitas non exit de eis, nisi quando corrumpitur forma specifica earum, necesse est ex hoc, quòd vna & eadem complexio specialis fit æqualis & exiens ab æqualitate. Et istud est aut in vna quatuor qualitatum, aut in duabus, quarum possibilis est compositio adinuicem, scilicet actiuarum & passiuarum, quarum vna non contradicit alteri, scilicet calida & humida, frigida & sicca, aut calida & sicca, frigida & humida. ergo complexiones consimilium partium sunt de necessitate nouem, scilicet æqualis calida, frigida, sicca, & humida, aut calida & humida, aut calida & sicca, aut frigida & humida, aut frigida & sicca.

Membrum cõsimile agit suas operationes per formã complexionalem.

Vide Gal. cõplexio. c. 2. 3. & 8.

Cõtra Gal.

Sed si inueniuntur istæ nouem in corpore hominis in fine similanti fini extremitatis elementorum in mensura qualitatum, istud non posset esse, si non esset possibile inuenire corpus cõsimilium partium, in quo mensuræ elementorum essent æquales penitus in quantitate. & vitæ speculationis multum necessariæ sunt hic. Tamen apparet, quod est impossibile esse hoc in quantitate partium eorum, scilicet in grauitate & leuitate. ideo dominans super corpora partium consimilium est aqua & terra: ideo habent coagulationem & firmitudinem. & qualitates, quę faciunt ipsa firmari & compleri, sunt illæ, quæ faciunt coctionem & digestionem. & ideo est appropriatum * generabile dominationi partis agentis & calidæ, & patientis humidæ, cum quibus fit mixtio & coctio. Et totum hoc est declaratum in Quarto Meteororum, & ab illis regulis est probatum, quòd complexiones non sunt nisi quinq; solum: vna scilicet æqualis, & quatuor inæquales. & quòd est impossibile duo corpora inuenire, quę sint communia in caliditate, quod vnum sit siccius alio, sicut opinatur Galenus in puero & iuuene. et tam declarauimus istud in alio loco melius. Et scias in summa quod mensuræ duarum qualitatum actiuarum sumuntur à mensuris duarum qualitatum passiuarum, eo quòd formæ propriæ habent materias proprias sub eis. Et nos videmus, si nos exiremus ab intentione publica multitudinis Medicorum, esset difficile intelligere. & ideo nos loquimur de hoc nimis. Adhuc error, q accideret ex hoc, in hac arte est multum paruus. & ideo nõ facimus hic nouum præceptum. Et etiam error, quem diximus de temperata complexione, est paruus. Et ideo dicimus, quod

Idē 4. Meteororũ ex mag. & ag. & 1. & 2. de Gener. 46.

* a. l. natura le.

Cõ. magn.

Idē infra. c. 4. sed h. c. 23 cura do concedit eas.

Prio cõplexio. & 2. tra. 1. c. 13. & 1. theoric. c. 1. & vide 2. de Alī. 115. & prīa pri. doct. 3. c. 1.

Cõtra Medicos, vide i paraphra. de Alīb. Tres humores non sunt membrorũ ele menta vti sanguis.

Prima rō.

Secūda rō.

Rāsio rationi Medicorum.

quòd est verum verbum Galeni de eo, quod dixit de cute volæ manus. & magis in ista pala vel palma apud Arabes, & sonat pro extrema parte palmæ versus digitos palmæ. & plus in ista, quę est super partem, quæ vocatur formiculata. Et quando erit totum hoc, quod narrauimus, tunc res, cum qua operantur partes consimiles suas actiones, aut patiuntur suas passiones, est de necessitate vna istarum nouem complexionum, siue sint partes consimiles alijs, siue non. Et ideo necessarium est scire naturalem complexionem de istis nouem complexionibus cuiuslibet membrorum, quòd illa complexio est temperata, comparando ipsam actioni membri, aut passioni eius. Et ista temperantia est illa, quæ est dicta temperantia specialis specier. & ipsa est illa complexio, quam oportet conseruari in hac arte, aut restaurari. Et quando stabimus super complexionem cuiuslibet membrorum consimilium, tunc stabimus super complexionem membrorum compositorum ex ipsis. & quandoq; plus: ideo quòd complexio, quædam est, quæ appropriatur membro officiali inquantum est officiale, & quędam est appropriata ei inquantum est consimilium partium, non ex parte vnde est officiale. Et quando nos stabimus ex hac parte super complexionem cuiuslibet membri membrorum officialium, tũc poterimus stare super complexionem tpatam appropriatã tot corporibus ideo cõplexionem nos non appropriamus, nisi in hoc, q est inuenta membris officialibus, ex quibus est compositum, et ex membris officialibus, & ex parte consimilium. Et est necesse vt scias in primis quòd ex mẽbris vel corporibus quædam sunt composita ex elementis prima compositione, & quædam sunt composita mediante prima compositione. & membra consimilia, quæ sunt partes animalis, sunt huiusmodi speciei: ideo quia, non generantur nisi ex sanguine solummodo, & sanguis generatur ex cibis & potibus. Et scias quòd sperma non est ex rebus, quæ sunt pars membri, aut simplex, aut aliquod aliud membrorum, sicut declaratum est in Naturali philosophia. & ego faciam longiorem sermonem in tractatu de iuuamento membrorum. Nec etiam melancholia, cholera, et phlegma sunt elementa membrorum consimilium per viam, secundum quam est sanguis. Ideo quòd res, quæ generantur plus quàm ex vna re, non complentur, nisi quando miscentur illæ res adinuicem, & faciunt vnum corpus. sicut est squinçibin, quod fit ex commixtione mellis cum aceto & aqua, quorum quodlibet stabat per se in actu. & in vulua non inueniuntur melancholia nec cholera in actu, quę miscentur cum sanguine, ad hoc vt sint postea pars membri. sed cholera & melancholia sunt in corpore hominis ex certis iuuamentis, quæ nos festinamus declarare. Sed phlegma est materia remotat ideo quòd ex ipso non generantur membra, nisi quando fit sanguis. Et duæ cholerę non sunt materiæ membri nec propinquæ, nec remotæ, ideo quia est impossibile ipsas conuerti in sanguinem. sed ipsæ sunt in eo in potentiat quia quando corrumpitur, multoties conuertitur ad eas. Et non fecit eos errare in hoc, nisi locus consequentis: ideo quòd viderunt, q elementa non inueniuntur in composito ex eis nisi in potentia, cùm dixerunt hoc. Sed & non conuertitur, quòd res, quæ inuenitur in alia re in potẽtia, sit eius elementum: sed sanguis est materia transibilis, vel mutabilis ad aliam rem per accidens, non sicut est materia cibus istorum per accidens: sed sicut vita est materia mortis. Et ideo non dicitur quòd fex & spuma sit elementum vini: sed dicitur

quòd vinum est completum existentibus separatis istis ab eo: ideo quia sunt eius superfluitates separatę ab eo, quando digeritur. ita sunt veræ duæ cholerę cum sanguine, eo q quodlibet generabile habet aliquam superfluitatem, quæ separatur ab ipso tempore digestionis.

De complexionibus membrorum Consimilium. Cap. II.

ET postquam est declaratum istud, reuertemur ad ordinem nostrum ad enarrãdum complexionem quorumlibet membrorum consimilium. & ab illo procedemus ad cognitionem eorum actionum, & passionum. Et dicamus quòd ossa apparent ex suo esse, quòd frigiditas & siccitas dominatur super ea: & similiter chartilagines, & pili, & chordæ, & ligamenta, & nerui, & venæ, & panniculi: eo quòd calor ea coxit, & frigiditas congelauit: & ideo mollificat ea calor, aut dissoluit. Et ista qualitas est in vno eorum plus quàm in alio. Et videtur quòd siccior omnibus sit pilus: post illum os, & post illud chartilago, & post ligamentum, & post illud panniculus, & post illum venæ, & post illas sunt venæ pulsatiles, & post illas nerus, vel musculus. Sed superfluitas frigiditatis eorum est ista, quòd pilus est frigidior omnibus, & post illum ossa, & post illa chartilago, & post illam ligamentum, & post illud panniculus, & post illum lacertus, & post illum venæ pulsatiles, & non pulsatiles. Et ista membra frigida & sicca non appropriantur frigiditati nisi propter hoc, quòd frigiditas est illa, quæ complet ea, & dominatur in eis: non quòd sint priuata humiditate, quia mixtio & digestio stant super humiditatem, & calor qui est in istis, est in specie specierum accidentis. Sed membra, super quæ dominatur calor & humor, sunt caro, sanguis, & spiritus. Sed calidius omnibus est spiritus, & post illum est sanguis, & post illum caro. Et per istam eandem viam incedunt humiditates: ideo quòd spiritus est de genere aeris, & aer est humidior aqua, sicut declaratum est in Naturali philosophia. Sed inter membra frigida & humida in primis est adeps, & post illum est pinguedo, & post illam cerebrum, scilicet substantia medullaris, & humiditates incedunt secundum hanc viam. Et hiç est pelagus, in quo aliquis multum haberet naugare, si tempus adesset. & in alijs nostris libris iam locuti sumus prolixe. Sed multum recordare, et caue ne obliuiscaris quod dictum est supra, scilicet quòd de necessitate est, quòd sint gradus virtutum actiuarum super vnam & eandem complexionem secundum comparationem graduum virtutum passiuarum, & non intendas post consilium ignoratum in hoc. & conuenientia est Medico recipere complexionem istorum membrorum à Naturali.

Ordo, quę sequitur Aut. prima primi c. 2.

De complexionibus membrorum Officialium. Cap. III.

ET nunc incipiemus à complexione membrorum officialium, postquam diximus de complexione cõsimilium. Et dicimus quòd cor, postquam est compositum ex panniculis & ligamentis & neruis, est de necessitate calidum propter multum spiritum existentem in eo, & propter sanguinem existentem in eo,

& etiam propter partem carnosam quam habet, & stat in corpore ad similitudinem vnius clibani ignis in domo. Sed si est siccum, sicut dicunt Medici, aut temperatum, aut declinans ad humiditatem, hoc est speculandum. Sed mihi videtur quòd est declinans ad humiditatem propter spiritum existentem in eo. Sed illud, quod videtur ex hepate ex sua essentia, est quòd sit calidum & humidum: propterea quia mator pars suarum partium est carnosa, sanguinea, & etiam ad ipsum transmittuntur multæ arteriæ. Et hic multa sunt inquirenda. & quia Medico non pertinent, ideo dimittamus. Et cerebrum est frigidum: ideo quòd maior pars suarum partium est substantia medullaris, & nervosa, & similis huic. Et natura medullæ, quæ est in ipso, est diuersa a natura medullæ, quæ est in ossibus. quia tu vides, quòd non est in eo pars pinguosa, aut vnctuosa. & quando coquitur ad ignem, ingrossatur & desiccatur: ideo quòd pars aquosa, quæ est in eo, resoluitur propter calorem, & remanet pars terrestris.

Et quemadmodum diximus de cerebro, eodem modo diximus de nucha. Sed splen, & renes ipsa etiam sunt de membris calidis & humidis: quamuis renes sint in hoc sub splene in gradu propter grossitiem sanguinis, qui stat in splene, sicut splen est in hoc gradu satis inferior hepate.

De Complexione temperata, et de distemperatis totius corporis. Cap. IIII.

ET postquam est declaratum in complexione membrorum officialium & consimilium, ab isto possumus cognoscere quid est temperata complexio totius corporis. Quòd si inueniuntur ista membra proportionata super istas complexiones, ipsum est temperatæ complexionis penitus. & inueniuntur in eo istæ proprietates, & illa signa, quæ dicit Galenus quòd inueniuntur in temperata complexione. Et manifestum est, quòd ista temperantia non dicitur nisi in comparatione omnium partium totius corporis: ideo quia impossibile est istis membris consimilibus existentibus ès à sua complexione naturali, aut in vna qualitate, aut in pluribus, quòd non superueniat permutatio, aut corruptio per istum exitum. Et iste exitus habet multas causas, aut propter clima, aut propter materiam, aut propter agens, aut propter mutationem quatuor ætatum, eo quòd puer est calidus & humidus, & iuuenis calidus & siccus, & senex est frigidus & siccus. & hoc manifestum est ex eorum operationibus, & ex propinquitate & longitudine generationis. & etiam masculi complexio est calidior & ficcior complexione fœminæ. & hoc manifestum est ex operationibus eorum. Et aliquando permutantur complexiones propter exercitia, & propter cibos, & propter omnia extrinseca. Et sicut potest esse ista permutatio in consimilibus, ita potest esse in officialibus. Et post hoc in totalitate totius corporis concordantibus nobis ipsa omnia admittemus. Et postquam est possibile esse hoc, & etiam ostensum quòd exitus complexionum exeunt ad octo species apud Medicos: tunc res, propter quas operatur membrum suas actiones, & patitur suas passiones, aut totum corpus, sunt nouem species apud Medicum, vna temperata, & illa est naturalis, & octo sunt distemperatæ, eo quòd corpus, cui dominatur caliditas in membris & siccitas, appropriatur calid tati & ficcitati, & sic in reliquis speciebus. Et hoc modo intellige, quòd species complexionis sanitatis sunt nouem. Et temperata communicat cum ambabus speciebus membrorum: saluo quòd ipsa est in simplicibus primo in substantia, & in compositis secundario & per accidens. Et ideo, quia Medici appropriant complexiones distemperatas qualitati actiuæ & passiuę, conueniens est appropriare complexionem totius corporis istis duabus qualitatibus solum. & propter hoc sunt secundum rationem complexiones distemperatæ solum quatuor.

Cõplexio masculi calidior & ficcior cõpsone fœmię. Idẽ prima primi. c. 1. hui⁹ & Gal. 2. com. pfunũ. Intellige ergo oppositas authoritates & diffiarus morbis Hipp. c. 101. & in libro de Victus rõne. c. 2. & Gal. 2 de Spmate & 2. de pticul. Aphorismorum Rabbi Moysi.

Componũt distẽperatæ sunt tm 4. ut supra. Idẽ ipse ca. 1.

De Sanitate membrorum officialium, & eius speciebus. Cap. V.

ET postquam est declarata sanitas consimilium partium propter earum complexionem temperatam, quam habent propriam, & in substantia conseruatam, et per accidens membrorum officialium & totius corporis: modo redeamus ad declarandum sanitatem membri officialis substantialiter, inquantum est officiale, & species eius. Et dicimus, quòd membra officialia, ideo quia sunt composita, apparet ex eorum esse quòd non operantur suas actiones, & patiuntur suas passiones, nisi quando sunt in sua qualitate, & in qualitate quantitatis, inquantum ipsa est quantitas, & in positione sua secundum modum naturalem, & in continuatione partium suarum, & in contiguatione terminorum eorum in coniunctione sua, & separatione, & in qualitate coniunctionis & separationis eorum, & situs eorum, & ordinationis. Et quidam sunt, qui opinãtur quòd istud intret in genere positionis. sed si vocatur positio, hoc non est nisi propter æquiuocationem. Sed qualitas eorum est, q⁹ sit forma eorum naturalis, & quòd concauitates eorum, & viæ sint secundum formam naturalem in eorum largitate & strictura, & quòd sint eorum superficies in lenitate & asperitate secundum modum naturalem. Sed quantitas est in tempore, quando inuenitur harum partium numerus naturalis, & eodem modo in suis mensuris. Sed modus eorum in coniunctione est etiam modus ille naturalis, sicut coniunctio partis membri officialis, pars parti, & separatio eorum pars à parte. & qualitas coniunctionis, & separationis intrat in hoc. Et continuatio, & contignatio, & terminatio, & separatio, & coniunctio manifesta sunt. Sed continuatio plus conuenit in membro consimili quàm in officiali. & parium & magnum sunt in genere mensuræ: & sunt appropriata quantitati continuæ, sicut sunt satis, vel multum & parum appropriata quantitati discretæ: quamuis mensura in hoc quòd appropriatur, sit conuenientius appropriare eam membro consimili quàm officiali: ideo quia officiale non est super mensuram suam naturalem, nisi quando est quodlibet consimilium, ex quibus est compositum super mensuram suam naturalem. Sed positio naturalis, quæ est in membro, hoc est vt sint eorum partes oppositæ membris manifestis, sicut consuetudo est membri positi. & istud erit locus membri naturalis in corpore, sicut est hepatis & stomachi. & sic in alijs est intelligendum. & ita est modus iste in positione partis membri in seipso, pars parti. Sed quod diximus, quòd erit modus ipsius ex communicatione eorum partium suis partibus, est modus naturalis, hoc existit in * positione prima, quæ generalis est omnibus membris corporis, sicut est communicatio omnium membrorum principalium, eo quòd non complerentur eorum operationes, nisi cum eis. & etiam

* a.l. cõpositione.

etiam hoc est inuentum in membro cum membro, sicut communicatio stomachi cum cerebro in operatione sua, quæ est appetitus. Et sicut est in partibus vnius & eiusdem membri officialis cum parte, quæ dominatur plus in operatione illius rei, sicut est communicatio omnium partium oculi ad crystallinam humiditatem. Sed sunt * gradus coniunctionis, & separationis, & eorum qualitatum. quoniam sunt ex membris, quæ separata sunt absque ligaturis, sicut sunt digiti. Et eorum sunt, quæ associantur ligaturis vel adeptionibus, quorum partes intrant partes. & eorum sunt, quorum coniunctiones sunt nodatiles. & hoc modo potest esse quòd mouetur membrum, quod est pars coniunctionis ipsius situs. Sicut est planta manus, quæ est pars coniunctionis brachij, quod est nominatum in Arabico scahat. & ipsa planta coniuncta est ligaturis & adeptionibus, & cum hoc est coniunctio nodatilis.

* a.l. genus.

Istæ sunt species dispositionum, quæ quando sunt in membris officialibus, tunc habent agere suas actiones naturales, & pati suas passiones, siue illas, quas habent ab * vtilitate, siue illas, quas habent à nobilitate. Et à capitulis anatomiæ, quæ ordinata sunt per multos alios authores, poteris scire istas res prolixius. & propter hoc non est mea intentio prolongare me in eis. Et si tu vidisti libros Galeni, & libros aliorum Medicorum, qui sunt secundum suam opinionem, & videbis istum, tunc cognosces quòd illud, quod diximus in diuisione specierum sanitatis, est multum melius, et verius quàm illud, quod dixit homo quem scis. Et istud melius non poteris cognoscere, si tu non studueris in Naturalibus scientijs: quoniam oportet quod tu teneas de via Philosophorum aliquantulum plus q̃ de via Medici, & quòd iste liber non est factus pro illo, qui incipit tantummodo legere.

* a.l. necessitate.

De Sanitate aliqualiter in membris consimilibus. Cap. VI.

ET modo incipimus dicere: ideo quòd inuenimus de complexionibus sanitatis appropriatis membris consimilibus, quæ sunt in fine temperantię secundum se, & quasdam, quæ exeunt à temperantia, sed exitu, per quem non prouenit læsio sensibilis in actione, aut in passione. & similiter est in membris officialibus. & tunc inuenimus ibi qualitatem temperatam, & quantitatem temperatam, et positionẽ temperatam, & communicationem temperatam. Et ista est bona dispositio, super quam visus fuit Galenus demonstrare in tractatu habitudinis bonæ. & qui eam voluerit addere in isto libro, non reputo malum. Ideo species sanitatum, quæ sunt in officialibus membris, sunt apud Medicos octo, quatuor temperatæ, & quatuor distemperatæ, aut augmentatæ. Sed quintum genus specierum vel generum dispositionum, quidam sunt, qui opinantur, quòd est vnum, in quo communicant membra consimilia & officialia, & illa est forma coniunctionis nostræ. Ideo quia coniunctio est duobus modis, sicut scis, vna est coniunctio nodatilis, alia est coniunctio vera. & vera est appropriata magis consimili, & alia plus officiali. Sed coniunctio vera illa est consimilium, & debet numerari in habitudine sanitatis eorum. A modo declarauimus omnes species habitudinum sanitatum membrorum consimilium & officialium, communes siue proprias. & declaratum est in omnibus per quem modum est eorum communicatio. Et necesse fuit illi declarationi, ideo quòd operatio complexionis temperatæ membri officialis non est vna & eadem operatio cum illa consimilium: ideo quia est consimilibus propria & in substantia, & officialibus secundaria, & per accidens. et alį Medici non subtiliati fuerunt in faciendo hanc diuisionem.

De Actionibus, et Passionibus, et de Virtutibus membrorum. Cap. VII.

MOdo volumus tractare de actionibus, & passionibus propris in quolibet membro. & istæ intentiones & cognitiones sanitatis stant loco causarum finalium. & illæ, de quibus hactenus locuti sumus, stant loco causarum formalium & materialium. & hic est ponendum vnum principium naturale. Et dicimus iam esse ostensum in Naturali philosophia, quòd quodlibet corpus est compositum ex materia & forma, & quòd materia non est inuenta, nisi propter formam. & propter hoc collectum ex materia & forma, scilicet ens naturale, non est nisi propter operationes suas proprias in ipso. Ideo dicit Aristoteles, quòd natura non facit aliquid in vanum. Et similiter inuenitur istud in rebus artificialibus. verbi gratia, quia ligna nauis non sunt inuenta, nisi propter formam nauis, & figuram suam, & est inuentum collectum ex his ambobus propter operationem nauis, scilicet nauigare in aqua. ergo de necessitate est inuenire in membris hominis rem, quæ sit etiam hoc modo, scilicet quòd sit in eis res stans loco materiæ, & res stans loco formæ, & res tertia, scilicet actio & passio, quæ res ipsa erit finis collecti eorum. Et hic est necesse inquirere in primis, quæ sit illa res in membris, quæ stat loco formæ, & quæ loco materiæ, & postea veniemus ad declarandum actionem, & passionem cuiuslibet eorum. Et dicimus quòd membra consimilia apparent vt in pluribus eorum quòd sint loco materiæ compositi, quia ossa manuum, & ligamenta, & chordæ, & nervi, & caro, & cutis apparent ex eorum esse quòd non sint inuenta, nisi propter formam manus. & forma manus, quæ est composita ex illis, non est inuenta nisi propter actiones & passiones, quibus ipsa appropriatur, scilicet quòd manus non posset extendi, nec contrahi, nec colligere, nec facere alias suas operationes nisi propter hoc, quòd est composita. Et quamuis membra consimilia non sint inuenta nisi propter composita, tamen habẽt quodlibet eorum per se operationem propriam, quæ manifestatur plus in composito, scilicet quòd manus non haberet firmitudinem ad sustentandum res, nisi propter ossa: & non haberet posse plicare se, nisi propter carnem, & propter neruos, & alia similia. Ergo postquam diximus quòd membra consimilia non sunt inuenta nisi propter compolita, necesse est nobis videre, si hic est aliqua res, propter quam sit inuentum compositum et collectum ex eo, cum qua compleatur operatio compositi. Et diximus, quod actiones, & passiones naturales membrorum non fiunt nisi propter calorem innatum in ipsis præter calorem incomplexionalem, qui est in membris consimilibus. Et hoc est demonstratum per scientiam demonstratiuam, & cognitum per experientiam anatomiæ, quod scilicet inuenitur in corde vnum corpus vaporosum calidum in fine, quod mittitur ab eo ad omnia membra per viam arteriarum. & ita opinatur quod sit in cerebro.

Et postquam sic est, & coniunctum huic, quòd omnes actiones et passiones non fiunt nisi per calorem intrinsecum, sicut est declaratũ in Naturali philosophia, et declarabitur adhuc in isto lib. ergo mẽbra non faciũt suas opationes nisi cũ formis eorum compõnalibus, et

eum eo quod accidit eis de isto calore. & coniunctum in membro de istis duobus caloribus supradictis, istud est sua forma, cum qua agit, & patitur. Et ab hinc potes cognoscere dominationem cordis super omnia alia membra quia tu vides quod ipsum sufficiens est ex se, & alia indigent eo. Et similiter cerebrum est in hunc modum super membra, in quibus dominatur. ergo membra simplicia non fuerunt inuenta nisi propter composita, & composita sunt inuenta propter istum calorem, qui est missus à corde, & iste calor stat in eis loco formæ. et per istam collectionem sunt actiones & passiones, quæ sunt propriæ in quolibet membro. Sed si sufficit iste calor in faciendo hoc, aut sine hoc est alia virtus stans isti calori loco formæ, ista non est res, quam Medicus habeat inquirere, sed dimissa nobis. Et dicemus breuiter quòd hic sunt aliæ virtutes præter formas complexionales, quæ vocantur animæ. Et istud est conueniens anticipare in paucis verbis, antequam tractemus de actionibus & passionibus cuiuslibet membrorum, & narrare quot sunt illæ species, & postea reuertamur ad inquirendum rem, cui appropriatur quodlibet membrorum. & istud erit, quãdo cognouerimus in primis virtutes, à quibus veniunt operationes. Et scias quod genera operationum sunt notiora quo ad nos quam virtutes, & virtutes apud naturam notiores. Et ideo dicimus, quòd Physici & Medici, quando speculantur in operationibus, dicunt quod virtutes, quæ sunt in homine, sunt tres, aut virtus naturalis, aut vitalis, aut animalis. Virtutes naturales apud eos sunt, cum quibus fit nutrimentum, augmentum, & generatio. Et virtutes vitales apud eos sunt virtutes pulsatiles, quæ sunt in corde, & habent dilatare & constringere, inspirando & respirando. & virtus motiua quæ est in corde, quæ vocatur electiua, per quã mouetur animal ad appetendum rem vel fugiendum ab ea. Et virtutes animales apud eos sunt quinque virtutes sensuum, s. tactus, & gustus, & odoratus, & auditus, & visus, & etiã virtus motiua in loco, & virtus imaginattiua, & æstimatiua, & cogitatiua, & conseruatiua, & reminiscibilis. Et ista est diuisio, qua vsi sunt Medici in diuidendo virtutes animæ. & quamuis non sit conueniens, parum tibi potest nocere in hac arte. Sed conueniens omnino est illa, quæ fit secundum motum naturalem. ideo quod manifestum est quòd istæ operationes non possunt appropriari quatuor qualitatibus solum, sed etiam virtutibus additis super eas, quæ vocantur animę. Et postquam inuestigati sunt super istas operationes, quæ vocantur animæ, dicunt quod quædam sunt operationes quæ appropriantur plantæ, quæ habet tres virtutes supradictas, scilicet nutritiuam: & post illam, crescitiuam, et ista est finis nutritiuæ: & post illam, generatiuam, & ista est, quasi finis crescitiuæ. Et est declaratum tibi quòd ipsæ sunt animæ: ideo quia sunt organicæ, & quia non sunt virtutes naturales. quod si ipsi non appellauerunt eas naturales, nisi largo modo, istud esset veritas, si ipsi crederẽt quòd ipsa esset anima secundum relationem, aut secundum operationem. Sed si ipsi credunt quòd ipsa in sui essentia sit virtus propria solum, istud est error. & significat super opinionem eorum quòd ita est, quia nos videmus quod Gal. in vno suorum librorum assimilat ipsam adamanti, & venit ad diuidendum eam. Sed virtus pulsatiua est de necessitate cibatiua virtus, & diuisiua, & princeps. quia cum ipsa cor dat calores alijs membris: & est sicut seruiens virtuti principali cibatiuæ, quia cum ipsa conseruatur. Et ideo non est conueniens ponere illam vnam virtutem per se ab alijs virtutibus: ideo, quia est ista virtus animæ nutritiuæ, sicut aliæ quinque suæ virtutes, sicut attractiua, retentiuæ, & digestiua, & expulsiua, & discretiua: quamuis virtus pulsatilis approprietur plus vitæ propter multum calorem, qui est cum ea. Et quidam sunt, qui appellant plantam in ista virtute hayguam, scilicet vegetatiuam. Et forsitan Medici non vocauerunt istam virtutem euentationis vitalem, nisi propter hoc, quòd appropriatur plus vitæ, quamuis sit de genere nutritiuæ, sicut diximus. Sed eorum diuisio, per quam diuidunt virtutes animales ad sensum, & ad virtutem motiuam in loco, & imaginatiuam, & rationalem, & conseruatiuam, & reminiscibilem, est omnino vera: saluo quòd virtus motiua in loco non est aliud plus quàm elenosoia, scilicet virtus motiua voluntarie, quando concordatur cum ea imaginatio, et consimilium. et ita est declaratum in libro de Anima. Et ipsi numerant virtutem motiuam voluntarie in numero vitalium, & ponunt motiuam in loco aliam speciem. & istud non est conueniens, quia non est nisi virtus nutritiua, & crescitiua, & sensitiua, & generatiua, & imaginatiua, & appetitiua, & rationalis, & motiua, & lactatiua ex istis, sicut est æstimatio, aut cogitatiua, & conseruatiua, & reminiscibilis. Et iam est hic dictum quòd virtus rationalis est magis spiritualis quàm imaginatiua: quia perfectio virtutis rationalis est apprehensio rerum vniuersalũ, sicut potest intelligi à Philosopho in tertia particula primæ summæ Physicorum, & in Primo Posteriorum: quamuis intelligatur contrarium circa finem primi libri Physicorum. Et qui habebit nescire soluere ista dubia, requirat in locis illis. Et quia res vniuersales, quæ sunt apprehensiones virtutis rationalis, habent particularia, necesse est inuenire in homine virtutem, quæ apprehendat essentiam illorum particularium contentorum sub vniuersalibus, & virtutem aliam recordantem ista particularia, quę sunt comprehensa à virtute propria eorum apprehensioni. Et ideo, quia ista virtus apprehensiua particularium non apprehendit ea nisi habitudinibus imaginatis, fuerunt de necessitate tres virtutes, scilicet æstimattiua, quæ apprehendit essentiam particularium: & reminiscibilis impressionis æstimatæ: & imaginatiua, à quæ apprehendit æstimattiuam suam impressionem, sicut seruientes virtuti rationali: ideo quia seruiens præparat seruito ea quæ sunt sibi necessaria, aut studet in aliqua rerum appropriatarum seruito. Et manifestum est, quod virtus imaginatiua præparat virtuti rationali ea, quæ non sunt apprehensa, sicut est manifestum quòd duæ apprehensiones, scilicet æstimatiua, & conseruatiua appropriantur apprehensioni virtutis rationalis. & quando remouentur res vniuersales à virtute rationali, & virtus reminiscibilis facit recordari essentiæ particularis, & cognoscit illam virtus æstimatiua, & tunc inuenit virtus imaginatiua habitudinem illius essentiæ particularis, quæ est recordata à reminiscibili, & cognita ab æstimatiua, & quando imaginatiua iam venit super suam habitudinem, tunc virtus rationalis reducet ad se illud, quod erat priuatum ab ea: ergo istæ tres virtutes ex hac parte sunt ministrantes virtuti rationali, & ministrans est lactans. ecce, quia sunt lactantes ex hac parte, sicut dictum est. Et ista verba sunt dimittenda hic, secundum quòd stant, & recuperanda à Naturali, quamuis non sit necessarium arti Medicorum scire hoc, nisi per modum electionis melioramenti. Sed est sufficiens Medico in istis rebus cognoscere complexionem, cui appropriatur vnaquæque istarum virtutum, conseruando

Quisque virtutes naturales. sed de hoc infra.

Contra Medicos.

Virtutes animales interiores sunt tres. Idem dicitur infra. 20. &. 1. huius. C. 40.

seruando ipsam, si esset præsens, & restaurando ipsam, si esset deperdita. ideo quia sufficiens est ei in hac arte venire à cognitione formæ complexionalis ad formam spiritualem: sicut est sufficiens ei venire à cognitione materiæ ad cognitionem quatuor humorum, & membrorum.

De iuuamentis membrorum consimilium. Cap. VIII.

Sed cùm quiuerit res super locum suum positum in hac arte, tunc erit manifestum quòd omnia membra non sunt inuenta, nisi propter has virtutes, & istæ virtutes propter has suas actiones. ergo non est inuentum in corpore aliquod membrorum, nisi propter aliquam actionem istarum virtutum, aut passionem earum. Ideo est nobis necessarium inquirere actiones & passiones membrorum, & complexionem cui appropriantur: & cognoscentes illud, cognoscimus santatem cuiuslibet membri per suas finales causas prædictas in hac arte: ideo quia iam cognouimus eam per causam materialem & formalem. Sed causam efficientem non est necesse nobis hic narrare: ideo quia iam est separata: saluo si ibi esset res, quæ staret loco efficientis in statu conseruante. Et incipiemus à iuuamento membrorum simplicium, & dicemus quòd res, quam diximus, quæ est necessaria per aliam, est duobus modis. Vnus est, vt sit essentia primę necessaria essentiæ vltimæ, sicut fuit intentio essentiæ consimilium necessaria propter intentionem essentiæ officialium. Alius est, vt non sit ex necessitate: sed est, quia meliora sunt duo quàm vnum, & significat nobilitatem in agente & patiente. sicut oculus, qui non est inuentus nisi propter necessitatem videndi: sed natura duplauit eos propter melioramentum duplationis, sicut nos declarare debemus. Sed nos non recordabimur istorum iuuamentorum nisi illius, quod erit magis necessarium.

De membris simplicibus quædam sunt ossa, & similia ipsis, sicut chartilagines, & vngues, quædam sunt nerui, lacerti, ligamenta, panniculi, chordæ, cerebrum, & ossa sua, & nucha, & caro, & sepum, & his similia, & pili, & cutis, & sanguis, & phlegma, & cholera, & melancholia, & spiritus. Sed officium maius iuuamentum ipsorum est ad fortificandum & stabiliendum, & in summa, ipsa sunt sicut fundamentum totius corporis. Et iuuamentum secundum est ad defendendum & abscondendum, sicut ossa capitis, & ossa pectoris. Sed multitudo eorum in corpore fuit propter motus particulares, & multos: quia manus non posset moueri per se, nisi esset discontinuata ab osse brachij cum conguitate amborum ossium, scilicet manus & brachij. & ita est in quolibet membrorum nodatilium mobilium discontinuatorum. Iuuamentum tertium est, vt possit fieri resolutio superfluitatum vaporosarum, sicut sunt cõmissuræ, quæ sunt in osse capitis. Et potest esse quòd sunt & alia iuuamenta: ideo quòd si eueniret aliqua læsio alicui ossium, non trãsiret ad aliud os alterius membri, quia discontinuatum est ab illo. Item fuit necessitas multorum ossium propter diuersitatem figuræ eorum, & qualitates secundum illud, propter quod ordinata sunt, & propter paruitatem & magnitudinem eorum. Sed diuersitas in paruitate & magnitudine est sicut ossa parua, quæ sunt in digitis, & ossa cruris, & coxæ. Sed diuersitas in figura est sicut os, quod de necessitate habet esse forte. & graue fuit factum durum & clausum. & illud, in quo fuit intentio vt esset leue, fuit factum durum & perforatum in qualitate. & illud, quod habet de necessitate esse coniunctum cum carne, fuit factum tenerum, sicut chartilagines, & similia. & ista iuuamenta sunt nota per se. & homo potest cognoscere maiorem partem per seipsum, uel ab eo, qui aliquantulum studuerit in cognoscendo. Sed vngues fuerunt facti propter duo iuuamenta. Vnum, quod est commune, & est propter conseruationem extremitatum digitorum, sicut ponitur ferrum in postremo hastæ lanceæ. Secundum est propter sustentamentum carnis digiti, quando capit aliquid. Et istud iuuamentum est magis proprium in vngubus manuum, quàm in vngubus pedum. sed primum iuuamentum communicat homini & alijs animalibus. In iuuamentis neruorum cadunt multa dubia. Gale. sentit quòd iuuamentum eorum est ad ferendum sensum, & motum voluntarium omnibus membris. Sed quod apparet à sententia Aristotelis est, quòd non sit factus nervus nisi ad temperandum calorem intrinsecum, ad hoc vt det virtutem sentiendi. & hæc opinio sequitur plus iuuamento cerebri. Sed si est instrumentum motus voluntarij, in hoc cadit speculatio. Et confirmatio Gal. quòd sensus & motus sint à neruis, est, eo quòd remoto neruo remouetur sensus & motus. & hoc non est per viam demonstrationis. & iam disputauimus hoc in libris Logicalibus. Sed apparet quòd iuuamentum nerui est de genere iuuamenti cerebri. & apparet manifeste quod nascantur ab eo, & quòd non sint fixi in eo, sicut dixit Galenus.

Et ligamentorum iuuamentum, & chordarum ad motum voluntarium est apparens ad oculum. Et panniculi fuerunt facti propter abscondere & defendere, & etiam vt sustineãt membra, quæ sunt suspensa, & retineãt ea: quamuis hoc iuuamentum sit magis proprium ligamentis. Et iuuamentum panniculi positi supra ventrem est de specie huius iuuamenti, eo quod prohibet intestina egredi de propris locis, sicut accidit hernijs. Sed venarum duæ sunt partes. Vna est arteriæ, quæ portant spiritum, & sanguinem à corde. & istæ fine dubio fuerunt factæ propter hoc, & fuerunt ramificatæ & partitæ per totum corpus, ad ferendum istam, aut spiritum solum, aut spiritum, & sanguinem simul. Alia est non pulsatilis, in quibus non est spiritus sensibiliter. nisi nos induceret ad hoc vnum dictũ simile dicto, quod dicit Galenus in hepate, quia dicit, quòd est fons spiritus naturalis, quem diximus non esse nisi propter virtutem nutritiuam.

Sed quod apparet ex iuuamento istarum venarum, est, quia factę sunt ad diuidendum sanguinem coctum in hepate per alia membra: & propterea fuerunt ramificatæ sicut arteriæ. Hic scire debes quòd Aristoteles vult, quòd cibus & nutrimentum omnium membrorum fiat ex duobus sanguinibus mixtis insimul: & sanguis qui est in venis non pulsatilibus, & in hepate est sicut materia sanguini misso per arterias cordis: & quòd sanguis arteriarum est sicut forma sanguinis. & hoc est, quia dat eidem complementum, & coctionem, & facit ipsum cibum propinquum actui. Et Galenus sentit quòd sanguis, qui prouenit ab hepate per venas ad membra, est cibus propinquus per se. Et probatio quidem Philosophi in hoc est hæc, quòd sanguis, vt est sanguis, est conueniens vt sit cibus membris: & omne, quod nutrit, debet euenire membris: & duo sanguines, vt sit cibus membris, venunt eis: ergo membra debent nutriri ex eis. Et propterea quòd vnus eorũ est crudus, & alter coctus, crudus conuenientior est vt appropriet materię, & coctus formæ. ergo debet esse cõparatio coctu ad crudũ, sicut formę ad materiam. et hoc est declaratũ bene in lib. de Animalibus.

Secundo de Partibus animãlium cap. 8. & in Paraphrasi Auer. opp. t. 6. Aristo. & Auer. vi. de Natura animal. c. 6. & 8. vii. de Natura animalium. c. 6. & 1. quòd nerui non sunt nati, sed innati. 2. de Anima. c. 19. & 2. eiusdem c. 6. & Auer. in paraphrasi. 1. de Part. c. de corde. & 3. de Generat. animal. c. 1. & in Pneumate contra libri eius.

Sanguis venalis, & arterialis sunt duo humores membrorum. vide 8. de Natura animalium. c. 1. & 1. de Part. c. 6. & 4. eiusdem c. 9. & 6. de Generat. c. 19. & 2. eiusdem c. 6. & Auer. in paraphrasi. 1. de Part. c. de corde. & 3. de Generat. animal. c. 1. & in Pneumate contra libri eius.

Et ex verbis Gal. apparet ꝙ idem asserit, ꝙ membra superiora cibãtur à sanguine arteriali, qñ præcipit incidi arterias in passione hemicranea, & in epilepsia perseuerante. et vtinam ego scirem quid prohibet eum credere, ꝙ iste sanguis arterialis non nutrit altas partes corporis. Sed cerebri medullæ sunt duę species. una est, quę stat in olla capitis. & istud sine dubio est materia spiritus, cum quo fiunt sensus. sed medulla, quæ est in ossibus, est superfluitas cibi eorum. Et ossa solida non habent medullam, quia nõ sunt perforata. Et nomen medullæ dicitur æquiuoce ad hanc medullam, & ad eam, quæ est in olla, & nõ nominamus eam medullam, nisi quia sic à vulgo nominatur. Sed medulla, quæ est in ossibus, est superfluitas penitus. & hæc est substantia temperata. Sed natura nuchæ est de natura cerebri, & iuamenta eorum sunt eadem. & adhuc exponam differentiam, quæ est inter ea, qñ narrabo iuuamenta membrorum officialium. Sed carnis duę sunt species, sicut dictum est, & Arist. dicit super has duas, quia sunt instrumenta sensus tactus, proprie stantia cũ eo, sicut stat oculus cum visu. & demonstrat hoc, quia sensus simplex non inuenitur nisi à corpore simplici, & ꝙ neruus est seruitor carnis in hac apprehensione ad temperandum spiritum sensus, qui mittitur à corde. & ista fundamenta necesse est vt Medicus à nobis recipiat. & nos dicimus de sensu & motu, ꝙ vna ex rebus, à qua est eorũ permanentia, sunt cerebrum & nerui. Sed vna species carnis, quam Gale. vocat musculosam, est vnum ex membris officialibus, & in illo est virtus primi motoris. Propterea ꝙ istud est illud, quod mouetur ex se per hanc virtutem, & non mouetur per aliud membrum, quod ipsum moueat. quia, si per aliud moueretur, hoc induceret nos ad inuenięndum corpus aliud, quod mouebitur ex se. aliàs res duceretur in infinitum, quia nullum corpus mouet nisi moueatur. & est necesse, ꝙ res quiescat apud primum, quod mouetur à motore immobili. & hoc probatum est in Naturali Philosophia. Et hæc species carnis apud Gal. est instrumentum motus localis. & loquemur de ea, quando loquemur de membris officialibus. Sed caro spongiosa inguinũ, & subascellarum est facta propter expulsionem superfluitatum. Et non est multum longinquum ad credendum, ꝙ multa ex carne non sit facta nisi ad implędum loca vacua, & ad defendendum. Et in summa istud est simplex membrum, in quo communicant omnia animalia, sicut cor est membrum officiale, in quo communicant omnia animalia. Et sanguis manifestum est, ꝙ non fuit factus nisi propter vnam duarum rerum: aut propter dandum nutrimentum, sicut sanguis qui est in hepate, & in venis, quas opinantur Medici vt nascantur ab hepate aut vt sit vehiculum spiritus, & caloris, & iste est sanguis arterialis. Phlegma est sanguis indigestus: & propterea debet dici superfluitas sanguinea, hoc est superfluitas diminuta vt sit sanguis, non superfluitas, cuius separatione à sanguine remaneat sanguis completus, sicut à cholera, & melancholia. ergo sicut est, esse phlegmatis fuit in corpore de necessitate: hoc est ꝙ impossibile est cibum conuerti, nisi ex eo generentur superfluitates phlegmaticæ. Et potest etiam cũ hoc, ꝙ sunt in ipso alia iuuamẽta, quia humectat membra, & adaptat ea ad cibandum, & quasi est sicut cibus præparatus eis, quando cibus tardatur eis. Sed melancholia, & cholera sunt primo & per se in corpore propter necessitatem: quia cibus chylosus, qui vadit de stomacho ad hepar non posset digeri, nec esse sanguis, nisi separentur ab eo istæ duæ superfluitates. sicut mustum non potest esse vinum, nisi separentur ab eo duæ superfluitates, vna grossa & terrestris, & alia subtilis. Et propterea ordinauit natura eis propria membra. & non fecit sic phlegmati. quia istæ duæ superfluitates non habent aptitudinem, vt possit esse ex eis aliqua pars membri aliquo modo: quod in phlegmate bene potest esse. Et apparet etiam cum hoc, ꝙ natura non præparauit istas, vt essent instrumentum seruiens virtuti nutritiuæ per viam electionis boni. quia bursa fellis habet vnum meatum ramificatum, qui aduenit intestinis superioribus, & partibus infimis stomachi. & in aliquibus hominibus tangit stomachum, & facit idem opus, quod facit in intestinis. quia bursa fellis mandat ꝙ hunc meatum intestinis partem choleræ, quæ moueat ea ad expellendum superfluitates, & facit quasi absterſionem. Et similiter splen habet vnum meatum, qui tangit os stomachi, & mittit ei partem paruam melancholiæ ad pungendum illud, & ad mouendum appetitum cibi: quia ista operatio prouenit à rebus acetosis. & multa verba dicta sunt in alijs libris: sed non expectes ex me, vt laborem ad narrandum ea. Sepi vtilitas in corpore fuit, vt calefaceret, sicut çirbum, diaphragma. Et sepum est superfluitas sanguinis cocti, à quo cibata sunt membra. Et propter hoc, quando est in corpore temperate, significat magnam sanitatem: quia significat super bonitatem nutrimenti. & quando nõ inuenitur in corpore, significat ꝙ non est bona digestio: quia nõ est superfluitas, quæ venit à bona digestione, hoc est calda & humida. Et necessarium illud est ad implendum vacuitates etiam membrorum. sed quando multiplicatur in corpore, significat super malam dispositionem. quia multitudo materiæ nutritiuæ, quæ est sanguis, est conuersa in sepum: & tunc infrigidantur membra & moriuntur, quia in hac superfluitate non est sensus, & perduntur membra sensibilia, quando multiplicatur super ea. Pilorum capitis, superciliorum, et palpebrarum iuuamentum est vt defendant. et hoc est manifestum. quia videmus ꝙ pili capitis defendũt cerebrum à frigore, et calore: et superciliorũ, et palpebrarum adiuuant ad defendendum oculos à rebus extrinsecis. Sed pili subascellarum, et pedum, et multi alij, qui sunt super superficie corporis, quod apparet ex eis plus est ex necessitate materiæ: eo ꝙ generatur pilus ab vno vapore fumoso a dusto secundum Gal. Et hoc indiget speculatione. quia videtur ꝙ pilus sit corpus extendibile, sicum, et tale est superfluitas cibi sicci, quando nimis coquitur, durante in illo admixtione pinguedinis. ergo non est ille vapor, cuius sit aggregatio partis supra partem: sed est corpus continuum fortis continuationis, extensiuum, crescens in longitudine. Et mihi uidetur ꝙ natura adducit istum vaporem, vt sit materia pili, ad hoc vt pilus trahat illam malam materiam ex corpore ad mundificandum ipsum per hoc, sicut tu vides ꝙ similiter artificialiter faciunt laboratores terrę, qui quando volunt vt ipsa fructificet, seminant semina, quę habent attrahere partem terrestrem aduſtam. et per hunc modum potest esse vt sit iuuamentum corpori. Sed cutis videtur esse propter defendere, et abscondere, et stat foris, sicut sunt cooperturæ membris intrinsecis. Et spiritus sunt propinqua instrumenta virtutis regitiuæ corporis. et sic dicędum est ꝙ ministratur à quatuor virtutibus, aut quinque, hoc est attractiua, retentiua, digestiua, et expulsiua, et discretiua. Et adhuc est inuenta alia virtus, quæ communicat toti corpori, quæ regitiua nuncupatur, et quæ sit, et vnde sit multa dicenda sunt. et postea disputabimus. quicquid sit, ab anima est. propterea priuatio eius est subita mors necessario.

Natura nuchæ ẽ de natura cerebri d. 5. d all. c. 9. Oppo. videtur. 2. de Par. c. 7. & 1. cõpo. 2. Vide Cõstilia. diffẽtia. 25.

Cõtra Gal.

Quinq; sunt virtutes ministrantes. Idẽ. 5. h°. c. 16. & c. sequẽti i fine. Opp. 2. tra. 2. capi. 6.

De

De iuuamentis membrorum officialium, quæ sunt instrumenta virtutis nutritiuæ. Cap. IX.

ET postquã narrauimus iuuamenta membrorum simplicium, narrandum est iuuamentum membrorum officialium, & vniuscuiusq; partis ipsorum. Et hoc faciemus breuiter, exceptis casibus, in quibus prolongandi sunt sermones illis, qui nobis sunt similes. Et elegemus ex his, quod manifestũ est, & quod opinatur esse magis necessarium in hac arte: & incipiemus à membris, quæ sunt instrumenta virtutis nutritiuæ. quia hæc est virtus necessaria prima nostro esse: & propterea fuit corruptio suarum operationum mors. Et dicimus, sm ꝙ testificatur sensus, ꝙ mẽbra disposita ad faciendas opationes istius virtutis sunt stomachus, & sui ministri, sicut os, & instrumenta eius, & œsophagus: & post hæc intestina, & hepar, & venæ, & renes, & splen, & sacculus fellis, & vesica. Primum iuuamentum oris est masticatio cibi. & propterea fuerunt positi dentes, vt faciant ad hoc conueniens præparamẽtum. dentes quidem anteriores, vt incidant: maxillares, vt frangant: molares, vt molant. Et scias, ꝙ in ore est aliquantula digestio: & homo, quem tu scis, appellat eam alio nomine. Oesophagus est meatus, per quẽ transit cibus ab ore ad os stomachi, & operatio sua non est nisi in duabus virtutibus, quæ sunt lactantes virtutem nutritiuam, hoc est attractiua & expulsiua: quia est necesse attrahere ab ore, & expellere ad stomachũ. & quãdo ista opatio perditur, moritur homo fame. Et instrumentum seruiẽs naturæ in his duabus operationibus, necesse est vt varietur. Et apparet per anatomiam, ꝙ œsophagus est compositus ex duabus tunicis: vna quę est sm latitudinem, & alia, quæ est sm longitudinem. et ista, quæ procedit sm longitudinem, quãdo colligitur, et constringitur, & ascendit ad epiglottidẽ, tũc fit attractio. et illa, quæ vadit in latitudine, facit expulsionem, quando aggregatur, & amplectitur cibum: sicut vola manus aggregat se super res humidas, & constringendo eas expellit. Manifestũ est, ꝙ stomachus est locus digestionis missi cibi eidem ab ore, conuertendo illum in chylum: quia nõ potest conuertere ipsum in sanguinẽ. Et hoc apparet ab eo, quod ministri sui in hoc opere sunt quatuor virtutes particulares supradictę. Sed digestio est magis manifesta in tunica carnosa, ꝓpter calorem, qui est in ea plus, & propter illud, quod ei adueniit ex arterijs, & venis, quæ ei adducunt calorem: & ẽt est suppositus hepati, ita ꝙ ipsum calefacit. quia hepar est ei circa positum à latere dextro: & splẽ est ei circa positus in latere sinistro, qui dat calorem. Sed attractio cibi, quã facit œsophagus, & meri, fit per tunicam vil lorum longitudinaliũ, & adiuuat ipsum in hoc, quod est in eo de tunica diametrali angulari. Et *receptio, & expulsio fiunt per tunicam, quæ procedit per latitudinem. ideo quia quando recipit cibum, illa tunica aggregatur super ipsum ab omni parte, quousq; completur digestio: & digestione facta aggreganſ omnes suæ partes superiores super eam, & præmunt eam inferius, & est expulsio per hanc tunicam, quæ vadit per latitudinem: & habet duas operationes contrarias, hoc est expulsionẽ inferius, quãdo est facta digestio: vel superius per vomitum. Sed operatio virtutis discretiuæ non est multũ manifesta in stomacho: nisi diceremus quòd stomachus nutriret ex chylo, quia desyderaret cibũ, et aggregaretur super ipsum, quod fit in eo. & opinio affirmat hoc. Quod si nõ diceremus, ꝙ stomachus nutritur ex chylo, * quare desyderaret cibũ, & aggregaretur super ipsum, & cessaret fames, quando comedimus? Et si contingat ꝙ vnum membrum seruiat alteri, seipsum obliuioni non tradit: ergo recipit nutrimentum, & vtilitatem ex eo. Et accidit vt aliqui ex nostris socijs dubitent ex hoc: quia membra ex chylo non debent nutriri, nisi postquam cõuersus fuerit in sanguinem, & non est adhuc conuersus in sanguinem in stomacho. Ergo dicamus ꝙ stomachus nutritur ab eo ex modica re, quæ plus assimilatur qualitati ꝑ quantitati. & testificatur ex hoc, ꝙ subito quiescit fames, cùm comedimus, sicut subito quiescit sitis, cùm bibimus. Et adhuc non est inconueniẽs, ꝙ in eo sit aliqua pars subtilis, qua nutriatur cito per aliquam humiditatem, quamuis nõ fit sanguinea. quia tu vides multa animalia, quæ nutriuntur, licet non habeant sanguinẽ. Et digestio fit in eo per caliditatem & humiditatem primo, & secũdario fit per aggregationem, quam facit stomachus super cibum, et quia ipsum amplectitur. Et propterea tunc, quanto stomachus in animalibus est grossior & durior, tanto fortior digestio fit. & hoc apparet in stomachis volucrũ. Et propterea voluerunt quidam Antiquorum ꝙ digestio fiat propter constrictionem aggregationis. & opinantur ꝙ stomachi volucrum prosint stomacho, sicut sunt stomachi gallinarum & perdicum. quia hoc membrum non fuit positum in eis durum & forte, nisi, ꝓpterea quia non habent dentes molares. Sed intestina ẽt videntur esse instrumenta nutrimenti: quia ipsa nõ fuerunt facta principaliter, nisi vt transeat per ea digestus cibus in stomacho per foramen, quod appellatur porta. Propterea cùm facta est digestio in stomacho, aperitur locus iste, & mittitur cibus ad intestina: & interim hepar trahit ab illis succositatẽ chyli per venas, quæ attingunt istud. & quando compleuerit operationes, tũc expellunt intestina superfluitates infertus: & illa est superfluitas sicca. ergo vtilitas intestinorum est bina. Prima, quia sunt via, per quam cibus vadit ab illis ad hepar. Secunda propter expulsionem superfluitatis siccę. Et virtus in illis manifestior est expulsiua. & ꝓpterea fuerunt ambæ suæ tunicæ cuntes per latitudinem. Sed virtus attractiua nõ est manifesta in eis, propterea non habuerunt tunicam vnã in longitudine. & ipsis est virtus digestiua: quia eorum cõplexio est propinqua complexioni substantiæ stomachi. Sed illa intestina non habuerũt multam revolutionem, nisi vt moraretur in eis cibus, donec hepar traxisset ab eis, quod necessarium erat. Et propterea dicit Arist. ꝙ animalia habentia paucam revolutionem in intestinis, sunt gulosa. Et habuerunt duas tunicas, vt essent fortia: quia sunt via superfluitatum. & etiam quia operatio virtutis expulsiuę in hoc est fortior. Manifestum est in hepate, ꝙ est immutatiuum cibi ad conuertendum ipsum in sanguinem: & postea mittit ipsum ad omnia membra. Et propter dominationem, quam facit super omnia membra nutritiua, opinabatur Gale. ꝙ esset penitus in virtute nutritiua princeps. & ipse nescuit, ꝙ postremũ nutrimentum est in corde: et in eo prima virtus nutritiua est princeps. Et apparet de hoc membro, ꝙ habet quinq; virtutes dictas, hoc est digestiuam, quãdo facit sanguinem, retentiuam tempore digestionis, attractiuam quando trahit chylum ab intestinis, discretiuam quando diuidit & cognoscit tres superfluitates: hoc est superfluitas aquosa, quam trahũt renes: cholerica, quam trahit bursa fellis: melancholia, quã trahit splen. Et inueniri virtutem expulsiuã affinem virtuti attractiuæ, magnum dubium est. & hic nõ est locus suæ solutionis. Et debes scire ꝙ istæ quatuor virtutes aut quinq; non sunt separatę abinuicem, sed sunt sicut multi operarij sup vnum opus: & sunt virtutes, quæ sunt sicut instrumenta vni virtuti,

*a. l. rectio.

Argumentũ contra se.

Prima respõsio.

Secunda responsio.

Galeni opinio, de hepatis principatu in nutritiua virtute.

virtuti, quæ facit nutrimẽtum, et facit ei cũ istis quatuor virtutibus in quolibet membro. & illæ in toto corpore datæ sunt propter necessitatem vnius virtutis intrinsecæ, quæ est in vnoquoq; membro. & hoc est virtus nutritiua principalis. Deinceps contemplandum est, si ista principalis virtus est propria in hoc mẽbro ad hoc vt sit ipsum solum princeps membrorum istius virtutis aut illic est aliud membrum, quod sit princeps ad ipsum in hoc opere. super hoc est multum necesse disputare. Et dicimus, tã apparet per hoc, quod declaratũ est in Naturali philosophia, q̃ ista virtus nõ facit nisi vnam partem membri nutriti: & q̃ membra sunt composita ex elementis: & q̃ compositũ ex elementis non est compositum, nisi per modum temperantiæ complexionis: & complexio fit per modum decoctionis: & decoctio per modũ caloris: ergo necesse est, q̃ instrumentũ istius virtutis sit principium fortis caloris: quia non est differentia inter illam rẽ, quæ est nobis necessaria ad esse partis, vel esse totius. et si ita est, ergo de necessitate iste calor est in hepate, & in alijs instrumentis nutritiuæ. Et si ita est, sicut dicit Gale. q̃ nõ lucrata sint alia membra, quę habent hanc virtutem istum calorem, cum quo agunt suas operationes, nisi à calore hepatis: ergo hepar certe est princeps ipsorum membrorum: quia non completur eis hoc opus nisi per ipsum, & ipsum complet opera sua per se. & tale membrũ, quale est istud, est dignius vt vocetur princeps. & ista est dominatio, quam dixerunt tãtum authores ipsum per se habere. Et propterea de rectore agricultorum dixerũt q̃ sit princeps eorum: propterea quia seruitia eorum non complentur, nisi ex regimine ipsius, & opus illius completur per ipsum. & hoc est in omni specie dñationis. Dico ergo, vtinam ego scirem, si possibile est, à Galeno, & alijs qui sequuntur suam sententiam, vt dicant q̃ hepar est sufficiẽs per se in ista operatione, ipso concedente cum eis, q̃ multæ arteriæ veniant hepati à corde, quæ adducunt eidẽ multum calorem, q̃ si hepar est sufficiens sibi in hac operatione: ergo calor iste est in vanum, & sine aliqua causa. Et si dixerint q̃ iste calor non det hepati, nisi virtutem vitalem: Dicemus, quid est virtus vitalis, quæ est in membris: est ne alia virtus, q̃m virtus nutritiua aut sensibilis: & nec nomẽ vitæ intelligitur, nisi super has duas, licet accidat vt nomen vitæ attribuatur magis sensibili. & hoc est cõtrarium ei quod intelligitur ex verbis hominis, quem scis. Nec aliud certificatum est ex istis virtutibus, nisi propter earum opationes: nec sunt hic alię operationes, nisi istę duę, hoc est nutribilis, et sensitiua. Si respõderẽt, q̃ virtus pulsatilis in corde est tertia virtus, & illa dicitur virtus per se: Respõdemus quamuis nos concederemus vobis hoc, cor tamẽ dat hepati virtutem pulsatilem: quia manifestum est q̃ venæ hepatis non sunt pulsatiles. Deinceps apparet q̃ virtutes pulsatiles sunt propriæ cordi, & ista virtus est propria sua dominatio: & quando dominationem habet cor cum hac virtute, quia cum hac virtute dat & partitur virtutem omnibus membris, quoniam dat & partitur eis calorem naturalẽ, cum hoc ipsum habet conseruationem sibi per modum flabellationis. & cùm ista virtus videlicet pulsatilis, sit illa, cum qua cor dat alijs mẽbris primum nutrimẽtum, dando & partiẽdo eis omnes alias virtutes: ergo ipsum debet appropriari de necessitate isti virtuti, hoc est nutritiuæ à latere, q̃ est nutrimentum cordiale, q̃ ipsum est instrumẽtum, cũ quo laborat ista virtus in dando nutrimentum. Et si esset alia virtus hic præter istam virtutem nutritiuam, daret alijs membris. quia impossibile est esse in aliquo membro virtutem contrariam in specie alijs virtutibus, quæ sunt in alijs membris. & non inuenitur in alio membro, q̃ nisi in ipso existente membro principe: nec Galenus, nec alter medicus dicit hoc. Et si ita est, sicut diximus, & apparet q̃ comparatio cordis ad hepar fit, sicut comparatio, quam ponit Galenus hepatis ad membra alia: ergo cor ex necessitate erit princeps sup hepar in hac virtute. q̃a hepar non est sufficiens in faciendo per se suam operationem, nisi propter calorem transmissum à corde temperatum in quantitate, & qualitate. Et est refit matus iste sermo, vt cor sit de necessitate princeps virtutis nutritiuæ, quod Galenus, nec alij ex anatomicis dixerunt nec crediderũt, quòd cordi veniret calor ab alio membro, sed est sufficiẽs per se, sicut conueniẽs est principi. Et ego iam probaui tibi virtutem & calorem per viam doctrinæ dissolutiuæ. Et si tu videris q̃ indiget cor hepate propter præparationem nutrimenti, non est propterea hepar dignum vocari princeps: sicut non est conueniens stomacho propter præparationem cibi vt vocetur princeps hepatis: nec etiam bubulcus, qui præparauit cibum alijs bubulcis, vocabit princeps. Postquam declaratum est, q̃ cor est princeps virtutis nutritiuæ: & apparet per anatomiã q̃ nõ est in corpore vnum membrum, ad quod non veniant arteriæ à corde: ergo cor est dator virtutis nutritiuæ omnibus alijs membris per viam, quam ego superius dixi tibi. & si ita non esset, arteriæ essent in vanum. Et adhuc non fuit visum vnquam per anatomiam, vt trãiret sanguis ab eo per venas ad cor. Adhuc sanguis, qui est in venis, est sanguis imperfectus, & non est creatus in vehiculum spiritus, nisi sanguis arterialis. Et si diceret aliquis homo, q̃ medicus nõ habeat necessariam hãc inquisitionem: dico q̃ habet multum necessariam. & hoc in futuro melius explanabo. Et quando Galenus vituperauit Archigenem, quia curabat virtutem memorialem cũ medicinis cordialibus, credendo q̃ esset trãsmissa à corde: et dicebat, si credis quòd virtus memorialis sit i corde, quare non apponis ventosam super ipsum, & sit intentio tua in medicando ipsum. Et ego dico q̃ hæc est vna reprehensio, quæ est magis vituperabilis, q̃ verba Archigenis, sm q̃ declarauí hucusque, & declarabo deinceps: quia cor est princeps omnium membrorum. Et fuit locus eius in medio: quia hic est locus regis: ad hoc vt sit regimen huius proportionatum æqualiter omnibus suis circũferentijs, & etiam vt melius custodiatur. Et propterea fuit circũpositus panniculus grossus, vt circundaret ligamentum suum. Sed nutrimentũ cordis est ex vena, quæ coniuncta est inter hepar & ipsum. Cooperimentum, quod fuit positum super auriculam cordis, fuit positũ vt aperiatur interius, ad hoc vt sanguis posset ingredi ad ipsum, & postea claudere perfecte. Sed auricula, quæ est in alio latere, hoc est auricula venæ, quæ prouenit ab ista camera ad pulmonẽ, sm opinionem quorũdam fert sanguinem ad nutriẽdum pulmonem: quia non sunt venæ continuatæ cum illo. Et cooperimenta, quæ super hanc auriculam, ordinata fuerunt vt aperirentur extra, & nõ intus, ad hoc vt sanguis posset exire per eas ad pulmonem. Sed vni duarum auricularum, videlicet quæ est in camera sinistra, hoc est os arteriæ magnæ, non fuerũt ordinata tria cooperturia, vt aperirẽtur ab interiori parte ad extra, nisi vt iret sanguis & spũs ad arterias & non rediret: & alia auricula, quæ est in hoc latere, est os arteriæ venæ, quæ venit ad pulmonem. & ab hac arteria fit euentatio cordis. & propterea fuerunt ordinata cooperimenta istius auriculæ, vt aperirent deforis ab intus. Sed quia splen non habet nisi duos meatus: vnus qui continuus est hepati, & alter cum stomacho: & in splene stat spissitudo sanguinis:

Tertia rõ.

Rãsio tacite obiectioni.

Ratio prima quod cor est princeps virtutis nutritiuæ.

Rõ secũda.

Prima propositio, capitis primi, & prima tractatus. Ratio Galeni contra Philosophos.

Contra Galenum.

Responsio. Replica.

Secunda replica.

sanguinis: opinatur q̃ sit factus ad trahẽdum superfluitatem melancholicam hepatis, & videtur lõginquum, vt sint duo hepata, quia non apparent in eo venæ missæ ad aliud membrum. Bursa fellis ordinata fuit ad trahendum superfluitatem cholericam ab hepate. Et renes etiam sunt membra seruientia hepati; quia attrahunt a quo sitatem, quæ est in sanguine per venam magnã, quæ venit à gibbositate hepatis. Sed vesica fuit ordinata ad trahendum superfluitatem aquosam à renibus, & coopertura quæ est inter ipsam & renes similis cortici, quãdo humiditas trahitur ad eam, aperitur, & quando remanet, clauditur, ad hoc ne reuertatur ipsa superfluitas ad renes. Et scias & non tradas oblitioni, q̃ vnumquod q̃ istorum membrorum, quę ordinata sunt ad trahẽdum superfluitatẽ sanguinis, nõ trahunt, nisi quia sint sibi conuenientes in cibo: & etiam cum hoc faciunt iuuamẽta, quæ sunt necessaria. Et propterea in eis sunt de necessitate quinque virtutes particulares, s. attractiua, & retentiua, digestiua, discretiua, & expulsiua supradictæ. Ista sunt omnia instrumenta nutrimenti. Et habes q̃ digestiones, quæ cõmunicãt omnibus membris, sunt duæ, videlicet digestio stomachi, & digestio hepatis: saluo q̃ tu non ponas sanguinẽ vnam digestionẽ in venis: & si est, pauca est. Sed tertia digestio est, quæ est propria omnibus membris.

Tres tantũ digestiones.

Testiculi nõ sunt princeps virtutis generatiuæ.

Sperma mulieris nõ ingreditur generationem. Idem in paraphraſi de Animalib⁹. Ratio prima ab experimento.

Nota bene. Hæc pars vsque ibi, Sed illud, in aliquibus exẽplaribus Hebraicis non reperitur.

Secunda rõ.

Responsio.

Impugnatio responsionis.

Impugnatio secunda.

Tertia ratio ad principale.

Idem est materia generationis & nutrimenti.

De iuuamentis membrorum officialium, quæ sunt instrumenta uirtutis generatiuæ. Cap. X.

ET postquam declaratum est, quæ sint instrumenta virtutis nutritiuæ, volumus declarare instrumenta virtutis generatiuæ. Virtus enim augmentatiua nõ habet propria membra sibi: sed eadem membra, quæ sunt virtutis nutritiuæ, sunt & istius. Membrorum generationis quædam sunt, quæ sunt propria formę, sicut vulua & mammillæ, quędam sunt propria mari, sicut testiculi & virga. Sed testiculi fuerunt ordinati ad faciendum sperma. et ideo fuit caro eorum alba & spongiola, sicut caro mãmillarum. & ideo, quando conuertitur sanguis, conuertitur ad similitudinem eorum, & faciunt ipsum albũ: sicut hepar conuertit chylum propter suam rubedinem ad ruborem, quia vis est agentis assimilare sibi patiẽs suum. Et debes scire q̃ istud membrum non est sicut princeps virtutis generatiuæ: quamuis ipsa virtus sit in eo, sicut opinatur Galenus, quia illud non potest agere suam operationem per se, nisi per spiritum missum eidẽ à corde temperatum in quantitate & qualitate. Ideo apparet q̃ virtus cordis, quæ hunc calorem mensurat, vt possit facere suas operationes, sit principaliter generatiua: & virtus, quæ est in hoc membro, est eius seruiens: & si habet aliquã prædominationẽ, illa est particularis. Sed testiculi, quos dicit Galenus fœminam habere, apparet q̃ non habeãt effectum in generatione: quia sperma mulierum, quod generatur in mulieribus, in generatione inuentionem non habet. Et si aliquis vellet dicere admirãdo: ergo facti sunt in vanum. Respõdemus q̃ nec in hominibus mammillæ habent aliquam inuentionem in generatione, & tamen habent eas. ergo debes scire q̃ aliquod instrumentum est in vtrisq;. Et si tu dices, vnde apparet q̃ sperma mulieris non habet aliquam inuentionem in generatione: dicendum q̃ manifestatur sensu, et cognoscitur per argumẽtum per sensum. quia homo videt q̃ mulier impregnatur, absq; eo q̃ spermatizet. Et postquam legi libros Aristo. ego quæsiui à multis mulieribus de hoc, & responderunt q̃ plures impregnatæ fuerunt absq; spermatizatione: & etiam si disploicuisset eis coitus. Et etiam vidi q̃ plures ex istis impregnatas, quæ fuerant à masculis violatæ. Et vicina quædam mea, de cuius sacramento confidere multum bene potero ramus, iurauit in anima sua q̃ impregnata fuerat subito in balneo lauelli aquæ calidæ, in quo spermatizauerunt mali homines, cùm essent balneati in illo balneo. Et ego pscrutatus fui vnum librum, quem fecit Auicladis de spermate: & inueni eum, qui dicit q̃ hoc possibile est esse. & reddit de hoc rationem plurimum mihi placentem: quia vulua trahit sperma propter vnã proprium virtutem, quam habet cum eo à tota specie: et ad hoc nõ est necessaria delectatio. ò quam bene placet mihi. Sed illud, quod cognoscitur argumento naturali, est, q̃ si sperma mulieris posset facere hanc operationem, quam facit hominis sperma: ergo generaret per se fœmina, & homo nõ esset necessarius. in quo nec esset opinandum, q̃ hæc operatio diuidatur in illos in quantitate, hoc est vt sperma mulieris faciat aliqua membra, & sperma viri aliqua. quia quamuis membra sint multa, illa sunt vnum in vno principio, quod est in eis: & dator istius principij, quod est cor, ipsum est dator omnium membrorum in potentia. & si esset sufficiens mulieris sperma in dãdo hoc principium: ergo sperma hominis non haberet etiam inuentionem in generatione. & similiter dico in spermate viri. Et si dicerẽt, quòd aliquod istorum spermatum non facit hanc operationem, quousq; nõ sunt mixta adinuicem, et adepta sunt aliam formam & aliam dispositionem: sicut nõ est sufficiens per se acceptũ, & per se mel, vt fiat oxymel, nisi quando sunt mixta simul. Respondemus, & confitemur hoc, quod complexionem habent illa duo spermata & istud, quod dat eis hanc formam, necesse est vt sit complens. & ista duo spermata sunt hic loco materiæ. & hic non est res, quæ det formam, nisi virtus generatiua. & de necessitate est, q̃ membrũ, quod habet hãc complexionem, vel quod facit hanc complexionem, est membrum, in quo est virtus generatiua. Et secundum hanc opinionem esset necesse dicere, q̃ virtus generatiua est in vulua. Et vtinam ego scirem, quæ necessitas est spermatis & sanguinis ad faciendum hanc operationem: quia sanguis est sufficiens ad faciendum omnia membra, quia ipsa nutriunt ex eo. Et postquam ita est, & apparet impossibile, q̃ sit operatio spermatis mulieris, & spermatis viri vnum in specie: & etiam apparet prima fronte q̃ mulier habet operationem in generatione: ergo conueniẽs est, q̃ operatio vnius fit sine operatione alterius, & q̃ sint ambo declinantes in eorum operationibus ad vnũ finem, hoc est embryonis: ergo quodlibet eorũ dat embryoni partem, per quam stat, vel est. Et istæ duæ partes sunt materia & forma: & vnum eorum est dator materiæ, & aliud est dator formæ. Et impossibile est vt fœmina det formã, & masculus materiam: ideo quia dator nutrimenti debet de necessitate esse dator materiæ, & fœmina est datrix nutrimẽti, ergo debet esse datrix materiæ, & masculus dator formæ. & sic dixit Arist. Et postquam mulier non habet aliqd, de quo possit opinari, q̃ sit materia, nisi sperma & sanguis menstruus: & est manifestum, q̃ sperma est humiditas aquosa similis superfluitati: nec̃ solũ est simile superfluitati, sed pro certo est superfluitas: & impossibile est, q̃ ex eo mẽbra nutriri possint: quia si possibile esset, sufficiẽtior esset sanguis: quia ex eo nutriuntur membra: quia non est differentia inter nutrimenti materiam & materiam essentiæ: quia nutrimentum est essentia in parte, & generatio esse est in toto, & materia totius & partis est idem. Et etiam hoc testificatur, quòd sperma mulieris non est materia embryonis: quia multæ mulieres impregnantur absq; spermatizatione, sicut dictum

Quarta ɪ̃.

Quinta ɪ̃.

dictum est. Et iterū vulua mulieris vomit suum sperma,& trahit spma viri ad se. Quæ omnes res istæ ostendunt,q̄ sperma mulieris est superfluitas discurrens propter delectationem: sicut discurrit saliua ex ore alicuius famelici,cùm videt aliquem comedentem. Et apparet manifeste q̄ sperma viri tenet locum agentis. quia membra non nutriuntur nisi per calorem naturalē, qui est in corde: & iste calor est primum instrumentum animæ nutritiuæ. Et propterea necesse est vt sit primum instrumentum virtutis completiuæ. Et similiter necesse est in spmate viri,aut in sanguine, qui est in vulua,magnam partem istius naturalis caloris esse in actu. & impossibile est esse hoc, nisi in spermate propter suum calorem,& humiditatē. Et sanguis,ex quo generatur embryo,est sanguis venarum mulieris,qui est in vulua retentus. & remotus est vt habeat in se virtutem talē,qualis est ista: eo quia est sanguis indigestus. & adhuc remotius est vt sit in spermate mulieris. vel etiam non est dicēdum q̄ calor naturalis sit in embryone ex se: ideo ga

Conclusio.

nō generatur calor naturalis, nisi à calore,qui est in nutriente. Propter omnes ergo istas rationes non est credendum q̄ sperma mulieris sit materia vel forma embryonis: sed spma viri stat loco formę,& sanguis menstruus loco materiæ, & sperma mulieris non habet intentionem in generatione. Et non est credendū vt sperma præbeat iuuamentum solum qualitate, sed confert in iuuamento caloris quantitatiui. Et propterea nō habet Aristo. reprehensionem ab Hip. & Gale. q̄ in mulhere, quæ in saltando abortiuit sexta die, & fuit inuentum sperma inuolutum panniculo. nec etiam quærendum ab Aristote,quo loco erat istud sperma. Et scio q̄ non erat necessaria in Medicina ista inquisitio: ga magis est inquirendum in Generatione animaliū. sed nos narrauimus istud hic pro maiori iuuamento. & q̄ vult scire quæstiones,quæ sunt inter Aristote. & Galenum, legat librū de Animalibus. & ibi inueniet illud, quod dixi. Et deinceps volumus reuerti ad illud,à quo fuimus separati Et dicimus q̄ primum iuuamentum virgæ est,vt impleat sperma in matricem: & secundum,vt sit meatus superfluitati aquosæ. Et iuuamentum vulnæ est, vt sit locus generationis. & cum hoc sunt alia iuuamenta, vt sit meatus et via superfluitati sanguinis non cocti,qui generat in feminis: & est sanguis mēstruus, qui propter nimiam humiditatē, quæ generatur in eis ex paucitate caloris earum intrinseci, non est sufficiens calor earum ad decoquendum sanguinem, qui mittitur ad membra earum. & idcirco expellit ipsum natura certis paroxismis per meatum huius mēbri. Et est compositum multis villis transuersorsus propter virtutem retentiuam,quæ est in eis: & habet aliquos villos longitudinales propter virtutem attractiuam, vt trahāt sperma. sed virtus expulsiua , quæ est in hoc membro, magna est: & propterea habet vnum villū latitudinalem.

A fin vulua vis fit immutatiua.

Et si tu quæreres vtrum vulua habet virtutem immutatiuam, hoc indiget speculatione. quia nō potest dici q̄ vulua faciat membra embryonis: sed virtus informatiua ipsa facit cum calore fixo in spermate. ergo virtus immutatiua,quæ est in vulua,non est,nisi loco cōseruationis. et ideo cum attingit sperma aer, corrumpit complexionem eius. & per hanc viam potest intelligi quod virtus immutatiua est in vulua. Sed manifestum est q̄ mammillæ sunt ad faciendum lac: propterea q̄ caro ipsarum fuit spongiosa & alba: & ista membra habent colligantiam cum vulua. Et propterea, quando materiæ propter aliquam causam non veniunt ad vuluam, currunt ad mammillas,sicut est in mulieribus lactantibus, quia non habent menstrua: & si habent,parum habent. Et sunt aliquæ mulieres, quæ non possunt impregnari,dum lactant. & iterum cum materiæ descēdūt ad vuluam,priuantur à mammillis. Hucusq̄ diximus iuuamenta mēstruorum & spermatis: deinceps volumus narrare iuuamenta instrumentorum sensus.

De iuuamentis membrorum officialium, quæ sunt instrumenta sensus in generali. Cap. XI.

ET dicimus q̄ quinque sunt sensus, s. visus, auditus,gustus,odoratus,& tactus. Manifestum est q̄ cerebrum non fuit creatum, nisi propter ipsos, & proprie propter visum,auditum,gustum,& odoratum: & quilibet istorum habet suum instrumentū proprium , videlicet visus oculū , auditus aures, odoratus nares,gustus linguam. Sed de instrumento proprio tactus est dubium. quia Galenus dicit q̄ neruus, qui oritur à cerebro,est proprium instrumentum eius, & est dator ipsarum virtutum aliis membris. & Aristo. dicit q̄ istud instrumentum est caro. Et hoc sequitur opinionem,quam habent de cerebro. quia Galenus dicit q̄ in eo sunt quinq̄ sensus, & dicit q̄ est princeps istius operationis , hoc est q̄ facit eam per se sine aliquius necessitate. Aristo. autem dicit q̄ dominium suum est particulare: quia est in hoc opere seruitor dominationi cordis, posito q̄ sensus fuerint in eo quinque, vel quatuor. Et nos volumus speculari in hoc, sin q̄ speculati fuimus in dominio hepatis. Et dicimus q̄ manifestū est ex anatomia q̄ multæ arteriæ à corde mittuntur ad cerebrum & fortes: & omnes anatomici, & Galenus cum eis hoc confitentur: & ex hoc est prima probatio, q̄ cerebrum in hac operatione indiget corde. Sed si res, qua nutritur cerebrum propter cor per calorem istum , quem ei trāsmittit,est virtus nutritiua,qua cerebrum nutritur: ergo cor de necessitate esset seruitor cerebri in hac re. ideo ga nutrimentum & virtus nutritiua non sunt data in animali,nisi propter sensus et virtutem sensibilem. sed res, qua nutritur cerebrum propter cor per calorem , quem ei trāsmittit,est quinq̄ sensus: ergo virtus sensibilis primo & principaliter est in corde. & ista virtus est sensus cōmunis , cuius esse probatum est in libro de Anima. Sed Galenus dicit q̄ hæc virtus est in cerebro , & Arist. dicit q̄ est in corde. Et si tu quæris, vnde apparet quòd cor sit dator cerebro caloris mensurati in quantitate & qualitate,& sin quòd conueniat vtriusq̄ sensui ex sensibus cerebri: Respondemus q̄ ratione debita est, q̄ non cum omni calore sit quilibet sensus. quia calor, cū quo operatur virtus nutritiua,non est ille calor, cū quo operatur virtus sensibilis . Et hoc apparet in dormiente & vigilante. quia nos videmus q̄ operatio virtutis nutritiuæ est fortior cùm nos dormimus,& tunc non est sensus in actu: ergo calor, cum quo operatur virtus sensibilis,non est in sensibus in actu, cū homo dormit. Et hoc apparet. quia qñ homo dormit tenēdo oculos apertos, nō videt. & si non esset, quia reuertitur calor, in quo est visus , per neruum opticū ad partes intrinsecas visus , non esset priuatus. Et scias q̄ vna & eadē virtus non potest inueniri in potentia & in actu simul & semel. ergo postquam manifestum est , q̄ virtus visibilis vadit cum spiritu visibili, & spiritus visibilis cum calore naturali, quando dormit homo, nō est virtus visibilis in actu. quia si esset in actu, videret in actu: & non est ita: ergo calor naturalis,qui viuificat virtutem sensibilem, non est calor virtutis nutritiuæ, quando dormiens nutritur,& non videt. & quando tu scies vbi reuertitur,at vnde transmittitur , tunc scies de necessitate locum virtutis sensus cōmunis . Sed mihi videtur prima fronte, q̄ à corde transmittitur iste calor, & ad illud reuertitur.

Cerebrum creatū tutiste propter sensus.

Dubium de instrumento tensus tactꝰ.

In quo membro sint quinq̄ sensus, inter cerebro , anta corde.

Contra Galenum.

Secundarō.

Declaratio secundæ rationis.

Et propterea

Et propterea sunt calidiores partes extrinsecæ, quando homo vigilat. et operatio virtutis nutritiuæ est fortior, cùm homo dormit,& corpus est frigidum deforis. Et nemo debet dicere q̄ ortus istius caloris,cum quo stant sensus & vigilia,generetur primo in cerebro: quia cerebrum est mēbrum frigidum,& nerui membra frigida, et in maiori parte eorum apparet manifeste frigus: ergo incredibile est vt calefaciant corpus. Et adhuc de ratione apparet, quòd calor qui est materia animæ nutritiuæ, & calor qui est materia animæ sensibilis , est vnum loco subiecti, vel vnum in situ: et non est duo loco subiecti , nec in duobus diuersis mēbris etiam duo. Quia anima nutritiua,quæ est in embryone, est præparata recipere animā sensibilem , & stat cum ea loco formæ & finis: & nutritiua est ei loco materiæ: ideo fuit receptio in illo loco de necessitate , qui præparatus est recipere. Et manifestum est q̄ anima nō est præparata recipere , nisi in loco sui subiecti & sui situs , qui est calor naturalis. ergo receptio animæ ad formam sensibilē est de necessitate i hoc loco. Ideo ergo res vnita ab his duabus est vnum loco subiecti, vel situs: quamuis non sint vnum in aliqua duarum figurarum , vnum simpliciter,hoc est vnum numero,& vnum definitione. & hæc est nobilis sententia,quam dedimus. Et postquam ita est,& etiam apparet q̄ calor,cum quo reguntur sensus, est calor cordis: ergo virtus, quæ regit sensum communem est ibi, & cerebrum est seruiēs istius virtutis, sed ipsum cor est princeps istius virtutis veraciter quia dominatur super his in hac perfecta dominatione. Et nos potuissemus probasse has res magis per viam demonstratiuā: sed nostra intentio est abbreuiare. Et postquam declaratum est q̄ cerebrum est seruiens cordis, dando ei virtutes sensibiles per modum , quē dat camerarius regi , vt impleat voluntates suas , quāuis rex det ei illam virtutem,propter quam agit: necesse est deinceps scire , quæ est via, per quam seruit cerebrum cordi : quia iam declarata est via , per quam seruit hepar cordi, hoc est , quia præparat ei suum nutrimentum. Et dicimus quòd non in qualibet mēsura caloris completur operatio cuiuslibet sensus. Et adhuc apparet ad sensum, q̄ non indiget forti calore . quia fortis calor prohibet eos apprehēdere sensata extrinseca,& impedit eos, sicut videmus q̄ homines,qui distēperati sunt forti calore in cerebris eorum,in ægritudinibus acutis credūt audire, & videre ea quæ non sunt. & maxime apparet hoc in sensu tactus: quia fuit intentio in eo apprehēdere quatuor qualitates . & fuit impossibile vt instrumentum illius esset vacuum ex eis : quia ipsum est cōplexionatum ex eis. vnde fuit factum in fine temperātiæ , vt habeat sensum fortiorem. Et propter hæc omnia, quia cor est in fine caloris, fuit ordinatum contra ipsum cerebrum ex opposito ad temperandum calorem suum , vt sensus possit apprehendere perfecte. Nec fuit possibile ponere hāc frigiditatem eādem in corde à principio creationis : ga essent diminutæ operationes nutrimenti diminutione manifesta. Et q̄ dum voluerit natura facere has duas operationes in animalibus perfectis in vltimitate perfectionis, fuit positum cerebrum cōtra cor. Sed animalia, quæ dicuntur spongia marina, & multa animalia bruta non videntur indigere cerebro, & specialiter neruo magno, qui oritur à cerebro. & propterea si incidetur aliqua pars illius animalis, potlet viuere, & nutriri, et crescere, donec rediret ad id quod erat. Et propter hāc causam videmus multa animalia, quæ viuunt, cū sint incisa vsq̄ ad medium sui. Et istud est seruitium, quod dicit Aristo, & sequaces sui, & ista circuentium , quæ dicitur , emēsam, i. viator, q̄ cerebrum facit cordi. Et fuit ordinatum os capitis ad defendendum cerebrum. Et fuit rotundum , quia figura rotunda est magis remota à læsione: sicut faciunt castellani, qui faciunt turres rotundas, vt machina non possit eis nocere. Et adhuc, quia figura rotunda plura continet in se: & etiā est magis apta ad motum continuum.

Deductio cōtra tactū responsionem.

Secunda deductio.

Virtus sensitiua est I corde. Idē Hip. de cord affirmat virtus est in cordecimens sinistro vētriculo . Idē in paraphrasi lib. 2. de partib⁹. c 7 ab Arist. Vt de piso Theorit tract. 12. ca. primo.

Vtilitas cerebri.

De iuuamento filii Spinæ. Cap. XII.

ET iuuamentum filii spinę est de genere iuuamenti cerebri , & est quasi clauus ligans spondylos. Et postquam declarata est ex hoc sermone * cōpositio dominationis cerebri,& similiter dominatiōis cordis,& declaratum est iterum q̄ est eius iuuamētum: deinde narrandum est iuuamentum membrorum vniuscuiusq̄,quæ data sunt his quinque virtutibus.

*. s. i. cōparatio

De proprio instrumento sensus Tactus. Cap. XIII.

ET dicimus q̄ caro est proprium instrumentū sensus tactus : propterea quia illud est membrū , quod communicat omnibus animalibus, sicut tactus est sensus communis omnibus animalibus. Et in carnibus perfectorum animalium sunt sparsi multi nerui ad temperandum complexionem carnis. & quia nerui sunt similes complexioni cerebri, est iuuamentū eorum de genere iuuamenti cerebri. & propterea membra , ad quæ non veniūt multi nerui, sunt duri sensus . Et illius virtutis quiddam est, quod cōmunicat omnibus partibus carnis: & hic est sensus quatuor qualitatum contrariarum, sicut caliditas, frigiditas, siccitas, et humiditas: & quiddam est, quod est propriū vni membro: sicut est quādo os stomachi sentit resolutionem lactam in eo: et iste sensus appellatur tames & litis Sed tames est sensus resolutionis substantiæ grossæ, calidæ & siccæ : & litis est sensus resolutionis substantiæ frigidæ & humidæ: ergo sensus proprius est duplex. Et sensus capitis membri de titillatione , quam habet in hora coitus , isti duo sunt connumerati in genere sensus tactus.

Caro est instrumentum sensus tactꝰ.

Idem primo Theorit tract. 8. cap. 14. Item vbi supra.

De iuuamento Linguæ. Cap. XIIII.

ET linguæ iuuamentum est manifestum, q̄ illa & nerui sui non fuerunt facti, nisi propter operationem gustus, quāuis huic adiungatur alia res propter electionem meliorem, hoc est ad proferendum literas locutionum . Et in radice linguæ sunt duo orificia, quæ tangunt carnem glāduloſam, quæ appellatur generatrix saliuæ. & iuuamētum istius saliuæ est, vt laciat manifestare gustum rerum saporatarum.

De iuuamentis Oculorum, & partium suarum. Cap. XV.

ET manifestum est, q̄ oculi sunt instrumēta visus, & q̄ sunt compositi ex septē tunicis, & tribus humiditatibus: & sciendum est iuuamentum vniuscuiq̄ ipsorum. Et apparet q̄ proprium instrumētum illius sensus sit humiditas rotūda, quæ vocatur crystallina, vel glacialis, aut reticula aranea posita super hanc humiditatem . Quia declaratum est in Naturali philosophia, q̄ hæc apprehensio non potest fieri nisi in corpore peruio, hoc est aere & aqua. quia propter claritatem & permutatem, quæ est in eis, fuit eis possibile recipe colores. & non apparet in oculo corpus existēs in vltima claritate, & luciditate natum ex tēperātia actus & aquę, nisi duo corpora . & non fuit ordinata rotūditas istius humiditatis cum aliquantula deuexitate, nisi vt reciperet rerum sensibilium multam quantitatem . Sed aliq̄ humiditates, & aliæ tunicæ non fuerunt factæ, nisi propter hāc humiditatem. Et cum deuexitate modica non est nisi vt recipiat à grandinosa: quia vitrea humiditas

fuit

fuit facta ad nutriendum hanc humiditatem per viam rorationis. et hoc fuit, propterea quia natura sanguinis est remota à natura huius humiditatis. vnde fuit necessarium, vt aliqua re mediante fiat trâsitus sanguinis in primo, vt ipsa adaptentur ad nutriendum hanc humiditatem. Et albuginea humiditas facta fuit iterũ ad humectandum hanc humiditatẽ, & ad custodiendum humiditatem suam ab aere extrinseco, & etiam ne tangat vueam tunicam. Sed tunica fortis vocata coniunctiua, fuit ad custodiẽdum oculum à duricie nerui, & etiam ad ligandum oculum cum osse, & etiam propter aliam vtilitatem, quam dicemus post. Sed tunica, quæ dicitur * ferina, fuit facta ad nutriendũ dictam retinam per venas, quæ sunt in ea: & etiam vt iuuet ipsam propter calorem naturalem per arterias, quæ sunt in ipsa. Sed iuuamentum telæ retinę, primum est vt det spiritum visibilem per neruos, qui sunt in ipsa, hoc est calorem naturalem, cuius cõplexio adaptata est in cerebro, & per duos neruos, qui vadunt ad oculos: et etiã nutrit crystallinam humiditatem per viam roratiõis, & dat iuuamentum caloris naturalis per arterias, quæ sunt in ea. Sed Galenus confitetur ꝙ aranea est vltimitate peruietatis, & luciditatis: quia colores & formę imprimũtur in ipsam. ergo ista tela est proprium instrumentum visus, vel per se, vel per adiutorium crystallinæ. Et tela vuea dicitur habere tria iuuamẽta. vnum est vt nutriat telam corneam: & propterea fuit multum venosa. secũdum vt defendat crystallinam à duritie tactus corneæ: & propterea fuit hæc tela mollis tantum, ne disgregaretur spiritus visibilis. & hoc facit propter calorem nigrum quem habet, quia natura est colori nigri vt aggreget. Et foramen, quod est in medio istius telæ, non fuit factum, nisi vt esset forma sensati humiditatis crystallinæ, aut araneę, aut ambarum: quia visus, sicut scis, non fit extramittendo. Sed oculus recipit colores per sua corpora perulia per modum, per quem recipit speculum. et quãdo colores sunt impressi in ipsum, tunc apprehendit eos spiritus visibilis. & hoc ego bene probaui in libro de Sensu & sensato sex ratiõibus, ꝙ si aliquod corporum, quibus est compositus oculus, est conueniens vt in eo imprimant colores per nimiã eius perueietatem, ipsum corpus est proprium instrumẽtum oculi. Et iuuamentum telæ corneæ etiam fuit vt defendat humorem albugineum. & fuit facta clara & subtilis, vt non resistat humiditati crystallinæ ad recipiendum formas. Sed secundum iuuamentum coniũctiuæ fuit factum ad mouendum secum musculum, qui mouet oculum. Ista sunt iuuamenta partium oculi secundum Galenum. & maior pars iuuamentorum, ſm ꝙ vidisti hic, sunt iuuamenta arbitratiuat sed sine dubio quodlibet ipsorum habet iuuamentum proprium in se. & pars dominans in eo, & suus finis non est, nisi vt imprimantur colores in ipsum.

* 2. l. secundi na.

Contra Galenum.

De iuuamentis instrumentorum Auditus. Cap. XVI.

Sed instrumẽtorum auditus manifestum est quòd sunt aures. & primum in quo auditus est, est neruus, qui venit ad eas, qui cooperit foramen auris. Et dictum est, ꝙ foramen auris nõ fuit tortuosum, nisi vt aer frigidus non intret tali modo, ꝙ lædat auditum. Et melius est dicere ꝙ fuit tortuosum, ne virtus auditus fuisset læsa à vocibus fortissimis. Et in summa scias ꝙ hæc figura habuit iuuamentum in receptione vocis. & ideo factum fuit chartilaginosum, & vocatum est auris tortuosa. Et alia animalia habent hoc pro alio iuuamento, hoc est vt recipiant voces venientes ab omni parte. & propterea plus regrediuntur foras, & mouent eas.

De iuuamentis instrumentorum Odoratus. Cap. XVII.

Manifestum est ꝙ instrumenta odoratus sunt nasus. & fit in aialibus olfactilibus per viam attractionis, & in non olfactilibus sine attractione: sicut in apibus, & in alijs animalibus nõ habentibus olfactum. Et ſm Aristot. iste sensus fit in duobus meatibus, qui sunt in naso. & ſm Gale. fit in duabus carunculis similibus capitibus mammillarum: et dicit ꝙ propter remotionẽ istius loci indiguit attractione. Et ego dico, ꝙ si ita esset, vt dicit Galenus, ergo odoraremus, quamuis nares essent oppilatæ, quãdo attraheremus aerem per os: quia palatum est apertum naso. Et secundum ꝙ dicit Auenzoar nos odoramus odorem ciborũ, quando incipiunt digeri in stomacho: ergo à contrario non est probatum, ꝙ per illas duas carũculas fiat odoratus. ꝙ si ita esset, animalia molta tactibilia nõ odorarent. Et scias ꝙ non fuit data attractio odoratui, nisi propter vnam duarum rerum: aut electione, ppter melius: aut grossitie sensus istius in animalibus olfactilibus. Quia possibile esset vaporem euenire à re odorata per se ad virtutem sensibilem propter nimiam subtilitatem substantiæ, & propter naturam suæ impulsionis. Sed propterea ꝙ operatio olfactionis est vna duarum rerum, aut trahẽdi, aut mittendi: & est impossibile vaporem venire ex re odorata tempore transmissionis aeris extra. Et est possibile ipsum venire tẽpore attractionis: qa aduentus aeris odorati fit magis per modum attractionis, ꝙm per modum effusionis: sicut tu vides, cùm volumus certe sentire odores, ꝙ nos conamur super attractionem. & hæc est causa, propter quam fuit data attractio. Et apparet ꝙ animalia, quæ odorant sine attractione, habent clariorem sensum ꝙm animalia, quæ odorant cum attractione, sicut videmus in formicis & apibus: propter debilitatem ipsius sensus in animalibus olfactiuis sentitur odor paucus sine attractione, & quasi videtur vt non sentiatur. Et cùm sit comparatio istius sensus inter hominem & multa ex animalibus, est iste sensus diminutus in homine ab illis animalibus, quæ indigẽt in hoc sensu in venando vitã suam. & propterea dicitur in prouerbijs, ꝙ cùm ista animalia venantur vitam suam. & hoc est quasi per viam ꝓphetiæ, vel diuinæ prouidentiæ. Et postquam narrauimus instrumenta quinque sensuũ, volumus narrare instrumenta, quæ facta sunt propter virtutem motiuam.

Prima ratio, qđ odor nõ fit in carũculis, cõtra Galenum. Secundarõ.

Tertia rõ.

De iuuamentis membrorum voluntarij Motus. Cap. XVIII.

Et dicimus ꝙ virtus, quæ facit mouere aial, hæc est imaginatiua vel æstimatiua, quam præcessit virtus cõcupiscibilis, & postea ibi confirmatum est consilium, vel ratio propter representationẽ rei imaginatæ aut æstimatæ, ſm ꝙ declaratum est in libro de Anima. Et est necesse perscrutari in hac virtute, hoc est, vt sciamus instrumẽta, quibus oportet operari, & quot sunt. Dicamus ꝙ motus voluntarij quidam est proprius, & quidam est cõmunis. Cõmunis est motus eundi, qui motus est totius corporis. Sed proprius est motus cutis frontis, & motus oculorũ, et mandibularum, & duarum nasi extremitatum, & labiorum, & linguæ, & epiglottidis, & mãdibulæ inferioris, & motus capitis & colli, & motus nasi, & motus nodi, vel humeri spatulæ cum bredone, & motus brachij à cubito inferius, & motus iũcturæ nominatæ in Arabico rasceth, & motus

& motus digitorum, & vniuscuiusꝙ suarum iunctura rum, & motus membrorum existentiũ in collo, & motus pectoris ad inspirandum, & virgæ, & vesicæ quando clauditur, & motus extremitatis intestini recti quando retinent fęces ne exeant, & myrach, coxæ, & cruris, & testium, & pedum, & digitorũ pedum. Isti sunt motus, qui dicuntur volũtarij. Et est necesse perscrutari res, à quibus veniunt isti motus. Et dicimus ꝙ manifestum est per dispositionem istorum motuum, ꝙ fiunt à pluribus vno motore. verbi gratia, motus manus fit à chorda, & motus chordæ est à musculo, & motus musculi est per se, & musculus est primum mobile: & non est hoc corpus, quod moueat ipsum. Ideo quia omne corpus, qđ mouet corpus mobile, est à necessitate mobile. & ideo est conueniens, ꝙ corpora, quorum vnum mouet alterum, veniant in fine ad vnum corpus, quod moueatur per vnam virtutem motiuã missam eidem, & non propter aliud corpus, sed propter aliud principium, quod est in eo: sicut probatũ est in Naturali philosophia, ꝙ si ita non esset, res protenderetur in infinitum. ergo de necessitate debemus dicere ꝙ principium est in musculo. Et quando opinantur Medici ꝙ motus musculi sit à neruo, opinantur falsum. ideo quia, si ita esset, neruus moueret aut per se aut per aliud, hoc est propter aliud principium, quod esset in eo. et ideo quia declaratũ est in Naturali philosophia, ꝙ quodlibet mobile habet motorem, & ꝙ ille si est corpus, non moueat nisi moueatur, & si motus esset à corpore, res procederet in infinitũ: ideo necesse est hic esse motorem, qui moueat & nõ moueatur, & qui sit nõ corpus. Hæc est vna ratio, per quam videtur, ꝙ qui mouet primo animal, non est corpus, sed virtus est animæ: & ꝙ hoc sit de necessitate in musculo. Et hæc virtus est virtus volũtaria, quam præcedit imaginatiua, vel æstimatiua, & confirmatio cõsilij. Et ideo quia iste motor non est corpus, necesse est vt primum mobile, quod mouet per ipsum, sit corpus, ad hoc vt hoc mobile sit sicut materia. & ipsum erit ei sicut forma: quia impossibile est primũ motorem in animali, vt sit sine materia. ergo necesse est speculari quid sit hoc primum corpus: & apparet ꝙ sit calor naturalis, qui est in nobis. Et tu vides, ꝙ quãdo infrigidãtur membra, eorum motus priuantur. Et est res nota per se, ꝙ vna rerũ receptarum in definitione istarum operationum est calor naturalis. Sed iste calor naturalis differt propriꝭ differẽtiꝭ in quolibet membro ſm operatiões, quibus appropriatur istud, maxime in operationibus nutrimenti. & de hoc nullus discordat. Sed Galenus sentit quòd origo situs caloris istius sit cerebrum, & ad totum corpus per neruos ab eo mittitur. Sed Aristo. sentit ꝙ cerebrum sit seruitor cordis in hac operatione per viam, qua serunt ei in sensibus, secũdum ꝙ dictũ est superius: & ꝙ origo istius caloris est in corde. Et hoc potest videri manifeste, ꝙ ita est, vt verũ est. quia tu vides ꝙ nascitur in corpore iter agentis, quando vadit, quod nõ fuerat. & istud membrum, à quo nascitur calor, & vadit ad totum corpus, est cor. Et propterea quando accidit homini aliquid, quod ipsum terreat, redit calor ad cor, & tremunt crura. & potest esse ꝙ cadit homo, aut nõ poterit mouere. ergo prima virtus regitiua in hoc motu, & illud quod mensurat calorem in quãtitate, est de necessitate in corde. Et adhuc, quod Galenus, & omnes alij medici cõfitentur, ꝙ virtus voluntaria est in corde. & si ita est, & apparet ꝙ animalia non mouentur, nisi voluntarie: ergo virtus hæc est in corde, & cerebrum eius seruiens in dando ei temperantiam. Et cõmune erit cùm diceretur de hac temperãtia, vt fiat per neruum, aut hat cum spiritu animali eũte in ipsum. & non est differẽtia in hoc excepto ꝙ in neruis spiritus animalis ſm Galenum non est apparens, nisi in duobus neruis opticis. Sed primum mobile à calore naturali est musculus: ideo quia conueniens est, ꝙ calor naturalis operetur in primo, hoc est vt primo moueatur istud corpus, cum quo habet similitudinem propinquiorem ex parte caloris, hoc est musculus propter compositionem suam: quia est cõpositus ex prima carne simplici, & neruis, à quibus nascuntur chordæ. Sed neruus solus frigidus est multum, & non habet partem similem cum calore naturali. Et vena per se non est digna, vt sit principium istius motus: ideo quia nascitur à membro non primo. Et de ratione non est ꝙ instrumentum, quod dat nutrimentum, sit instrumentũ motus: quia magis est conueniens vt nutrimẽtum fiat per instrumentum quietis. Nec etiam arteria conueniẽs erit huic motui: quia est operatrix operationum pulsationum, quę dissimiles & non conueniẽtes sunt motui voluntario: immo est simile vt sit contraria ei, & sit quasi dispositа, sicut res, quæ vellet, & nollet aliquid simul. Ergo remanet vt sit musculus primum instrumentum, quod monetur à calore naturali. Sed in membris, qbus nõ sunt ossa, & non sunt ramificata, & sunt parua, musculi ipsi mouent ipsa sine medio: & ramificata mouẽt ea mediantibus chordis, quæ nascuntur ab extremitatibus eorum. ideo ꝙ cùm contrahitur, trahit illam chordam. & quia alligatus est cum extremitate ossis, mouetur os suo motu. Et quando membrum habet duos motus contrarios adinuicem, tunc habet duo ossa, vel duos musculos in duobus locis contrarios adinuicem: quorum quilibet trahit per se suo tempore, & prohibet alterũ suo cõtrario, ne faciat operationem suam illa hora. & si operati essent ambo vna hora, tunc fiat æqualiter membrum, & trahitur ſm vnum statum. verbi gratia, quando musculus qui est in syluestri parte manus, trahit ipsam, vertitur versus partem syluestrẽ: & quando musculus, qui est in parte domestica, trahit ipsam versus partem domesticã, vertitur versus illã: & quando trahunt ambo simul, existit æqualis. & nullus est ipsorum per se, vt tractu suo faciat ipsam verti intus, et extra. Et numerus musculorum ſm Galenum est .529. quorum in facie sunt .45. quorum .24. sunt, vt moueant oculos, & palpebras, & .12. vt moueant mandibulam inferiorem, & .9. vt moueant alia membra facici, quæ mouent voluntarie. & in istis sunt musculus occultus sub cute frontis, & prodest fortitudini apertionis oculorũ: & duo musculi qui mouent extremitatem nasi, & musculi duo qui mouent labium superius sursum, & duo qui mouent labium inferius deorsum, & duo qui mouent maxillam. Et musculi, qui mouẽt caput & collum, sunt .23. quidam eorum trahũt caput versus illam partem solum, versus quam positi sunt. & alij sunt, qui trahunt caput, & collum. eorum quidam sunt, qui trahunt caput superius, & quidam sunt, qui trahũt ad partem anteriorem, & quidam trahũt ad partem posteriorem superiorem, & quidam trahunt ad dextram. et quidam ad sinistram. Et nouẽ musculi mouent linguã. Et .12. musculi sunt propter motũ colli & epiglottidis. Et septem musculi vnicuiꝙ spatulæ. Et .14. vnicuiꝙ lateri, quibus mouetur brachium. & quatuor musculi positi super cubitum: quorum duo sunt intus, qui faciunt ipsum verti versus partem domesticam: & duo stãt extra, vt faciant ipsum verti ad partem syluestrem. &, 17. sunt in quolibet brachio. 10. extra, & septẽ intus. &, 16. positi sunt super manus. 18. super vnaquaque, qui mouẽt manus ad partem domesticã, & partem syluestrem, & ad motus pollicis, et parui digiti, & volam manus.

Qđ sit primum motus volũtarij instrumentum.

Ratio prima contra Gal.

Secundarõ.

Ratio cõtra Galenum.

Et musculi

Et musculi pectoris sunt.10⁊. eorum quidam dilatant, & quidã constringunt. Et musculi spõdylorũ sunt. 48. & octo extenduntur super ventrem sub ossibus pectoris vsq; ad vmbilicum. & quidam extenduntur secundum longitudinem, & quidam fm latitudinem, & quidam fm transuersum, qui faciunt motum ventris constringendi & laxandi, & iuuant omnes alios motus. et quatuor musculos habent duo testiculi, & quatuor musculi mouent virile membrum. & vnus musculus tenet os vrinæ, ne indebite tundatur. & quatuor musculi tenent orificium intestinorum, ne stercus ante tẽpus egrediatur. Et. 64. musculi ad motum coxarum et crurum, & .28. ad motum pedum, & aliquorum digitorum pedum. & .22. alijs motibus digitorum pedum, & positi sunt sup pedes. Isti omnes musculi sunt prima res, quæ mouetur à calore naturali cõmuni, aut calore proprio cuiuslibet musculi. Et postquam ita est, ⁊ aliquod membrum non mouetur nisi per calorem naturale, qui stat ei loco formæ, & propter calorem, qui est in musculo, & ille non mouetur nisi per principium animæ: & sciendum est quid est istud principium, & vnde est, & vt est. Et dicimus ⁊ quando assignabitur hoc, quod declaratũ est, ⁊ per vniuersalẽ sermonẽ: hoc est, ⁊ virtus, quæ facit motum in loco, est anima. Et est declaratum ettã, ⁊ conueniens est, ⁊ motus vniuscuiusq; corporis fit per virtutem voluntariam fixam in membro cõmuni, quod communicat toti corpori, ⁊ sit mobile per se: & per virtutem propriã voluntarie mentis membris particularibus, quæ mouentur per se, & sunt musculi: & apparet sensui, ⁊ in corpore nõ est membrum, quod communicet toti corpori, & sit mobile per se nisi cor tergo virtus voluntaria cõmunis est in corde, hoc est in musculo qui est in eo, & virtutes particulares voluntariq; sunt in quolibet musculo particularium musculorum. Sicut videmus ⁊ motus communis vitalis anhelitus, qui est inspiratio, habet principium à corde. & iste motus est continuus motui expirationis pulsatilis. Et præterhoc accidit, ⁊ pulsus magnificatur per motum, et minoratur per quietem. Ergo cerebrum, & neruus non fuerunt nisi ad temperãdum istum calorem, in quo est principium virtutis voluntariæ cõmunis, & propriæ. Debes scire q̃ nõ est impossibile hic esse motum voluntariũ absq; musculo. sed tu est, est propter calorem naturalem, aut propter rem, quæ stat loco eius in animalibus, quæ non sunt sanguinea, nec musculosa. Et sine dubio isti musculi nõ sunt, nisi in animalibus perfectis. Ideo graue fuit Galeno ad dãdum musculos, qui mouent linguam exterius, et motus dirigit membri tempore cortus: ideo quia intentio sua erat oino, vt motus non esset nisi per musculos, et nõ est ita.

Tertia rõ. Intentio Galeni est, quod motus voluntarius nõ fiat nisi per musculos. Vide prio de motibus li gdus. c. prio. &. 4. & primo de locis affectis texto & in de motu musculorum

priusquam nos tractemus de iuuamento vniuscuiusq; istorum membrorum, est tractandum de iuuamento istius operationis, hoc est de anhelitu. Et dicimus quòd Medici, sicut Galenus & alij, visi sunt dicere, ⁊ anhelitus est propter duo iuuamẽta. Vnum ad vtile ad dum calorem naturalem cordis per attractionem aeris frigidi, & expulsionem vaporis, qui resoluitur à calore naturali, qui est corpus fumosum, qui non est conueniens eidem. pro certo illud iuuamentum est vnum et necessarium animalibus calidis sanguineis. sed illis, quæ non sunt calida nec sanguinea, non est necessaria hæc operatio: sed sufficit eis motus arteriarum, qui venit à corde. & hoc reputo sicut anhelitum. Sed aliud iuuamẽtum, quod dicunt esse, est, vt det nutrimentum virtuti intrinsece ex aere, qui recipitur restaurando ex spiritu tãtum quantum resolutum est. hoc est falsum. quia impossibile est compositum nutriri ex simplici. quoniam si ita esset, iam inueniretur animal esse simplex ex vno solo elemento. & Galenus negat hoc. & propterea dicit quòd aqua nõ nutrit. & propterea dico ⁊ primum verax est. Sed cui ex virtutibus animæ debeat attribui anhelitus, hoc est perscrutandum. quia Galenus dicit, quòd debet attribui virtuti voluntariæ. & dicit hoc. quia à nostra volũtate est vt anhelemus, & non anhelemus. Et etiam dicit ⁊ proprium instrumentum huius virtutis est neruus. & dicit quòd si incideretur neruus, qui mouet diaphragma, homo non viueret, nisi tantum quantum viueret strangulatus. Sed alij dicunt ⁊ stat virtuti, sicut motus pulsus. Et potest quæsthonari dictũ Galeni duabus ratiõibus. Vna, quia tu vides ⁊ anhelamus, quando dormimus: ergo non est volũtarius. quia operatio voluntaria non fit nisi cogitatione, & voluntate, sicut dictum est. Alia, quia videmus quod anhelitus, qui fit improuise, fundatur motu pulsuum: ita ⁊ Hippocrates ponit ipsum plures loco pulsuum, scilicet tempore, quo non ægrotant membra anhelitus. et dicit quòd denunciat complexionem cordis, sicut denũciat pulsus, excepto ⁊ non sit ægritudo in instrumentis anhelitus. Et alij sapientes volunt ⁊ sit compositus duabus virtutibus, videlicet voluntaria, & non voluntaria, hoc est naturali, & alia. & hic inuenitur in motu plurium membrorum, sicut in motu palpebræ oculi, & in motu deglutionis. quia manifestum est, ⁊ ambæ virtutes istæ sunt compositæ. & ideo, quando debilitantur istæ duæ virtutes, cadit defectus in operatione deglutiendi, sicut accidit quando cadit virtus appetitus. Et mihi videtur ⁊ opinio postrema sit veracior, hoc est, ⁊ hæc operatio sit composita. Vel possibile esset dicere ⁊ fortior esset opinio illius, qui dicit eam esse naturalẽ: quia plures anhelitus, quos facimus tẽpore sanitatis & ægritudinis, fiunt sine intentione. quare ponũtur ad denuntiãdum complexionem cordis. & etiam suspiria proferuntur absq; intentione. & etiam, quando magna necessitas anhelandi incumbit, desistere non possumus: sicut accidit in tussi, & similibus. Et natura non inuenit hanc virtutem actione voluntaria, nisi propter necessitatem superuenientem: quando non sufficit virtus naturalis ad exigentiam cordis. Sed probatio, qua probat Galenus, affirmando ⁊ hæc virtus penitus est voluntaria, est priuatio istarum virtutum, quando est incisus neruus. & dicit probando, postquam est incisus nerus, est incisum instrumentum motus voluntarij: & inciso neruo, cessat motus voluntarius: ergo est in neruo. Et iste syllogismus est falsus in principijs, & corruptus in figura. quia quando tenetur vnum prædicatum rei, quæ data est à subiecto, non debet semper remoueri prædicatum ab illa, à qua est remotum subiectum.

De iuuamentis anhelitus.

Contra Medicos.

Cui virtuti aiæ anhelitus attribui debeat. Galen opinio.

Prima rõ cõtra Galenũ.

Secunda rõ.

Secunda rõ.

Tertia rõ.

Ratio ad rationẽ Gal.

Excusatio Aristotelis ab Anatomiæ cognitione.

& qui opinabuntur hoc, tenentur credere cum contradictione oppositi antecedentis in tota materia contradictionẽ oppositi consequentis. & ideo hæc verba non sunt digna, vt hic audiantur. Et iste est vnus modus, in quo est manifestum, ⁊ non habuit veram radicem in Logica. quia si per remotionẽ nerui remouetur aliquis motus, illud non est ex necessitate, vt quãdo neruus est, vt sit ille motus, vt dicatur ⁊ neruus sit propria causa in hoc motu. Et iam visi sunt homines percussi sup venas & nemos dormitorios, qui vadunt ad cerebrum, & tunc in eis priuatę sunt omnes operationes volutariæ. & ppterea hoc nomine nuncupantur. & dicit Rasis, ⁊ quando rex Indiæ volebat interficere nobiles, interficiebat eos per hunc modum. Et vis tu dicere ppter hoc, ⁊ omnes motus volũtarij sunt fixi in his duobus. Item, quæ res est illa, quæ iubet hãc operationem in neruo, nisi vna ex rebus, propter quam completur hęc operatio. & quando illa læsa est, tunc necessario læsa est illa operatio: quãuis nõ sit propria causa in hoc: quia corrumpitur propria operatio propter corruptionem virtutis transmissæ illuc. Et de necessitate non est ppter hãc priuationem voluntarij motus ⁊ quilibet motus, qui est in neruo, qui ingreditur suam essentiam, sit positus substantialiter voluntarius: & per accidens accidit ei vt sit & ille voluntarius. Et quomodo poterit negare hoc, quia iam cõcedit ⁊ motus palpebrarum fit per musculos, sicut notum est per se, & cum hoc toto nõ est voluntarius. Et si vellet dicere ⁊ sit totus voluntarius, adhuc nihil hic lucratur: eo ⁊ est in musculo, nõ in nerno. Et postquam declaratum est ⁊ iuuamentum sit in anhelitu, & quæ sit eius virtus, necesse est narrare iuuamentum proprium vniuscuiusq; membri propri huic operationi. Et dicimus ⁊ membrum, quod manifestum dat iuuamentum in hac operatione, est pulmo: sicut videmus ⁊ quando dilatatur, attrahit aerem intus, & quando constringitur, expellit foras. Et non est dubium, quia illud est proprium instrumentum in operatione illa. Sed quod necesse est speculari subtiliter in hoc, est illud, vtrum ille motus, cum quo fit inspiratio & respiratio, sequatur motũ pectoris, nec per se habeat aliquem motum: an sit motus pectoris in anhelitu, inde continuus semper cum motu pulmonis, vt sit eius adiutor. Sed Gale. dicit ⁊ pulmo nullum habet proprium motum in se: & ⁊ motus illius sequitur motum pectoris: & ⁊ motus anhelitus, qui sequitur motum naturalem, fit per rem musculosam magnam, quæ dicitur diaphragma, quod separat inferiora mẽbra à superioribus. & dicit ⁊ magis propria res iuuamẽti istius membri est hæc operatio: quia nos videmus ⁊ incontinenti cum pectus dilatatur, replet pulmo aere: sicut videmus in follibus fabrorum. Et testificatur super hoc, ⁊ quando vulnus factum fuerit ibi, & intret aer pectus, tũc cessat motus pulmonis, & moritur. Et posset esse ⁊ cessatio motus pulmonis, quãdo vulneratum est pectus, est propterea quia infrigidatur pulmo. Et in temporibus Aristotelis non cognoscebatur aliud iuuamẽtum huius membri, nisi, ppter separationem membrorum principalium à nutritiuis, ad hoc vt non accideret tempore digestionis eis aliud ex calore illo. Et non debet imputari Aristoteli hoc in defectum. quia istud, quod apprehenditur per anatomiam, est sicut res, quæ apprehenditur numero motuum circulorum. nec illa erat pleni scientia completa tempore Aristotelis. Et si tempore Galeni erat ars Medicinæ plene completa, tamen dicit Galenus non est impossibile post me venire, qui inueniet in arte Medicinæ, quod per me non est inuentum. Et propterea in maiori parte rerum, de quibus opinantur homines, quòd Galenus contradicat Aristoteli, non est vera contradictio, sed sicut additiones & complementa. quia nullus deperit Aristote. de eo, quod dicit in iuuamento diaphragmatis & motu neruorum, secundum quòd dicit in tractatibus vniuersalibus de esse motus, & sensus, & iuuamentis cordis, & cerebri. & similiter hic est sic dicendum: & non est dicendum quòd illud, quod dicit Galenus in rebus particularibus, contradicat in vniuersalibus Aristoteli. Et modo volumus reuerti ad illud, à quo separati sumus: & dicimus quòd illud, quod diximus ex sententia Galeni, quòd motus pulmonis sequitur motum pectoris, & hoc indiget speculatione. quia Galenus non verificat hoc, nisi propterea quia videt ⁊ cessante motu pectoris, cessat motus pulmonis, & tũc moritur animal. Et ego dico quòd non est hoc ita absolute dicendum, quòd motus pectoris sit causa principalis motus pulmonis. quia possibile est vt quilibet istorũ, idest pulmo, et pectus, habeat hunc motum ex se, sed habeant vnam proprietatẽ coniunctionis: propter quam nullus eorum mouetur sine alio. & propterea cum cessat motus vnius, cessat motus alterius, & non est quilibet eorum causa motus alterius. Et si nos ponceremus quòd quando pulmo non mouetur hoc motu, tunc cessaret motus pectoris, sicut dicit Galenus, esset nos arbitrati per hoc secundum cum, quòd pulmo esset id quod moueret pectus, dicendo quòd si non moueretur, quòd non moueretur pectus. Ecce hic videtur quòd Galenus prodiderit in opinione sua quòd non est impossibile esse motum pectoris & pulmonis vt moueatur simul, sicut in globo vno: vt si vnum non moueretur, ⁊ aliud non moueretur: quãuis vnus non sit motor alterius secundum modum qui dictus est. Item non est impossibile, superueniente pectori mala complexione per incisionem nerui, quæ ei aduenit, quòd illa malitia non penetret ad pulmonem per illam colligantiam. quia vna rerum, ex qua ægrotant membra, est colligantia. & Galenus hoc concedit. Etiam per hanc eandem viam debemus dicere, quòd motus pectoris adiuuet motum pulmonis: & maxime quãdo indiget forti anhelitu. Et me lior via, quam eligere possumus in fine nostræ propositionis, est hæc, quòd membrum, quod lædit, cum cessat inspiratio & respiratio, est cor, sicut manifestum est. & si cor est illud, quod recipit hanc læsionem propter hãc cessationẽ, & non solum læsionem, sed & mortem: ergo de necessitate est illud mẽbrum, in quo est principium istius iuuamẽti. Et motus pulmonis fm Gale. erat violentus, per vtã, vel per violentiam, qua mouentur corpora artificialia. Et nobis est dicendum ⁊ illud principiũ motus est in ipso per vtã, quæ est in corporibus naturalibus. & adhuc ⁊ cõpletur hic motus per duos motus, videlicet naturalem & voluntarium. Ergo meatus, quod dicere possum⁹ ex his, est, vt sint sicut duo primi mobiles. s. ⁊ musculus sit primus in motu volũtario, et cor et pulmo primi in motu naturali. Et Gale. tenuit in hoc tractatu vtã, quã in alijs regulis suis, qui putat vt iste sit motus volũtarius, et putat ⁊ nõ sit voluntarius nisi per nerũ. & non apparet per anatomiã vt nerus veniat ad pulmonẽ, per quem possit sentire, et maxime per quẽ possit mouere: & potest esse ⁊ nostra principia non sunt sufficientia veniendi ad veritatem plurium harum inquisitionum, sed tamen conueniens est vt loquamur de his fm aptitudinem huius temporis. quia non est impossibile vt cadãt hæc verba, per quæ possimus certificare de veritate harum rerum tẽpore futuro, cùm ad præsens spatium non habeamus. Et nõ fuerunt ordinatæ partes duplices pulmonis, nisi ppter hoc, vt si superueniret

De pulmõis iuuamento.

Opio Galeni ⁊ pulmo nõ mouetur, nisi motu pectoris.

Ratio sedã. Vide tertiã rationem primo Therizinac. ii. ca. 2.

Opinio prima.

si superueniret vni parti mala dispositio, vt alia staret in iuuamento loco ipsius: sicut cõtingit in vulneribus, quæ laniãt vnam cameram pectoris. quia stãt pars pulmonis, quę est in camera non vulnerata loco iuuamenti anhelitus. sed quando vulnerantur ambæ, tũc statim moritur patiens. De cãna pulmonis. Et iuuamentum cannæ pulmonis est propter inspirationem & respirationem, & cũ hoc habet iuuamentum vocis. Et propter hoc fuit positum in extremitate huius membri vnum, quod habet posibilitatem generandi vocem, & assimilatur vni paruæ linguæ. Et missæ sunt eidem à musculo res, quæ dant ei diuersas dispositiones, vt possit generare diuersas voces. Et hoc iuuamentum est tantum propter bene esse, et non propter necessitatem: propterea q̃ vox non est necessaria in esse nostro. Et in maiori parte facit natura hoc. quia facit in vno mẽbro duo iuuamenta, aut tria, quando debet esse hoc. sicut videmus in naribus: quia sunt ordinatæ ad odorandum: et ad hoc vt sint propter mũdificationem superfluitatum cerebri. & in vna parte seruit virtuti expulsiuæ, & in alia parte seruit virtuti sensibili. De vuula. Et etiam iuuamẽtum vuulæ est vt defendat, ne pulus, aut fumus, aut similes res nocuæ veniant ad guttur. & cum hoc defendit, ne aer frigidus ingrediatur ad membra anhelitus. & ideo quando multum incidit ur ab ea, fortificatur frigiditas ad pectus, et pulmonem, & apparet vt habeat inuentionem in esse vocis. De Epiglotide. Et testificatur nobis q̃ epiglottis est instrumentũ, quod appropriatur voci. quod est, quia cũm sufflamus fortiter in cameram, vel cãam pulmonis alicuius animalis, egreditur vox extra ex ea, quæ assimilatur voci illius animalis. Et fuit positum super hunc meatum cooperimentum vnum ad defendendum à rebus, quæ vadũt ad œsophagum, ne ingrediatur in ipsum, quia mireturhomo. Et propterea, quando intrat aliquid modicę quantitatis, amouet tussim. Ista sunt, quæ sunt possibilia dici de iuuamento anhelitus.

De iuuam. vtis Cerebri, & partium eius. Cap. XX.

ET virtutes cerebri, s. imaginatiua, & cogitatiua, & reminiscibilis, & conseruatiua, quamuis non habeant membra vel instrumenta, ipsa tamen habent propria loca in cerebro, in quibus manifestantur operationes earum. & propterea de eis dicẽdum est. Et dicimus, q̃ virtus imaginatiua stat in prora cerebri: & illa est, quæ retinet figuram rei, postquam separata est à sensu cõmuni. Sed cogitatiua plus manifestatur in media camera. et per hãc virtutem cogitat homo in rebus, quibus pertinet cogitatio & electio, quouscp apprehendit quod conuenientius est. Propterea non inuenitur hæc virtus, nisi in homine: & aiali bruto concessa fuit æstimatiua loco istius. Et locus virtutis reminiscibilis & conseruatiuæ est pupis, siue pars posterior capitis. Et inter conseruatiuam & reminiscibilem non est differentia, nisi quia conseruatiua est conseruatio continua, & reminiscibilis est cõseruatio intercepta. Et differentia, quę est inter conseruatiuã vel reminiscibilẽ, & imaginatiuam, est quia imaginatiua præstat alijs formã rei sensatæ, postquã priuata est à sensibus: quare nõ est sensus. Et virtus conseruatiua & reminiscibilis non sunt nisi ad conseruandum, aut ad faciendum reuerti apprehensionem illius figuræ. Et ex hoc apparet, q̃ sunt magis spirituales q̃t imaginatiua. Et non est tradendum oblitioni, quod quãtus cameræ cerebri sint mẽbra, in quibus complentur operationes istarum virtutum, tamen inuenimitur earum radices in corde: & q̃ illa loca non sunt illis, nisi sicut instrumenta, in quibus manifestatur eorum opationes. Et sicut virtus visibilis dicit esse in humore crystallino, quãuis sit in corde, vel in cerebrũ: sic istæ virtutes, & iuuamentũ istorum locorum est ad temperandũ eas ſm modum, qui dictus est iuuamento cerebri ad alias apprehensiones. Et hoc declarabitur per viam, qua declaratũ est illud: hoc est q̃ virtutes istæ non laborãt, nisi cum calore intrinseco: & calor intrinsecus non aduenit eis, nisi cum calore mensurato: ergo virtus datiua & mensurativa de necessitate est in corde: ergo radix istarum virtutum est cor. Itẽ, quia operatio imaginatiuę nõ est, nisi in signum, quod remãsit ex sensatis in sensu cõi, sicut declaratum est in libro de Aia: et ibi declaratũ est, q̃ locus & radix habitatiõis sensus cõmunis est cor: ergo habitatiõis locus virtutis imaginatiuę est in corde necessario. Et iterum, quia imaginatio est, quæ mouet aial, mediante virtute motiua volutaria, manifestũ est q̃ motiua volũtaria est in corde. ergo imaginatiua est in corde. Et in loco, in quo est imaginatiua, de necessitate est cogitatiua: quia cogitatio non est nisi compositio rerũ imaginatiuarum, & diffinitio earum. Et in loco, in quo cogitatiua de necessitate est, est reminiscibilis & cõseruatiua: propterea quia ,ppter ipsam sunt inuentæ. Et non est necessarium in videndo ægritudines istarũ virtutum, & in ægritudinibus istarum camerarũ cerebri, vt iudicetur ,pter hoc, q̃ istę virtutes sint solũ in cerebro: sicut non est dicendũ in videndo virtutẽ visibilem ægram, qñ ægrotat humor crystallinus, q̃ virtus visibilis non sit principaliter, nisi in crystallino. Et tũ vides iterũ, quod ægrotant istę virtutes apprehensiuæ, ,pter ęgritudine diaphragmatis: & non fuit aliquis, qui crederet q̃ istæ virtutes apprehensiuæ essent in diaphragmate: ,pterea quia non fuerũt ordinatæ istæ camerę cerebri, nisi ,pter istas virtutes. Et fuit ordinata earum complexio ad faciendum illud, quod conuenit istis virtutibus. & ,pterea ista virtus non manifestatur primo, nisi in duabus cameris pr prie, & ab ea vadũt ad duas cameras, quæ sunt in parte posteriori per meatum, qui est inter vtrasq̃: & sunt posita corpora in illo meatu, quæ apponuntur, quãdo necesse est vt aperiantur ad intrandum calorem intrinsecum in illas: & postmodum clauditur in illis, sicut dictum est in libro Anatomiæ. Et quia cerebrũ est mẽbrum humidum liquidum, ideo ad custodiam ipsius positum fuit os craneĩ, & pãniculi circundantes ipsum, sicut positæ sunt costæ pectoris ad cõseruationem cordis. Et positũ fuit hoc rotundum: eo q̃ hæc forma est melioris dispositionis aliarum omnũ formarum, & maioris capacitatis aliarum: & quia à nocumentis remotior oibus alijs exist. Et fuit positũ cerebrum in altiori loco corporis in aialibus perfectis propter sensus qui sunt in eo; ,pterea q̃ sensus, ſm q̃ dicit Galenus, sunt custodia corporum & rationis est, vt custodes sint in locis altis.

De Somno. Cap. XXI.

ET iam declarauimus iuuamentum vniuscuiusq̃ membri, ſm q̃ sufficiens nobis videtur. & restat vt declaremus aliquas operationes, quæ conseruant sanitatem. Et incipiemus ab operatione dormiendi: & faciemus te scire quid sit dormire, & in quo membro fiat hæc operatio, & quæ sit eius causa: eo q̃ est vna ex rebus necessarijs in esse animalium dormientium, et homo est vnũ ex his. & propterea priuatio huius operationis est vna ex rebus, quę facit perdere vitam. & qñ compleuerimus narrationem istius virtutis cũ modico eius, quod sequi ad hoc, tũc erit cõpleta ista particula, et incipiemus loqui in alia particula de ęgritudinibus, & causis earũ, & accidentibus ipsarũ, si Deo placuerit. Et dicimus quòd dormire est ligamẽtum, & quies sensuum,

Prima ratio.

Secunda rõ.

Tertia rõ.

Riſio adrtionẽ Gal. per ex., la.

Secundum exemplum.

Somni definitio.

suum, & reuersio ipsorum ab instrumentis eorũ ad partem intrinsecam corporis. Et istæ res, per se notæ sunt. et propterea transeunt res sensatę super dormiẽtes, & non sentiunt eas. & etiã videmus dormiẽtem oculos habentem apertos, & non videbit. & si esset virtus visibilis in suo instrumento, tunc videret. Et nõ solum accidit hoc in hora dormiendi, sed etiam accidit hoc, quando homo subtiliter sollicitatus est circa aliud, tunc etiã transeunt super ipsum multa sensata, & non sentit ea. Et Declaratio definitionis. postquam dormire non est, nisi reuocatio sensuum ad partes interiores corporis, et est impossibile sensibus, vt moueantur in motu vniuersitatis corporis sine corpore vno, quod starẽt loco eius propriæ materię: & est manifestum q̃ istud corpus est calor naturalis: ergo dormire necessario fit per caloris naturalis reuersionẽ ad partes intrinsecas corporis. Et testificabitur super hoc, q̃ partes exteriores corporis refrigerãtur, cùm homo dormit. Et etiam operatio digestionis est fortior cũ homo dormit: eo q̃ calor naturalis, cum quo operatur natura in vigilando in exterioribus, vt det sensum et motum, reuertitur dormiendo ad partes intrinsecas corporis. Et postquã transmissio caloris naturalis membris non fit nisi à corde, sicut dictum est superius: ergo reuersio ipsius tempore dormitionis non fit nisi ad cor: propterea quia à loco, vnde incipit motus, ad eundem reuertitur. sicut est in dominos: quia ab eo res habent initium, & ad ipsum reuertuntur. Et postquam declaratum est, q̃ somnus est quies sensuum, & cessatio suarum operationum propter reuersionẽ caloris naturalis, qui est eorum subiectum ad cortetiam sciendum est, quæ sit causa istius reuersionis: propterea quia hæc res stat loco formæ dormitionis, & loco vltimæ digestionis. Et dicimus q̃ dilatatio caloris naturalis in partibus extremis non est nisi propter augmentum quantitatis eius: & non fit propter augmentum qualitatis, nisi propter augmentum quantitatis, quæ est in eo: sed constrictio sua est diminutio quantitatis. & hoc fit necessario, dominantibus super ipsum frigiditate et humiditate: ergo somnus non accidit nobis, nisi quando infrigidatur et humectatur calor naturalis: propterea quia, quãdo acquirit humiditatem & frigiditatẽ, et reuertitur ad suam radicem, diminuitur à sua quãtitate. Et propterea quia iuuamentum cerebri fuit, vt temperaret caliditatem & siccitatem cordis, necessarium est vt recipiat maiorem partem istius operatiõis à cerebro. Et hoc accidet, quando dominabitur super complexionem ipsius frigidam & humidam. & hoc non accidet ei, nisi quando transmittitur eius cibus. & similiter quando accidit cibus cordi, acquirit frigiditatem & humiditatem. Et ,pterea q̃ hoc non accidit cordi vt in pluribus, nisi median te cerebro, nos faciemus embrocationem sup cerebrum vigilantium cum rebus, quę habent humectare. Opinabantur multi hominum, q̃ cerebrum ellet solum proprium membrum somni. & nõ est ita. Et rationes, quę nobis ostendunt q̃ dormitio non fit nisi per frigiditatem & humiditatem, sunt, quia nos videmus q̃ maior pars ciborum, qui faciũt dormire, sunt frigidi et humidi, sicut lactucæ, & similes; & cibi qui inducũt vigilias, sunt calidi & sicci. & causa materialis somni est vapor humidus, qui ascendit à membris inferioribus ad cerebrum propter aliquam causam generatus. & quando est in fine sui ascensus, ingrossatur à frigiditate cerebri, & recipit grauitatem ab alijs humiditatibus miscentibus se cum eis, quæ ibi sunt. & quia non possunt resolui, nec vlterius ascendere, descendunt inferius ad membra, & oppilant meatus virtutum sensibilium. Et somnus non aduenit multum animalibus post laborem, nisi propterea quia animalia, quando mouentur & laborant, spargitur calor suus naturalis. & diminuitur quantitas sua, & refrigeratur. & propterea reuertitur de necessitate ad locum sui principij, & sui thesauri. Sicut similiter accidit ei res, quæ impedit ipsum: quia reuertitur ad principium suum. & sicut homines exercitum, quando accidit eis grande periculum, reuertitur ad capitaneum. & propterea cor est illud membrum, quod vltimo refrigeratur tẽpore mortis. Et somnus est vna operatio naturæ, quæ regit corpus animalis. Et ,propterea fuit somnus necessarius in animalibus ptẽtus. quia nisi esset somnus, perirent sensus propter nimium exercitium. et pereuntibus sensibus, periret vita. Et inde est, q̃ citrinatur facies dormire non potentium, & lædũtur eorum operationes, & proprie operatio virtutis nutritiuæ. & etiam exercitium sensuum est ex rebus, quę refrigerant calorem naturalem propter ſparſionem suã ad partes exteriores. Et quando refrigeratur, reuertitur ad partes interiores, et diminuitur quãtitas sua. Et est scien dum, q̃ hæc operatio, quãtus ipsa non sit nisi propter aliquam permutationem complexionis factam in calore naturali, quæ est augmentum complexionis frigidæ & humidæ, tamen veraciter efficiens hanc est virtus regitiua, quæ est in corde: & calor, qui est in corde, hoc modo est suum instrumẽtum. Et ,propter hoc est hic natus locus inquisitionis, hoc est cui virtuti animæ debet attribui hæc operatio. & videtur q̃ debeat attribui virtuti sensibili, ideo quia crescit, & fortificat ,propter hãc operationem: & non debeat attribui nutritiuæ, inquantum est nutritiua, ,propterea quia vegetabilia non dormiunt, eo q̃ non habent sensum. Et ista virtus est ex virtutibus sensibilibus appropriatis sensui communi. Et nos non attribuimus hãc operationem virtuti sensibili, nisi quia est vna rerum, ,propter quas conseruatur esse suum: quamuis tunc cesset. Istæ sunt illæ res, quæ possunt dici in operationibus oibus, quas habet sanitas. Et de iuuamento ist erũ erit declarata res, quę est necessaria in esse animalium, & illa, quæ non est necessaria.

De *complexionibus Temporum.* Cap. XXII.

ET etiam membra virtutis nutritiuæ, & operationes illius, sunt necessaria in esse animalis, q̃ non est generatiua. & etiam sensus tactus est necessarius. & ,pterea fuit priuatio istius virtutis mors ex necessitate. & anhelitus est etiam operatio necessaria. Et ex hoc apparet, q̃ res, quæ stant corpori hominis loco conseruationis, sunt aer, aqua, cibi; quę non conseruãt, nisi quando sunt super suum cursum naturalem. Et quia aer non est super totam suam naturalem, nisi ,propter operationem Solis et corporum cœlestium, cum eo fuerunt causæ, quæ stant corpori humano loco conseruationis, ipsa cadẽ corpora. Et non completur hæc operatio in aere, nisi ,pter operationẽ solis in eo in quatuor temporibus, quæ sunt ver, æstas, autũnus, & hyems. & hoc est ex incessu ipsius in circulo obliquo. et propterea conuenies est Medico cognoscere naturã horum quatuor tẽporum: quia propter ipsa stat sanitas plus q̃ per alias causas. Et dicimus q̃ ver est tẽpus, in quo operationes nutritiuæ sunt ptẽctiores. & hoc non accidit nisi propter multiplicationẽ caloris naturalis in corpore: propterea quia calor naturalis est calidus & humidus. & dicitur q̃ cõplexio istius temporis est ,propter caliditatem & humiditatẽ: propterea quia speculatio in complexione huius temporis est in comparatione ad corpus humanum: & operationes iuuenum in hoc tempore sunt perfectiores. [a] et propterea potest dici, quòd ẽ tempus tẽperatum comparatũ complexioni hominis.

[a] Ver esse tẽ perfectũ in cõparatione ad humanũ corpus.

COLLIGET

AVERROIS

COLLIGET

LIBER TERTIVS.

SVMMA LIBRI.

De Aegritudinibus, & Accidentibus.

De Aegritudinis definitione, & eius speciebus in generali.

DEfinitio ęgritudinis est manifesta ꝙ definitionem sanitatis, eo ꝙ ęgritudo est oppositа sanitati. Et quia sanitas est vna bona dispositio in mẽbro, cum qua agit actionem, quam habet à natura sua agere: & similiter patitur passionem, quam habet pati per sui naturam: fuit necessarium vt ægritudo sit mala dispositio in mẽbro, ꝓpter quam agit, & patitur cõtra naturam. Et necessarium est, vt sciamus in cognitione specierum ęgritudinis quod sciemus in cognitione specierum sanitatis, hoc est vt narremus in ꝓmis quot, & quę sint eius species, & quę sint suę causę: & postea declarabimus quę sunt actiones, & passiones non naturales. & Medici vocant passionem accidens. Et quando nos hoc fecerimus, tunc cognouerimus ęgritudinem per omnes suas causas, quę sunt finis cognitionis rerum. & hoc totum poterimus cognoscere à cognitione sanitatis, quę à nobis prius dicta est. Quoniam numerus specierũ ęgritudinis est sicut numerus specierũ sanitatis: & à cognitione sanitatis cognoscitur ægritudo: quamuis opinatum sit ꝙ notiores sint species ægritudinum speciebus sanitatis: propterea ga multæ ægritudines habent nomina, & sanitates oppositæ illis non habent nomina: & tñ impossibile est cognoscere ægritudines perfecte, nisi ꝓpter cognitionem suorum oppositorum. Et propterea dictũ est, ꝙ contrariorum eadem est disciplina. Reuertamur igitur, & dicamus ꝙ propterea ꝙ dispositiones sanitatis mẽbri habent duas species: vna est bonitas cõplexionis mẽbri, quæ in membris inuenit consimilibus: & alia est bonitas cõplexionis, quæ est in mẽbris officialibus: fuit necessariũ diuidere similiter ægritudies ſm has duas spẽs. In primis narrabimus ægritudines mẽbrorum cõsimiliũ, & dicemus earũ causas efficientes, & materiales: & postea narrabimus ægritudines mẽbrorũ officialiũ, & dicemus earũ causas. Et dicimus, ꝓpea ꝙ mẽbra cõsimilia nõ agũt, nec patiunt ſm cursum naturę: nisi qñ mensurę caliditatis, frigiditatis, siccitatis, & hũiditatis erũt in illis cũ proportione cõuenięti in oibus spẽbus complexiõis sanitatis: sicut narrauimus in libro Sanitatis. Similiter est necesse, vt sint ægritudines illorũ mẽbrorũ ipsis egrediẽtibus ab ipsis mẽsuris ꝓportionatis in vna qualitate vel duabus ex illis, quæ possunt cõbinari. ergo spẽs ægritudinis istorũ membrorũ sunt octo, videlicet frigida, humida, vel calida, sicca, vel calida & humida, et calida & sicca, aut frigida & sicca, et frigida et humida. Et nõ solum est intelligendũ de primis qualitatibus, sicut dicit Gale. sed ẽt de qualibet qualitate, cũ qua opatur mẽbrum suas opationes, sicut duricie & mollicie, et his similibus qualitatibus, ꝓprijs mẽbris, & ipro prijs. Et spẽs * harum ægritudinũ primo inueniunt in mẽbris consimilibus, secundo in cõpositis ꝓp consimilia, sicut dictũ est in spẽbus sanitatis. Et istarũ octo specierum quędã sunt materiales, & quędã non. Sed difficile est imaginari ægritudinẽ materialẽ esse simplicem: propterea ga ægritudines materiales sunt cõpositæ: ga nulla

*a.l. istorum mẽbrorum.

Sed si tu diceres ꝙ esset temperatum propter proportionem qualitatum, ex quibus est vna cum alia, hoc esset falsum. quia vnaquęq; rerum, quæ appropriatur complexioni, appropriatur de necessitate dinationi vnius qualitatis actiuæ, quæ stat loco formæ, & dominationi vnius qualitatis passiuæ, quæ stat loco materiæ. & si ita non esset complexionatum, non esset vnum in forma, imo essent duo. nec etiam esset recepta vna operatio in suo termino, si duę qualitates cõtrariæ dominantes essent super ipsum ambę æquales in potentia, vel in actu. quia ex duabus rebus in actu contrarijs nõ potest fieri vnum in actu. & etiam de duabus non contrarijs, sicut non fit ex duabus lineis in actu vna linea in actu. Et hoc non consenserunt multi ex eis, qui appropriant sibi Philosophiam hoc tempore, nedum Medici. & de hoc habebunt manifestam declarationem: quia nunquam inuenitur temperata complexio in proportione quatuor qualitatum, hoc est temperantia, quæ est ſm extremitates: sicut non potest inueniri temperata complexio appropriata vni qualitati actiuæ, propterea quia quælibet actiua habet gradum suæ operationis ꝓpter vnam qualitatem passiuam propriam ei, quæ stat et loco materiæ. Et postquam declaratũ est hoc, reuertamur ad illud, à quo separati sumus. Et dicimus ꝙ videtur ꝙ tempus ęstiuum habeat in dispositione sua dominium caliditatis & siccitatis. & etiam apparet ꝙ humiditas & frigiditas dominentur super dispositione hyemis: et hoc est comparatione ad tempus veris, & complexionẽ hominis. Sed cõplexio autumni, quia est media inter æstatem & hyemem, opinatur ꝙ sit quasi in temperantia veris. sed res est contraria, quia est in fine contrarietatis veri: propterea quia est illud tempus, in quo debilitantur virtutes, & sunt confusæ, sicut videtur in vegetabilibus & animalibus. & propterea dicendum est ꝙ frigiditas & siccitas dominentur super ipsum, quę sunt contrariæ caliditati & humiditati. & quãuis non sit frigidum, multum prędominatur et siccitas. & vniuersaliter dico ꝙ confusus est in suis partibus: & Sol in illo est medius nobis inter propinquitatem & longitudinem. & quamuis hęc eadem comparatio sit in vere, tamen est magna differentia inter illas duas comparationes ex parte pręparatiõis naturalis: propterea quia virtutes sunt in autumno in fine declinationis: & siccitas iã dominata est super omnia animalia. & propterea non inuenitur aliquod tuamẽtum in temperantia caloris ipsius temporis in rebus generationis. Sed temperantia, quę est in vere, est conuenięns generationi, & sedet super naturam, quę est conuenięns generationi. & hęc est humiditas. Et hęc tẽpora non habent terminum stabilem generaliter in breuitate & longitudine, sed diuersificatur in regionibus. & hęc diuersificantur in latitudinibus ipsarum. Et temperatior regio est illa, quę habet tempus autumni breue, & tempus veris longum. et tales regiones sunt in quinto climate, & ꝓprie quę sunt propinquę mari. Et autumnus in terris nostris Hispanię habet quasi duos menses, & sedet in principio quinti climatis. & sub hac die non est tempus tẽperatum, secundum ꝙ opinantur multi hominum. & hoc declaratum est aliàs. Nec etiam verum est quod dicunt quidam, ꝙ quartum clima sit melius quinto. & Galenus sentit ꝙ temperatior regio est terra Græcorum. & inter alias temperatior est terra Hispanicis, & dicit ꝙ totum tempus illarum terrarum est sicut tẽpus veris. Deinceps declaratum est ex istis locis sanitas cuiuslibet membri in omnibus quatuor causis, scilicet materiali, efficiente, formali & finali. & hęc fuit nostra intentio à principio libri.

nulla ęgritudo materialis lędit opationẽ, nisi ꝓp aliam non materialẽ, q̃ sequenit mẽbro à calore, vel à frigore.

De causis Aegritudinum in generali. Cap. II.

DEinceps volumus dicere causas earum. Et dicimus ꝙ occasiones materialium ægritudinum sunt humores quatuor, quando egrediuntur ab eorum tẽperantia in quãtitate, aut qualitate. Et hoc accidit aut à parte materiæ, aut à parte efficiẽtis. et hoc est, propterea quia mẽbra non permanẽt super complexionem sanitatis, nisi quando sanguis, qui aduenit eis, est in quantitate, et qualitate in proportione tẽperata in caliditate & frigiditate. Et hoc accidit, quando membra, quæ efficiunt nutrimentum, stant sup complexionẽm sanã: & cibi qui aduenium corpori, sunt naturales, & recipiunt in quantitate conuenienti, & ordine debito, & tempore conuenienti. Sed qñ sunt ſm contrarium, tunc non sunt solum causę materiales ad generandum in corpore istos humores, sed etiã inducunt membra facientia nutrimentum ad malam complexionẽ. & tunc dicitur, ꝙ humores exiuerunt à natura à duabus partibus, videlicet à parte efficienti, & à materiali simul. Et plures erunt cibi naturales, & recipiuntur ſm ordinem naturalem, vt dictum est. Sed res extrinsecæ acqũirent membris efficientibus malam cõplexionem, & generabunt tales humores: & illę sunt sicut aer, exercitium, & similia. & tales sunt exeuntes in quantitate, & qualitate. & tales sunt euenientes à mala complexione in radice creationis membrorum agentium in nutrimento. & tales accidunt causa parentum, qui exiuerũt à sua complexione, & ex præparatione prima in creatione. quoniam plures homines sunt similantes se admiuicem in creatione eorum & regimine, tamen variantes se in accidentibus. quia tales sunt multarum ægritudinum, & alij paucarum ægritudinum: & tales multorum annorum, et alij paucorum annorum. Et pluries accidet hoc à mala cõplexione fixa in principio generatiõis membrorum efficientium. Et plurimũ hæc talis complexio est hæreditaria: quia ab istis primis præparatiõibus accidit, quod videmus ẽt de similitudine multorũ hoium ad inuicẽ in forma, consuetudine, & accidentibus ægritudinum in paucitate & lõgitudine annorum. Et postquam diximus causas humorũ distẽperatorum vniuersaliter, deinceps narrãdum est, qũo fit generatio vniuscuiusq; istorũ, & quot sunt ægritudines, quæ generanẽ ab eis.

De causis Aegritudinum materialium calidarum & siccarum. Cap. III.

ET incipiemus ab ægritudinibus calidis & siccis materialibus. Et dicimus ꝙ ægritudo calida & sicca generaẽ ex cibis calidis & siccis distemperatis: vel quia recipiuni in multa quantitate, aut nimis diminuuntur: aut quia recipiuntur super ieiunium. quia quando recipitur cibus post multum ieiuniũ in stomacho & hepate, ꝓmutabitur ad calorem & siccitatem fortem, & inducet stomachum, & hepar ad eandẽ complexionem: & tunc erit facta opatio eorum ab ambabus partibus supradictis: & sanguis, qui generabit ab hoc cibo, erit calidus et siccus, & distemperatus: & multipli cabitur in ipso cholera in multa quantitate, & distemperabitur in multa qualitate: & tunc impedietur opera tio fellis, & nõ poterit attrahere choleram ſm debitam quantitatem, & sic remanebit imbibitus ex ea. Et illud est, eo ꝙ, quãdo exit cholera à via sua naturali in quantitate, vel qualitate, aut in ambabus simul, & tũc remanet cholera influxa in sanguine. & quando nutrientur membra ex illo sanguine, exibunt paulatim à sua complexione naturali ad malã complexionem calidam, & siccam, & generabuntur multæ ægritudines calidę cholericæ, & similia accidentia venientia membris à rebus extrinsecis, sicut ab aere calido, & à multo exercitio, & vigilia, & accidentibus animæ, quæ habent calefacere, sicut ira, & furor, & cogitationes cordis, & his similia. & causa fortior, quæ est istarum causarũ plus aliarum rerum, est aer, & ars. & aliquando erit causa istarum opilatio pororum qui sunt in cute, per quos euaporat calor & retinetur & cõculcabitur calor intus, & facit quod dictum est. Et aliq̃n erit hoc à complexiõe naturali, vel radicali. Et cholera non naturalis, quę fit in corporibus supradictis, habet quatuor species. Vna species est, quæ assimilatur vitello oni, quod natum est in illa die. Gale. dicit in pluribus locis, ꝙ hęc species est calidior naturali: qa pars ignea in hac specie dominaẽ plus. & dicit ꝙ eius grossities est propter nimiã caliditatem & ebullitionem, ob quam rem habet ista secũ istum calorem igneum. Et alij medici prꝫter ipsum, dicunt ꝙ hęc est minoris caloris naturali. & dicũt ꝙ grossities ipsius est propter alicuius mixtionem phlegmatis. & ſm hoc debet esse rubedo ipsius intra rubedinem naturalem. & est contra illud, quod dicit Gale. & nos videmus q̃ ita non est, vt dicunt. Ad hoc ſm illos debet habere cu sua grossitie aliquantulum viscositatis, sicut debet habere corpus humidũ mixtum cum corpore calido. et sensus visus in hoc adiuuat Gale. Et secunda species habet colorẽ aurichalchi, vel citri: & generatur ab humiditate aquæ admixta cũ ipsa. et sine dubio hoc ita fiẽt in caliditate à cholera naturali. & ægritudines, quæ fiunt ex hac specie, et vitellina ſm illos, qui dicũt ꝙ ht grossa ꝓp admixtionẽ phlegmatis, nõ sunt ẽnumeranda cu ægritudinibus calidis & siccis simplicibus, sed cũ cõpositis, sed ægritudines vitellinæ ſm Gale. sunt politæ in vltimitate caliditatis & siccitatis. & põt esse ꝙ hæc cholera est cholera, quã noiat Gale. cholerã rubeã. Et aliæ duæ spẽs sunt sicut prasslina, & æruginosa. & dicit ꝙ ambæ generanẽ in stomacho. & mihi videt ꝙ Gale. nõ approbat eas cholerę simplici: qa dicit i libro de Virtutibus naturalibus ꝙ istæ duæ spẽs gñanẽ à cholera vitellina mixta cũ alijs humoribus: & ꝙ hę duę spẽs sint cõpositę. & manifestũ est ꝙ generanẽ in stomacho ſm eos. Et stomachus per suã naturã non habet gñare choleram naturalẽ, nec nõ naturalem. qa quod generat naturalẽ, generat nõ naturalẽ, qñ corrumpit ipsius cõplexio: qa ipsius cõplexio intendit aut remittit. ergo prasslina & ruginosa nõ habẽt hoc nomẽ, nisi æquiuoce. Et videt ꝙ cã istarũ generationũ est, ꝙ qñ cholera egreditur à sua natura in caliditate & siccitate, ꝓpter sparsionẽ ipsius ad stomachũ, tunc remiscetur cum alijs humoribus, & proprie cũ melancholia: & ibi recipit aliquã speciẽ putrefactionis, & puenit ad talem cõplexionem. & ꝓpter ea assimilanẽ isti humores veneno, & proprie ærugino sa. Et ægritudines, quę ꝓueniunt ab his, sunt incurabiles, ꝓpterea quia non recipiunt digestionẽ, nec ꝓmutantur à colore naturali: imo corrumpunt formam specifi cam ipsius, sicut corrũpit venenum. Deinceps volumus declarare, qualiter generanẽ ęgritudines cholericę: & incipiemus à febre cholerica seruata. Et dicamus ꝙ, postquam dictũ est ꝙ febris est calor, qui cõtinet totum corpus, qui lędit actiones & passiones membrorũ omnium, ab hac parte apparet ꝙ est calor extraneus. & apparet ex parte, qua manifestat in ipsa operatio caloris intrinseci digerendo humores, & recipit sanationem, & non est sicut calor extraneus, qui inuenitur in corporibus mortuorum, ob hoc apparet, ꝙ ẽt est naturalis. et est veritas, qa est calor naturalis mixtus cũ aliqua qualitate caloris putredinalis. Et adhuc, postquã calor iste

Opio Auicennæ primi libri de humoribus.

ſpargitur,& continetur per totum corpus per arterias, dicimus per hoc, q̄ ſubiectum propinquum iſtius caloris eſt cor: & propterea eſt impoſſibile ipſum eſſe totum extraneū. Et propterea quia calor cordis eſt ille calor, cū quo membra faciunt oēs ſuas operationes, neceſſarium eſt, qñ recipit aliquam permutationē, vt lædantur oēs eorum operationes. Ergo definitio febris eſt hæc, q̄ eſt calor compoſitus ex calore naturali & extraneo putredinali miſſo à corde ad totū corpus, & lædit omnes actiones, & paſſiões. Et dicimus q̄ iſte calor eſt permutatio caloris naturalis pmutati in quantitate, & qualitate operandi in corpore opationes non naturales, aut in materia nō naturali. Deinceps volumus dicere q̄ cauſæ generationis iſtius caloris ſunt eædem cum cauſis generationis caloris extranei: ſaluo q̄ in hoc calore ſunt æquales. & ſi ita non eſſet, ergo eſſet extraneus abſolute, quia res attribuit extraneo dominàri. Et iam declaratum eſt in Quarto Meteororū, q̄ cauſa efficiens putredinē ſtat duobus modis. Vnus eſt calor extrinſecus, propterea qa iſte calor ſpargit, & exhalare facit calorem intrinſecū: et maxime, qñ eſt cum forti qualitate. & qñ ſpargitur calor intrinſecus, ſicut conuenit tēpore magni caloris, qui regit materiā generatam in illa materia calor extraneus: & maxime ſi ſit humida, quia humiditas de facili pmutatur à rebus extrinſecis: quia difficile eſſet effici per ſeipſam. Alius cauſa eſt efficiēs per accidens, hoc eſt frigiditas. quia qñ dominat ſuper calorem intrinſecū, extinguit ipſum: & tunc generat ſuper materiā loco iſtius caloris naturalis aliū calorem extraneum. Et ibi declaratū eſt, q̄ ens naturale non pmanet in ſuo eſſe, niſi qñ virtutes agentes dominant ſuper patientes. Et qñ debilitantur iſtæ virtutes regitiuę, & dominātur virtutes extrinſecæ, tunc tēdit ens ad viā* imperfectionis. Et cauſæ, quæ adiuuant ad generandū calorem extraneū, illæ eædem ſunt cū illis, quæ adiuuant ad extinguendū calorem naturalē. & hoc fit, qñ ſubiectum eſt præparatū ad recipiendum iſtā generationem extraneā: ſicut ſanguis ex quo generai cholera, qui egreditur a natura in quantitate, aut qualitate: aut propter multitudinē ſanguinis, aut propter ipſius groſſitiē, aut viſcoſitatem. quia per hoc refrigeraſ calor intrinſecus, & extinguitur, ſicut faciunt multa ligna humida, quando ponunſ ſuper ignem. Et ēt oppilatio pororum adiuuat ad hociquia reſiſtit euentationi caloris intrinſeci. et accidit hoc, ſicut accidit igni, qñ non habet euentationem, qui cito extinguiſ, vel debilitatur: ſicut tu vides q̄ carbonarij tegūt carbones cū terra, vt ignis non trāſeat per omnes partes carbonum, & faciat ex eis cinerem.

Febris definitio.

*a. l. corruptionis.

De generatione Febris cholerę ſeſtariæ. Cap. IIII.

ET poſtquam declaratū eſt vniuerſaliter quid ſit febris, & vniuerſales cauſæ ſuæ generatiōis, dicendum eſt qūo generatur febris cholerica, quæ dicit ſeſtraria. Et dicamus q̄ fortior cauſa in generatiōe iſtius febris eſt, qñ dominatur complexio ſanguinis in caliditate & ſiccitate. Et habet præparationē vt generet in eo talis calor, aut propter præparationē ſuperfluitatum tertiæ digeſtionis, quę eſt in mēbris: ſed groſſities, & viſcoſitas, & oppilatio venarum nō imaginanſ in operatione iſtius febris, niſi diceret in cholera vitellina ſm illos, qui dicunt contra Galenū: aut propter quātitatem ſuam. Et debes ſcire q̄ non eſt in hoie cholera abſoluta, ita vt ſit pars mēbri hominis, excepta cholera, quę ſtat in ſacculo fellis ſm quoſdam: ſed natura expellit eam à mēbris ſanguineis, quādo ſeparaſ ab eo. ſed propterea eſt impoſſibile opinari q̄ ſubiectū febrium ſeſtrariarum ſit cholera abſoluta: ſed eſt ſanguis, aut humiditas, in qua dominatur cholera. Et propterea poteſt recipere diſtionē, & reuerti ad ſuā naturam: quia nō denudatur à ſua forma ſpecifica. Sed qñ ſeparaſ ab eo cholera abſoluta incontinenti expellit à natura. & ſi ſeparatur ab eo res, quę habeat poſſibilitatē recipiendi digeſtionem, nutrient ex eo membra. Et non eſt poſſibile vt cholera recipiat aliquā digeſtionem. quia non eſt poſſibile illi rei, quę trāſiuit terminum decoctionis, vt redeat ad terminum decoctionis: ſicut non eſt poſſibile vt aſſum reuertaſ ad elixum. nec ēt in ea eſt aliqua pars, ex qua poſſint mēbra aliquo modo nutriri. et dico hoc de naturali. ſed ſi ſic de naturali, quanto plus de non naturali. Et illi qui ſolum ſunt Medici, qui dicunt q̄ cholera eſt cibus alicuius mēbri, ſunt qui dicunt q̄ quatuor humores ſunt elementa mēbrorum conſimilium. Et ego nolo laborare plus in quæſtionibus cū eis: quia ego declaraui hoc perfectę in libro Sanitatis. Et propterea ga calor extraneus generaſ in humiditate, quæ eſt extra naturam cū debilitate caloris intrinſeci: dico q̄ non eſt cum exceſſu naturalis caloris, ſicut opinaſ Galenus in multis locis. Sed propterea q̄ humiditas eſt velox ad putrefactionē: propterea quia calor intrinſecus plus laborat ad ipſius corruptionē: quia illa non habet à ſe rem, quę eam cōſumat. Et ſi conſiteret Galenus, q̄ omnis calor extraneus eſſet putredinalis, caderet periculū magnum in dictis Ariſt. propterea quia quilibet calor extraneus fit ſm ipſum primo, & ſubſtantialiter propter calorem aut frigiditatem. et qñ debilitatur calor naturalis, ꝓpter frigiditatem, tunc dominaſ humiditas, & fatigatur calor intrinſecus in dominando ſup ipſum, & fit putrefactio pp calorem extraneum ſupuententem. Sed qñ cauſa caloris extranei fit à calore, tunc ſupuenit mēbris aſſatio vel cōbuſtio, ſed non putrefactio. propterea ergo non eſt ex neceſſitate vt ois calor extraneus, aut omnis febris ſit putredinalis, & maxime cauſus. & ēt, quando calor extraneus generaſ in locis, in quibus fit digeſtio, & in locis, in q̄bus fit pars membrorū in actu, & aggreganſ ibi ſuperfluitates exiſtentes in natura diſtēperatæ ſimiles choleræ in qualitate, aut diſtemperatæ in quantitate, ēt erunt illæ humiditates, quæ ſunt in corpore occaſione choleræ, & inuentæ loco digeſtionis. Et manifeſtū eſt q̄ locus maioris digeſtionis eſt locus digeſtionis ſecundæ, qui eſt hepar, & venæ: & alter eſt locus digeſtionis tertię, et illa eſt in mēbris. Et propterea ſpecies harū febrium ſunt duæ: vna quæ eſt in venis, & altera quæ eſt in mēbris, hoc eſt in locis digeſtiōis tertiæ. & in libro Prognoſticorū declarata eſt differētia iſtarū duarum febrium. Et ſunt ēt aliæ febres, quæ ſunt appropriatæ puræ choleræ: & tales etiā appropriatæ ſunt choleræ non puræ. & ibi declarabo differentiam vnius ab alia.

De Aegritudinibus cholericis localibus. Cap. V.

ET poſtquā declarauimus vniuerſaliter qūo fiunt febres cholericæ: deinceps volumus loqui, & narrare qūo fiunt ægritudines cholericæ locales, quæ nominanſ alguaſe: in Latino dicunt apoſtemata cholerica: & in Græco eryſipelata. Et dicimus q̄ hæc apoſtemata generanſ in membris duobus modis: vno, qñ expellitur ad aliud mēbrum humor cholericus: & tūc propter eius quantitatem fit dilatatio in mēbro ſm oēs dimenſiones. Et ꝓpterea dicit q̄ elmare, ſiue eryſipelas, et ſimilia ſunt compoſita ex morbis conſimilibus & officialibus. Et cauſa expulſionis iſtius humoris eſt ꝓpter fortitudinē virtutis expulſiuæ in membro mādante, & propter debilitatem eiuſdē virtutis in mēbro recipiēte. Et nō fit, ſicut dicunt groſſi, q̄ fit propter fortitudinem retētiuæ membri recipientis. Verū ad hoc multū adiuuat largitas viarū cum ſuppoſitione patiētis membri: & maxime quando membrū expellens eſt ſuperius, & recipiens inferius: & maxime qñ humor eſt groſſus & terreſtris. & qñ fuerit incineratus, & fuerit in mēbro, tūc propter illius quantitatē calor intrinſecus in eo ſuffocabitur, & generabit calor extraneus in mēbro extraneo: ſaluo ſi humor nō eſſet in vltimitate ſiccitatis. Et ſi apoſtema iſtud generatur in aliquo mēbro principali, aut prope ipſum, procedet ab eo calor ad cor, & generabitur febris fortis. & ſi non erit prope mēbrum principale, non faciet febrē: & poſſibile erit vt tēdat ad mortem. Et alio modo generatur, qñ membrum non pōt digerere cibum qui ei mittitur, nec ipſum pmutare in quantitate aut qualitate, nec ipſum pōt expellere: tunc materia augmentatur in membro illo taliter, vt recipiat dilationē in omnes tres dimenſiones: & extinguitur eius calor naturalis eidē menſuratus, & generatur in eo calor putredinalis propter neceſſitatē materiæ extraneæ. Et iſtæ ægritudines, quæ dicuntur eryſipelata, ſunt duarum ſpecierū. Vna eſt, quæ dicitur eryſipelas ruboris. & apparet ab hac ſpecie, vt ſit mixta cū multo ſanguine propter rubedinem quam habet: & nō facit in membro magnū tumorem, & nō eſt dolor eius acutus. Alia ſpecies dicitur eryſipelas formicularis. & in ea plus dominatur cholera: & propterea inducit puſtulas, & corroſiones. Et aliquando iſta non apparent, niſi in cute: & aliqñ eſt fixa in ſubſtantia membri, & illa peior eſt. & poteſt eſſe vt fiat in concauitate alicuius membri, ſicut in ſtomacho, aut in inteſtinis, & lædet ipſius operationes ſine apoſtemate manifeſto.

Febris ſeſtraria.

De Aegritudinibus frigidis & humidis materialibus. Cap. VI.

ISTæ ægritudines fiūt propter phlegma, quod eſt extra naturam in quantitate, & qualitate. Et cauſæ generationis iſtarū ſunt oppoſitæ cauſis, ex quibus generantur ægritudines cholericæ. & manifeſtiores iſtarum ægritudinum ſunt febres phlegmaticæ, & apoſtemata, quę dicūtur zinniæ. Quod vero plus adiuuat ad generationem harū febrium eſt oppilatio, quæ fit propter groſſitiem iſtius humoris, aut viſcoſitatem. Et vniuerſaliter fit hæc putrefactio per viam extinctionis caloris intrinſeci: ſicut extinguitur ignis à ſuperpoſitione lignorum viridiū. & cùm extinguitur intrinſecus, augmentatur extraneus in materia extranea. & iſta febris fit ex hoc humore in venis, & in tertia digeſtione membrorum. Et iſtius humoris exeuntis à natura ſunt quatuor ſpecies. Vna eſt ſalſi, & eſt ſiccior naturali: propterea quia ſalſugo ei aduenit à ſubſtantia terreſtri adusta mixta cum aliqua hūmiditate, ſicut apparet in generatione ſalis. Alia eſt acetoſi. & quāuis ſit ſiccum, tamen eſt frigidum: propterea quia acetoſitas generatur à frigiditate. Dulce eſt calidius, ſicut eſt videri in acetoſis fructibus, qui poſt acetoſitatē acquirunt dulcedinē. Et vitreum eſt detertius omnibus: quia habet cum frigiditate multam viſcoſitatem. Et ſpecies febriū phlegmatis diuerſificantur ſm diuerſitatem harum ſpecierū. & quando nos tractabimus de febribus, tunc de hoc loquemur lato ſermone. Et ſpecies phlegmatis melius recipiūt digeſtionem q̄ choleræ, ſm q̄ quidam dicunt q̄ recipiūt ſpecies choleræ digeſtionē. Sed febres, quæ fiūt à phlegmate, ſunt periculoſiores febribus choleræ propter groſſitiem phlegmatis, & propter oppilationes quæ ſunt ab eo, & quia interpollatio earū eſt valde breuis, ſm q̄ dicā poſt. Sed apoſtematum phlegmaticorū quædam ſunt, quæ fiunt à phlegmate ſubtili, & quædam à phlegmate groſſo: ſicut ſunt apoſtemata, quę nominanſ ſcrophulæ. & ipſę naſcunſ in carne glandulóſa, ſicut in collo, ſubaſcellis, & inguinibus. Et hæc materia, quæ eſt incluſa in apoſtematibus, eſt dura valde: & ſunt ex apoſtematibus glādulóſis, quæ ſunt groſſitudinis grani pini, vel nucis. & hoc eſſicit in locis carnoſis. Et iſtius generis ſunt verucæ, & claui. & ex apoſtematibus malis, quæ appropriata ſunt groſſitudini humorū & excrementium à natura, quæ notata ſunt à dubelati in Arabico. & inueniſ in iſtis apoſtematibus ſubſtātia ſimilis feci, & ſtercori, & luto, vel carboni. Et maior pars iſtorum apoſtematū compoſita eſt ex duobus humoribus, ſ. ex phlegmate, & melācholia. Et apoſtemata appropriata proprie phlegmati, ſunt apoſtemata notata in Arabico cala. & dicūt q̄ huius ſpecies ſunt quatuor, ſ. lutoſarum, mellitarū, vitrearum, & pultoſarū. Lutoſæ fiunt ex phlegmate groſſo. Mellitę fiunt ex phlegmate putrido habente intus ſubſtantiā mellis. Et aliæ duæ ſpecies fiunt ſimiliter ex phlegmate mellito. & ex phlegmate fiunt; & quædā à ventoſitate: ſicut accidit in illis, quæ fiunt in extremitatibus hydropicorū: et multæ aliæ ægritudines, quas narrabimus, cum loquemur de accidentibus, quæ ſupueniūt actiōnibus, et paſſionibus mēbrorū.

Vide tres ſi c vices hīc de tumoribus.

De cauſis Aegritudinum frigidarum & ſiccarum materialium. Cap. VII.

ISTæ ægritudines fiunt ab humoribus melācholicis, qui egrediunſ à natura in quantitate, aut qualitate, aut in ambabus ſimul. & quæ facūt humores iſtos egredi à ſua natura, ſunt materiæ, quę ſunt ſimiles eis, ſicut cibi frigidi & ſicci, aut calēt & ſicci: aut qñ exeunt membra ab eorum cōplexionibus ad frigiditatē & ſiccitatem, vel ad caliditatē & ſiccitatē diſtemperatam. Et exeunt ēt à ſuis cōplexionibus propter res extraneas, ſicut propter aerem, et exercitium. Et aliqñ accidit à generatione, ſicut accidit leproſis. & maior pars taliū fit ab hęreditate, aut pp coitum cū mēſtruata in diebus, quos dixit Zacharā: quia lepra illa à beneficio medicinarū curā non recipit, niſi fiant tpe criſis annorum, quod natura ordinauit. & hoc teſtificaſ mirabilis Zacharā: & ego exptus ſum. Et qñ multiplicanſ iſti humores ex corpore, ſplen conaſ eos attrahere & nequit, aut pp quantitatem, aut malā qualitatem, aut pp vtrunq; tunc tendunt cū ſanguine, & vadunt ad mēbra. & quia mēbra abominant eos, correctionē eorum facere nō poſſunt, quare ex eis generanſ ægritudines difficilis curationis. Et choleræ nigræ exēūtis in quātitate à natura ſunt duę ſpecies. vna eſt pp aduſtionem melancholiæ naturalis: & alia ſpēs eſt ex aduſtione choleræ non naturalis. Et iſtæ ſpecies generanſ à multo calore & intenſa ſiccitate, quāuis remaneāt per earū naturā frigidæ, & miſceaſ cū eis calor extraneus extra naturā multū. Et q̄ ſignificat hoc, ſ. q̄ cōplexio earum ſit talis, eſt earū acetoſitas. qa qñ ſparguntur ſuper terrā, fermētāt ipſam. & vnaquæq; iſtarū ſpecierum inducit corroſionem in mēbris, & aliqñ fiſtulas, & maxime quæ fit ab aduſtione choleræ. Et ægritudines, quæ fiunt ex humoribus iſtis, quædā ſunt febres, quædā apoſtemata. & febrium, quæ in eis fiunt, quædā fiunt in ſecunda digeſtione, & quædā in tertia. & quod adiuuat generationē iſtarum, eſt oppilatio pororum cū groſſitie humorū, & difficultas digeſtionis. Et apoſtemata, quæ dicunſ ſclerotica, fiunt ex melācholia naturali & aduſta, & aliqñ cancer. ſed quæ fiūt à naturali, ſemp ſine vlceratione ſunt, & quæ fiunt ab aduſtione non naturali cum vlceratione. & aliquādo ſpargitur hæc materia ſuper omnia membra, & tunc fit lepra. & propterea dicitur, q̄ lepra eſt cancer vniuerſalis. Et iſtius duæ ſunt ſpecies. quia quędam eſt cum vlcera-

tione, & quædã sine. & quæsit cum vlceratione, est de melancholia, quæ est extra naturã. & phlegma falsum, & sanguis sm quosdam recipiunt adustionem.

De causis Aegritudinum calidarum et humidarum materialium. Cap. VIII.

IStæ ægritudines generantur propter exitum sanguinis extra naturam in quantitate, aut qualitate. Sed exitus ipsius in qualitate debet dici paucus: quia quando exit multum, debet attribui ægritudo nomini illius ægritudinis, ad quam declinauit, & illi cui domi natur manifeste: hoc est, quia quãdo inflammantur nimis, debet attribui choleræ: & sic de alijs. Et debes scire q̃ ægritudines simplices non fiunt ex humoribus simplicibus istis: & maxime ex illis, qui non recipiunt digestionem, nec sunt apti nati recipere ipsam. quia quando cholera, vel melancholia simplex dominatur singulariter & simpliciter, fiunt ægritudines ex eis, quæ nullo modo habent curationem, sed nominantur simplices propter humores in eis dominantes: sicut nominantur compositæ, quando apparent in eis, & videntur duo humores, aut plures dominantes. Et maior pars ęgritudinum, quæ generantur ex sanguine, sunt febres, et apostemata. Et ipsius febris sunt species duæ. Vna fit propter augmentũ quantitatis solum. & propter illud augmentum quantitatis clauduntur port, & inflammatur sanguis, & fit hæc species febris. & hæc febris i suo principio non est putredinalis. Sed si Medicus fuerit negligens in ejus curatione, fit putredinalis. & hæc species est media inter ephemeram et putridam. Et alia species fit propter aliquam putrefactionem. Et febres, quæ fiunt à sanguine, fiunt in omnibus venis: propterea quia non est sanguis in actu in corpore, nisi in venis, & non habet interpolationem manifestam. Sed apostemata, quæ fiunt ex hoc humore, sunt quæ dicuntur phlegmone. & fiunt plus propter distemperantiam in quantitate, quàm in qualitate. Et diuersificantur ista apostemata propter maiorem profunditatem & minorem. & quod est minoris profunditatis, est leuius. Sed sanguis, qui currit ad membrum, si distemperatus sit aliquando in qualitate calida, fit erysipelas phlegmonodes: eo q̃ tunc est cholericus propter inflammationem choleræ. & hæc species est periculosior. Et apostemata vniuersaliter diuersificantur per diuersitatem membrorum, in quibus fiunt. quia quando fiunt in aliquo ex membris principalibus, necessario sequitur mala febris: & maxime quando apostemata est phlegmone. Et aliquando fit phlegmone in subascellis, & in inguinibus, & in auribus. & quæ fiunt in partibus subascellarum, generantur ex superfluitatibus transmissis à corde. Et fiunt hæc apostemata propter alia apostemata facta in alijs partibus corporis: quia omne membrum habet virtutẽ expulsiuam mandantem alteri. Et etiam fiunt ex hac variolę, & morbilli, et propterea quia nullus euadit ab his duobus, nisi habeat hæc. Et non potest dici, vt fiant à causis extrinsecis: quia illæ non sunt necessariæ in omni homine. & ista ægritudo est sicut naturalis. & ꝓpter hoc dicitur, q̃ hæc ęgritudo prouenit à mala materia fixa in cibo embryonis. & propterea fiunt hæ ægritudines cum febre sanguinis: quia si sanguis esset nimis corruptus, patiens posset ex eo mori.

Datur Synochus dem. 1. Theor. tra. 1. c. 4. Vide 4. Colliget. 31.

De causis Aegritudinum compositarum materialium. Cap. IX.

TV debes scire q̃ ægritudines simplices singulares, quæ dictæ sunt, non fiunt ex humoribus simplicibus, nisi raro. Sed maior pars ęgritudinum supradictarum est composita ex pluribus humoribus vno. Et compositio ægritudinũ aut est complexionis compositio, aut compositio vicinitatis. Sed cõpositio vicinitatis est, sicut si quis haberet ab vna parte febrem cholericam, & ab alia febrem phlegmaticã, & paroxismi harum duarũ febrium essent in vna hora. Et febres, quæ fiũt propter compositionem complexionis, sunt duplices. quædam enim sunt, quarum cõmixtio est absoluta: & quædã conuenientius possunt appellari compositæ ẽt mixtæ. & propterea cõmunicant febres in signis & proprietatibus, quæ appropriãtur humoribus simplicibus. Et hæc complexio, & compositio quæ est in humoribus, inducit ad multas cõmixtiones innumerabiles. Et propterea quia hæ duæ species compositionis sunt in febribus, possunt tamen inueniri febres mixtæ, quãuis non sint duarum specierum, sed vnius. & hoc accidit, quando fiunt febres in duobus locis diuersis in corpore. Et manifestior febrium compositarũ est hemitritęus & plurium specierum. Et omnes fiunt ex phlegmate & cholera. sed quædam est, quę est ex phlegmate intus, & cholera extra: & quædam est econtrario: & quædam est, quæ est composita ex phlegmate & cholera, aut intus, aut extra. Et febres diuersificantur sm diuersitatẽ mensuræ quãtitatis, aut qualitatis, vel loci humoris, sicut causus, & sicut febris, quæ fit ex phlegmate vitreo, quæ dat caloré et frigus simul in partibus extrinsecis: et sicut febris quæ habet fortissimum caloré in partibus intrinsecis, & in partibus exterioribus sunt econtrario. & potest eé, vt partes exteriores sint multũ frigidæ, & vocat febris incluſa. Et quęlibet istarum ægritudinum habet quatuor tẽpora, principiũ, augmentum, statum, et declinationẽ. Et principium est tẽpus, in quo apparet ęgritudo in actu, & natura nihil manifeste operatur. Et q̃n humor incipit digeri, natura incipit operari contra humorẽ: & illud tempus est tẽpus augmenti. & dicit augmentum, quia tunc sunt fortia accidentia. Et q̃n cessat digestio, cessat tẽpus augmẽti, & incipit status. & illud est tẽpus, in quo apparet certamen inter naturã & humorem. Et q̃n natura est fortificata super humorem, & ipsum vincit, dicitur tunc esse tẽpus declinationis. Et quædã ægritudines sunt, quæ habent dissolutionem humorũ sine euacuatione manifesta, & sananſ, & quędã sunt, quæ habent dissolutionẽ virtutum paulatim donec moriunſ: & quædã sunt, quę habẽt euacuationem manifestã ad sanitatem, vel ad mortem. & ista nominatur vera crisis. Et crisis salubris sunt duæ species: vna est, quæ ducit per suã euacuationem ad perfectam sanitatẽ: & alia est quæ relinquit ægritudinis reliquias, quæ paulatim dissoluuntur & liberãtur, & tempore longiori salutem præstat. Et illud idem est in crisi mala. Et maior pars crisium reptur in febribus acutis, i. quæ finiuntur tẽpore breui. & quia crisis accidit post digestionẽ, si illa digestio est integra & ꝓfecta, erit crisis perfectat: & si digestio est imꝑfecta, erit crisis longior. & digestio completur ꝑp longitudinẽ temporis sm cõparationẽ agentis ad patiens: quia non in omni tpe, quod aduenit, patit patiens ab agente: quia quodlibet habet tẽpus proprium cõparationę, quã habet agens cum patiente. & hoc põt cognosci in rebus artificialibus: quia mẽsuræ tẽporũ decoctionis in rebus artificialibus diuersificanſ. Et propterea ga ita dĩ. & sunt longo tpe cognitæ, & sentiunſ ægritudines, & virtutes, & humores est tunc certũ est per experientiã & rationẽ naturę, vt sciantur tpa, in quibus fit bona digestio, aut mala, videlicet dies critici. & quia digestio bona est perfecta operatio naturæ, ideo tempus illud fuit pro maiori parte laudabile. sed digestio imperfecta, quia habet latitudinem, nõ verificat bonitatem suarum crisium, sicut perfectæ.

De tempo. bus morbi.

Et quidam

Tertio de diebꝰ creticis Gale. & 10. Theoricæ. c. 9. Halı. & 1. Thezir. trac. 9. c. 7. & 1. eiusd. tract. 2. c. 8.

Et quidam dicunt, q̃ inuentio crisium hoc ordine est Luna. Sed tu debes scire, q̃ est causa remota, quę Medico non est necessaria, & causa propinqua est illa, quam diximus. & infra in libro nostro monstrabimus rõnem in hoc, & dabimus exẽpla. Et aliquando accidit mors in principio ægritudinis. & hoc fit, propterea quia humores dominãtur multum super calorem naturalem, et extinguunt ipsum propter quantitatem, aut qualitatem, aut propter vtrunq̃. Et aliquando accidit in augmento, aut in statu, aut in declinatione. et declinatio in ęgritudinibus mortiferis fit à debilitate virtutis, et non à debilitate ægritudinis, sicut est in salubribus ægritudinibus declinatio propter dominationem virtutis. Et sufficit quod diximus hucusq̃ de ægritudinibus materialibus, & earũ causis. & nunc volumus facere tractatum breuem de ęgritudinibus immaterialibus.

De causis Aegritudinum non materialium in generali. Cap. X.

ET dicimus, q̃ hæ ægritudines, quando sunt absq̃ causa humorum, est locus subiecti earum de necessitate membra, vel spiritus. Et efficiẽs ipsarũ sunt duæ res, aut res exteriores, aut alię ęgritudines materiales. & uolumus dicere de manifestioribus ipsarum, hoc est de calidis & siccis.

De causis Aegritudinum immaterialium, calidarum & siccarum. Cap. XI.

QVia quædam ægritudinum calidarum & siccarum sunt in spiritu cordis solum: & hæc est febris dici. & hoc fit, ꝑpter res extrinsecas. & est propter quatuor causas, quarum vna diuiditur in quatuor partes, quarum quædam sunt per se, & quędam per accidens: & earum quæ per se sunt, quędã sunt in potentia, & quædã in actu. Et quæ sunt in actu sunt sicut calor solis, & ignis, & vniuersaliter res extrinsecæ calidæ in actu. & quę sunt in potentia sunt sicut balneũ in aqua sulphuris, quæ calida est in potentia. & similiter quæ sunt per accidens, sunt sicut illę, quę claudũt poros, ob quam rem accenditur calor in partibus intrinsecis, sicut est balneum aquæ aluminosæ, & similia. Secũda causa sunt res sumptæ in corpus, sicut cibi, & potus calidi potentia, & actu. Tertia causa est corporea, aut animata. corporea, sicut immoderatus motus, & immoderatum exercitium tanimata, sicut ira, tristitia, & vigilia, & similia. Quarta est propter ægritudines materiales, sicut apostemata inguinis, & titillicorum, & radicum aurium. Et iterum est istius speciei ægritudinis febris ethica. & hæc febris est calor extraneus fixus in substantia membrorum, & prohibet fieri operationem ipsorum, & consumit eorum substantialem humiditatem. & habet tres species. Leuior ipsarum est, quæ accensa est à calore extraneo in humiditatibus naturalibus & radicalibus, quæ existunt in substantia partium venarum. Et secunda est, quæ est in humiditate existente in carne ipsa: quæ quando dissoluta est, potest à cibis restaurari adhuc. Et tertia est omnibus deterior, & est illa, cuius calor extraneus profundatus est in membris solidis: quia impossibile est in eis, quod ab eis resolutum est restaurari. quia mensura uitæ naturalis est sm mẽsuram humiditatis radicalis in quolibet individuo proportionato proportione duplici, sm q̃ dictum est in libro causarũ Breuitatis & Lõgitudinis vitæ. Et prima species istius febris vtplurimũ fit ab ephemera. Sed aliæ duæ species fiunt pro maiori parte propter febres materiales humorosas præcedentes.

De causis Aegritudinum immaterialium, frigidarum & siccarum. Cap. XII.

ET Ægritudinum frigidarum & siccarũ quædam sunt, quæ appellantur ægritudines senectutis, hoc est dominatio frigiditatis, & siccitatis super membra. Et propterea quia illud, quod dat vitam, est calor cum humiditate, ob hoc hæc ęgritudo cõungitur cum senibus. sed non est vera ægritudo, nisi quãdo fit in nõ senibus. Sed ægritudinem calidam & humidam, frigidam & humidam est difficile imaginari. sed calidum simplex, frigidũ, & humidum, & siccum possunt imaginari. Et nos debemus enumerare, quando tractabimus de rebus, quæ lædunt actiones, & passiones.

De Aegritudinibus membrorum officialium. Cap. XIII.

ET postq̃ dictum est breuiter de speciebus ægritudinum appropriatarum membris consimilibus, & de causis ipsarum, dicendum est de ęgritudinibus officialibus. Et dicimus, q̃ iam dictum est in principio primi, quia sanitas membrorum officialium est, quæ est in quãtitate, qualitate, & positione, & colligantia: quia hæc species colligantiæ est inseparabilis, & nõ reuertitur ad alias species, quas dixerunt Medici. & intrat prædicamentum habitus, sicut panniculi, & cutis intrant prædicamentum habere. ergo tria genera ægritudinum intrant quinq̃ prædicamenta, hoc est in qualitate, quantitate cõtinua, & discreta, & habitu, & vbi, & habere. & posita inuenitur hæc res in quãdo, hoc est in prioritate & posteritate. Sed ordinatio membrorum officialium, & prioritas & posteritas plus ponẽda est in sex sequentibus prædicamentis. Et debes scire q̃ ægritudo nõ superuenit vnicuiq̃ generi sanitatis, sicut nos videmus in ordine tunicarum oculorum, & in maiori parte membrorum officialium. quia in illis non supuenit ægritudo ordinationis, hoc est ut pus hat posterius.

De Continuitate, et Solutione continuitatis, & suis causis aliqualiter. Cap. XIIII.

SEd continuitas, & solutio, et causæ illarum sm aliquam partem aliquãdo possunt ingredi in genus ægritudinum officialium. sed genus colligantiæ non intrat in ægritudinibus eiusdem per se. Sed ægritudines membrorum sunt hæ, quæ faciunt accidere membris ægritudines, quibus altera communicat cum altera. & conuenientius est, vt colligantia enumeretur potius in causis ægritudinum, q̃ in genere ægritudinum. Sed genus ægritudinum, quod est contrarium cõtinuitati naturali, quæ nominatur continuitatis solutio, est duobus modis. Vnus est solutio cõtinuitatis veracis, & continuitatis partis cum parte in consimilibus. & hoc genus debet magis attribui consimilibus q̃ officialibus membris: propterea quia hæc solutio accidit mẽbro officiali ex parte, qua compositum est ex membris consimilibus, & non ex parte, qua est officiale. Altera est separatio cõtiguitatis termini à termino. & hęc continuitatis solutio non vere appellatur: quia hæc continuitas fit per modum contigui, & per modum penetrationis, & per modum societatis membri cum membro, aut ligamenti. & hoc genus solutionis posuimus in genus ægritudinum officialium. & hoc genus communicat coniunctioni & separationi. Et propterea non est solutio continuitatis, vt dixerunt Medici dicentes, quia erat ægritudo, quæ communicat membris consimilibus & officialibus. quia solutio est disiuncta in his duobus modis, quos diximus. Et propte

rea

rea quia ſpecies ſanitatis,quę eſt in qualitate, in figura, in meatibus, lenitate,aſperitate,& groſſitie,ſunt ægritudines iſtius ſpeciei proportionatæ iſtis diuiſionibus.
Et ægritudinum,quæ ſunt in quantitate,quædã ſunt in menſura. & hoc eſt in ſuperfluitate & diminutione. & hoc primo eſt in conſimilibus,vt dictum eſt. ſed Medici aſſueti ſunt ponere in officialibus. Et quędam peccant in numero. & quæ ſunt in numero etiam habẽt duas ſpecies,quæ ſunt ſuperfluitatis & diminutionis. & quædam eſt naturalis,& quædam non naturalis. naturalis eſt ſicut ſuperfluitas ſexti digiti, & diminutio naturalis eſt diminutio quinti digiti. non naturalis ſuperfluitas eſt ſicut cucurbitini, qui inueniuntur in inteſtinis,& ſimiles. Et peccatum poſitionis eſt ſicut diſlocatio vnius membri ab alio, vel alicuius partis mẽbri ab altera. Et ægritudines,quas dicunt Medici ægritudines colligantiæ,ſunt ex colligantia membri officialium cum altero pro parte vnius communicãtis cũ altero,ſicut communicant cor,& hepar cum omnibus membris, videlicet vnum cum arterijs,& alterum cum venis. et aliqñ eſt colligantia ab vno membro ad aliud proprium membrum,ſicut colligatum eſt os ſtomachi cum cerebro per neruum euntem ab vno ad aliud.

De cauſis Ægritudinum membrorum officialium. Cap. XV.

LOcuti ſumus breuiter de ęgritudinibus membrorum officialium,nunc volumus loqui de ipſarũ cauſis. Et dicimus q̃ ægritudines,quæ fiunt in figura,ſunt propter duas reſquia aut à natura, aut à rebus extrinſecis. Et ægritudo,quæ prouenit à natura, eſt propterea,quia materia eſt inconueniens,nec apta operationi virtutis informatiuæ,nec inſtrumento, cũ quo operatur virtus informatiua,nec inſtrumentum eſt aptum ei. A rebus uero extrinſecis eſt,ſicut fit embryoni, quando naſcitur, vel quando nutritur. Et aliquãdo fit ex errore Medici, quia aliquando credunt rectificare membra,& diſlocant ea. & hoc debes cognoſcere in figura membri,& figura partium. & hic debes intelligere in qualibet ęgritudine attributa membris officialibus, in eo q̃ ſunt officialia. Et cauſa ſtricturæ meatuum & & conſtrictionis eorum eſt propter dominium frigiditatis & ſiccitatis ſuper eorum complexionem,aut quia comprimuntur ab alijs membris, aut propter oppilationem. & oppilatio fit, aut propter apoſtemata, aut propter humorem groſſum,aut viſcoſum,aut propter durum lapidem, aut propter carnoſitatem naſcentem in poro,aut propter fortitudinẽ virtutis retentiuæ, aut debilitatem expulſiuæ virtutis : quia ob iſtas cauſas multa in eis quantitas aggregatur. Sed largitas meatuum fit aut à caliditate & humiditate, aut ab humiditate, aut ab humore calido mordicatiuo, aut propter medicinas vel cibos aperitiuos, aut propter debilitatẽ virtutis retentiuæ. & cauſa lenitatis eſt à cauſis lubricatiuis humidis,ſicut ab humoribus mucilaginoſis & ſimilibus. Et cauſa aſperitatis eſt à cauſis calidis mordicatiuis,ſiue veniãt ab humoribus,aut à rebus extrinſecis. Et ægritudines numeri ſunt ſm hunc modum. ſi quod ſuperfluit eſt ſm curſum naturæ,fit à ſuperfluitate materiæ,quæ eſt in membro: & ſi extra curſum naturæ,eſt ſicut cucurbitini,& eorum ſimilia,quæ prouenunt ab humoribus extra naturam,aut in quantitate, aut in qualitate. Et diminutio prouenit ex putrefactione,ſicut eſt caſus capillorum,aut propter corroſionem & maxime quando putrefactio eſt ab humore corroſiuo,aut ab aliqua re extrinſeca. & cauſa magnitudinis membrorum,quando eſt membrum per viam naturæ, eſt propter multam materiam membri, & propter dõminationem virtutis informatiuæ ſuper ipſum. & qũ non eſt per viam naturæ,fit propter aliquam ſuperfluitatem ſparſam membro. & paruitas mẽbri fit propter paucitatem materiæ,ſi eſt ſm curſum naturæ. & quę eſt præter curſum naturę, fit ex debilitate virtutis nutritiuæ,ſicut accidit ethicis. Sed cauſæ ægritudinis malæ poſitionis duæ ſunt. V na eſt extrinſeca, ſicut diſlocantur membra propter immoderatum exercitium : & ſicut quando frangitur panniculus, qui ſeparat inteſtina à teſticulis,aut propter diſlocationem oſſis anchæ. Intrinſeca autẽ eſt,ſicut humiditas ſuperflua,quę membra mollificat & lubricat,ita ut egrediantur à loco proprio: ſicut accidit in ęirbo,& iteſtinis propter multam humiditatem aquoſam aut lubricatiuam, quæ tranſit per meatum,qui tẽdit ad teſticulos. Et cauſa ſeparationis,& coniunctionis membrorum eſt duplex. vna propter debilitatem virtutis informatiuæ,aut malitiã materiæ. & hoc nocumẽtum prouenit tempore generationis,& quod non prouenit à generatione,eſt ſicut carnoſitas,quæ fit inter duas carnoſitates, quando naſcitur caro inter membra ipſa,cõglutinãtur. Sed ſolutio continuitatis in membris officialibus eſt eadem cum ea, quæ fit in conſimilibus. & accidit hoc, aut propter res extrinſecas incidentes,aut conquaſſantes vel extendentes,aut ab intrinſecis,ſicut ab humoribus acutis corroſiuis, aut extendentibus qui lacerant, aut grauitate, aut ventoſitate.

De Accidentibus ſuperuenientibus uirtuti Nutritiuæ in generali. Cap. XVI.

DEinceps volumus narrare de accidentibus,quę ſuperueniunt actionibus,& paſſionibus,& apropriare vnumquodq̃ illorum ægritudini, à qua emergit. & hoc cognito,cognoſcemus ægritudinẽ vniuſcuiuſq̃ membri. Et dicimus q̃, cùm accidẽs non ſit aliud niſi læſio actionis, & paſſionis membrorum, aut impreſſionis ipſorum, fiunt genera ipſorum accidentium ſecundum computationem generum actionum, & paſſionum. Et tu ſcis in libro Sanitatis quòd quædam operationes ſunt, quæ appropriantur animæ nutritiuæ, & quædam animæ ſenſibili, & quædam appropriantur motui, & quædam appropriantur virtuti imaginatiuę, & cogitatiuę, & memoratiuę. Et eſt incipiendum ab accidentibus,quæ ſuperueniunt operatiõibus virtutis nutritiuę,quia ſunt magis neceſſariæ in eſſentia animalium. Et dicamus,q̃ mẽbra,quę ordinata ſunt operationibus virtutis nutritiuæ,quę dicta ſunt in lib. Sanitatis,ſunt ſicut os,œſophagus, ſtomachus,hepar,renes,veſica,facculus tellis,& ſplen. Et læſio,quæ ſuperuenit vnuiuerſaliter membrorum actionibus et paſſionibus,eſt tribus modis. vnus eſt, vt cùm operatio membri ceſſauerit, vt ſit propinqua puncto priuationis. ſecũdus, vt ſit diminuta à ſuis naturalibus operationibus. tertius, vt ſit peruertata ad malas operationes. Et debemus iciperc in membris nutritiuis, ſm q̃ ordinantur in officijs cibi. Et dicamus q̃ minuit operatio oris, vel priuatur propter vlcerationem, quæ ei accidit,aut propter apoſtema,aut ꝓpter putrefactionem dentium, vel propter aliquas ægritudines, q̃ fiunt propter aliquas complexiones materiales. Et œſophagus læditur aut ab apoſtematibus,quæ in eo naſcuntur, & dicuntur eldalbuata,hoc eſt ſynanchia. & fiunt pro maiori parte in muſculo illius. Et etiam priuantur, aut diminuuntur illius operationes, quando diſlocantur ſpondili colli,& contrahuntur propter apoſtemata interius: aut propter humorẽ mucilaginoſum, qui illuc diſcurrit

Accidentis definitio.

diſcurrit in magna quãtitate aut propter res aduenientes ab extrinſeco. & hæc ſpecies eſt propter cauſam magnæ ſuffocationis ſuperuenientis pueris paruulis propter humiditatem ſuarum complexionum. Et generaliter accidit eis ſpecies omnis ægritudinis malæ complexionis materialis. Et etiam veniunt ægritudines propter malam complexionem non materialem, ſicut teſtificatur Gal. de iuuene,cui Medici multum vetabãt aquam,& ipſe bibit multam aquam frigidã auide una hora aſſumpta,& perijt virtus attractiua, & etiam expulſiua œſophagi,& non potuit vlterius deglutire.
Manifeſtum eſt q̃d ſũt in ſunt quĩque uirtutes. Idẽ 2. huiꝰ. c. 8. Oppo. c. 9. cluſdẽ. & 2. de morbis, & ſymptomatus. c. 6. & primã primi. doc. 6. c. 1. & 1. cãnęc tract. 11.
De ſtomacho ſunt manifeſtæ quinque virtutes, videlicet digeſtiua,attractiua,retentiua, expulſiua, & diſcretiua. ideo fuit neceſſarium, vt numerus accidentiũ eſſet ſm numerum iſtarum virtutum. Et incipiamus à digeſtiua, & dicamus,quia qñ deficiet virtus digeſtiua i ſtomacho, acęſcent cibi in ſtomacho. & cauſa acetoſitatis eſt frigiditas,quæ eſt inuenta,eo q̃ hoc accidens prouenit à mala complexione frigida,ſiue ſit materialis, ſiue non materialis. Et quę eſt non materialis,talis eſt cauſa intrinſeca, & talis eſt cauſa extrinſeca. ergo hoc accidẽs prouenit à mala complexione materiali. Et cauſæ non materiales extrinſecæ ſunt ſicut res extrinſecæ in actu frigidæ in ipſo ſumptæ,aut res frigidæ in potẽtia ſumptę,aut propter multam quantitatem cibi,aut propter receptionem ipſius incõuenientem in ordine & tempore. Sed cauſæ materiales intrinſecę ſunt ſicut humores frigidi. Et iſti humores fiunt duobus modis, aut vt generentur in ipſo, aut vt attrahantur ab alijs membris: ſicut à cerebro,quod proprium eſt ad ſpargendum humorem phlegmaticum,& ſplene,vt ſpargat humorem melancholicum. Sed ſparſio,quæ prouenit á ſplene, qñ eſt in menſura temperata in quantitate & qualitate, tũc eſt operatio naturalis. ſed quando egreditur à temperamento in aliquo iſtorum,tunc fit aceroſitas hæc, quæ dicta eſt. & quando dominantur multum ſuper ſtomachum operationes ſupradictæ, perijt ipſius operatio penitus,ſicut accidit in fluxu, in quo egreditur cibus, ſicut recipitur ſine aliqua permutatione,quæ dicitur ſienteria. Et quando ſteterint iſti humores longo tempore in ſtomacho,eſt cauſa vt quæramus malam cõplexionem frigidam difficilem ad curandũ in ſubſtantia ſtomachi. & ſi diu durauerit,ob hanc cauſam aduenient homini complexio ſenectutis. & aliquando erunt apoſtemata frigida, quæ fiunt in ſtomacho cauſa iſtorum accidentium: et maxime,quando apoſtemata erunt ſicca & dura. Et Alexan. dixit,q̃ acetoſitas prouenit à calore. Et tu debes ſcire q̃ hoc accidens prouenit ſicut accidens,quod fit ex vino,quod aceſcit propter aerem calidum. & apparet vt ſit vna actio,actio accidẽtalis, quæ ſubſtantialiter fit à ſimili,& accidentaliter à contrario, ſicut in pluribus perſcrutari poteſt,& inueniri. & propterea ſubtiliter Medicus has res debet pſcrutari, vt cognoſcat perfecte. Et humorum,qui generãtur in ſtomacho,quidam eorum imbibuntur in ipſo,& quidã ſpargunturin cõcauitate ipſius. Et etiam accidit ſtomacho propter diminutionem digeſtionis ventoſitas. & quãtus hoc accidens communicet debilitati virtutis retentiuæ,propterea quia ſtomachus,quando colligitur ſupra cibum bona collectione, aduenit tunc bona digeſtio: & quando non bene colligitur,tunc calor naturalis non bene dominatur ibi,& tunc natat cibus in partibus ſuperioribus,& tunc refrigeratur, & generantur ventoſitates in eo,propterea quia pars ſuperior eſt neruoſa,ſicut dictum eſt. Et ſcias quòd calor debilis eſt cauſa generandi ventoſitates, propterea quia calor fortis ęarminat,& diſſoluit ipſius materiã diſſolutione non manifeſta. nec etiam fortis frigiditas generat ventoſitatem,eo q̃ non habet à ſui natura, vt generet ventoſitatem. Et ab hac mala operatione accidit ex neceſſitate permutatio in cibo ad malam qualitatem fumoſam, vel humoroſam. Et manifeſtum eſt q̃ hoc accidens fit à calore extraneo,qui eſt plus extra naturam, q̃ calor qui cibum reſolvit in fumum,et conuertit in fumoſitatem. nam ab iſto generatur humor putrefactus,et ſapor corruptus fœtidus,ſimilis odori raphaniquia ille conuertitur in ſtomacho ad malam complexionem. Ergo ęgritudines,quæ fiunt ab his,fiunt à mala complexione calida materiali, vel non materiali. & quę fiunt á nõ materiali,fiunt vel prouenũt à cibis calidis, & à rebus extrinſecis. materialis fit ab humoribus cholericis generatis in ipſo,vel miſſis ab alio membro. & membrum appropriatum ad hoc eſt hepar, vel fel. Et quibuſdam hominibus eſt ſel tangẽs ſtomachum : eo q̃ quidã ſunt habentes meatum fellis ad ſtomachum,ſicut ſplen habet: & tales homines ſunt,quibus cholera in ſtomacho generatur. & hæc cholera non dicitur cholera niſi ęquinoce. & hic humor cadit in fundo ſtomachi, aut imbibitus eſt in corpore ipſius. & aliquãdo accidunt ſtomacho illa mala accidẽtia ab apoſtematibus,quę naſcuntur in ipſo. hæc ſunt omnia accidẽtia,quæ veniunt virtuti digeſtiuę. Et virtus diſcretiua eſt, quæ cognoſcit omnes ſpecies cibi & nutrimenti,& cognoſcit ſanguinem à ſuperfluitatibus,vt nutriat membrum ex conueniẽtiori,& nutrat vnicuiq̃ membro quod eſt ei ſimile. Et iſtius virtutis non fuit memor Gal. & ſeparatiua, de qua loquitur, non eſt hęc. & eſt magna differẽtia inter ſeparatiuam & diſcretiuam,& in eſſe, & tempore. ſed hãc habeo ab Abumaçare,qui eam aſſerit fortiter. Et non eſt dubium quoniam ipſa ſit in corpore, & eſt neceſſaria,ſicut ſunt alię virtutes. Et ipſe dicit in illo libro omnia accidentia,quę aduenunt corpori, quãdo impediunt operationes illius virtutis. & dicit q̃ quando debilitãtur in ſtomacho,neceſſarium eſt vt generentur mali humores in toto corpore: eo q̃ non eſt facta ſeparatio inconuenientis à conuenienti. vnde aliquãdo prouenit morphea. Et erit etiam,propterea quia debilitata erit virtus hęc in ſplene,quia nõ erit attracta cholera nigra ad ipſum. Sed non manifeſtat Abumaçar q̃ quam cõplexionem iſta virtus operatur, nec q̃ ſit eius inſtrumentum,ſicut dixit in alijs quatuor. Et hic eſt magnus defectus. qa quando volumus remouere accidentia,quę ſuperueniunt eidem, & ſi non cognouerimus complexionem qua laborat,nõ cognoſcemus modos curationis ipſius. Et nos domino cõcedente debemus ſuum eſſe declarare, & qua cauſa laborem inferat. & quando priuatur eius operatio,aut minuitur,poſt hæc ex neceſſitate ſequetur debilitas i virtute nutritiua, quã habet ſtomachus in ſeipſo,aut ab ea ꝓuatur. qa iam dictum eſt,q̃ ſtomachus nutritur ex chylo aliquo modo nutrimenti. & ſi non nutriretur à chylo,non amplecteretur ipſum. et quando debilitatur uirtus in ſtomacho, ſequtur ex neceſſitate ęgritudo,quę dr indigeſtio ſtomachi. & cauſa iſtius ſunt duę res,aut mala complexio calida & ſicca fixa in ſubſtantia radicali ſtomachi,quę ſi prolongatur,inducit ethicam: aut mala complexio frigida & ſicca,quę inducit ſenectutem.

Vide infra ca. 20.

Virtꝰ ſeparatiua à alia differẽtia ꝓ 2. huiꝰ. c. 6. de mor. et ſymt. c. 1. & 2. 10. ter tiꝰ tract. c. 29 & tra. 2. c. 6 quodel. & qđ ſit virtus ſegatiua.

De accidentibus ſuperuenientibus uirtuti Retentiuæ. Cap. XVII.

ET virtutis retentiuę, quando diminuitur operatio, ſequitur inflatio & ventoſitas, & aliquando exit cibus indigeſtus. Et cauſa huius eſt mala complexio frigida & humida. & aliquando ſolum frigida

non

non materialis,& materialis.& quando hæc operatio appropinquabit priuationi sui, fiet ægritudo lubricitatis intestinorum.Sed quando hæc virtus retinebit cibũ mala retentione,adueniet stomacho vt sit tremulosus: eo q̃ virtus retentiua coniungetur cum fece cibi. Et hoc accidens apparet in stomacho plus tempore satietatis superfluæ,quando impletur stomachus,nec potest regere cibum.& hoc accidit propter vnam malam complexionem materialem,aut non materialem.

De *accidentibus virtuti Expulsiuæ supernenientibus*. Cap. XVIII.

VIrtutis expulsiuæ operatio aut diminuitur, aut priuatur.Ad diminutionem vero ipsius accidit vt remaneat & retineatur cibus i stomacho mala retẽtione,ita ut putrefiat. Sed à priuatione ipsius accidit ægritudo,quæ dicitur colica. Et huius causa est complexio mala frigida materialis,vel nõ materialis. & hæc est substantialis causa priuationis ipsius. Et aliquando priuatur propter oppilationem,quę fit in intestinis,sicut accidit in colica.& hæc priuatio est accidentalis.Sed superflua expulsio,quæ superuenit operationi istius virtutis, facit vnam ex speciebus lubricitatis intestinorum.Et hæc est fortior illa,quæ fit propter priuationem retentiuæ.quia hoc fit propter aliá rem, quæ mouet hanc virtutem ad expellendum nimis, sicut sunt humores vlceratiui,vt cholera,aut phlegma salsum,& melancholia acetosa Et etiam potest fieri propter apostema generatũ in orificio vel porta stomachi, aut pp cibos corruptos ꝓmutatos ad tales humores,sicut accidit in fortissimo fluxu.Et aliquando remotis his omnibus causis, virtus expulsiua mouebit hoc malo motu:& etiam propter aliquam leuem causam eidem aduenientem.& hoc propter errorem virtutis illius membri,propterea quia hęc mala dispositio est reuersa in habitudinem stabilem.& propterea curant Medici hanc ægritudinem cum medicinis, cum quibus curant vertiginem,& melãcholiam, vt remoueat error iste,& sensibilitas mala. Et adhuc declarabo melius in libro de Ingenio sanitatis,& potest esse vt hoc fiat propter apostema factum in superficie stomachi. Adhuc ẽt isti virtuti attribuit malum accidens,quod dĩ singultus: quod accidit propter rem,quæ lædit propter qualitatem calidam aut frigidam.& quædam species fit propter malã complexionem calidam & siccam fixam in substantia stomachi,ita ꝙ generat in ipso vna species spasmi, cuius sanatio aut est difficilis, aut impossibilis.et aliquãdo fit spasmus propter multã humiditatem , quæ est in substantia neruosa stomachi,ſm ꝙ dictum est in caulis spasmi.Et vomitus appropriat malę operationi istius uirtutis:sed non est ita substantialis ipsi,sicut expulsio, quæ fit per inferiores partes.Et causa vomitus est,ꝓpter causam natantem in ore stomachi ex multa humiditate cholerica,aut phlegmatica.quia qñ isti humores erũt in partibus superioribus stomachi,mouent vomitum, & quando erunt in partibus inferioribus stomachi,mouent fluxum.Et aliquando sparguntur ad stomachum ab alĳs mẽbris,sicut ab hepate: vt uidemus in multis, quibus aduenit febrile frigus,& cum vomunt,curãtur. & hoc accidit propte ab humoribus cholericis,& aliquando à phlegmaticis.& quod fit à melancholicis,significat maius malum.

De *accidentibus supernenientibus uirtuti Attractiuæ stomachi*. Cap. XIX.

CAusa impedimenti attractiuæ stomachi eadem est cum causa,quæ hoc facit in œsophago. Sed diminutionem appetitus,& augmentum ipsius in stomacho dicemus,quando tractabimus de accidẽtibus, quæ aduenĳunt virtuti sensibili.

De *accidentibus,quæ supernenĳunt uirtuti Nutritiuæ intestinorum*. Cap. XX.

HVcusq̃ diximus de accidentibus,quæ fiunt in operationibus,quæ manifestatur in stomacho: deinceps volumus dicere de accidentibus, quæ superueniunt virtutibus nutritiuis intestinorum.Et dicimus ꝙ manifestior virtus,quę est in eis,est virtus expulsiua,& post illam retentiua.Accidentia,quę superueniunt ipsis,sunt ſm corruptionem istarum duarum virtutum.Et quando priuatur operatio virtutis expulsiuæ,aut diminuitur,tunc fit ægritudo,quæ dicitur colica.Et priuationis causa istius uirtutis stat propter malam complexionem cholericam materialem , aut non materialem.Et priuatio,quæ prouenit à mala complexione frigida,est pluribus manifesta , propterea qa frigiditas est contraria calori naturali propter suam qualitatem,et imꝑedit spiritum in omnibus suis operationibus.Sed quando prouenit à caliditate,non est admirandum:propterea quia multa membra non agũt nec patiuntur,nisi propter calorem temperatum mensuratum vnicuiq̃ membro.& quando calor egreditur multum extra naturam in aliqua duarum qualitatum, tũc priuantur eorum operationes propter calidum ,aut frigidum.Sed quando distemperantur parum in calore, tunc erit operatio mala,sicut calor stomachi,qui ꝓmutat cibos in fumositates.Et aliquando priuatur operatio istius virtutis in intestinis propter oppilationes, quę in eis fiunt.Et illæ fiunt aut propter stercus durum aut viscosum,aut humorẽ grossum & viscosum , aut propter apostema ventosum.quamuis læsio,quę prouenit ab apostematibus in hac operatione,sit duabus de causis:vna,quia acquirunt intestina malam complexionẽ materialem:& alia,propterea quia claudit vias. Et vẽtositas etiam claudit intestina propter duas res: vna , qa præponit se stercori, sicut accidit canalibus subterraneis,vnde fluunt aquæ:alia,quia torquentur intestina, donec claudantur. Item fit oppilatio propter lũbricos.& accidit in intestinis propter corruptionem istius virtutis expulsiuæ,quæ fit propter oppilationem,ꝙ facit operationes non naturales: eo ꝙ expellit superfluitatem per partem superiorem,quã debet expellere per partem inferiorem,& tunc euomit stercus.Et aliquãdo debilitatur uirtus expulsiua propter oppilationem vię à cysti fellis ad intestina:quia tunc non potest peruenire ad intestina ex cholera illud,quod adiuuet ad stercoris expulsionem.Sed si hæc operatio permutata fuerit ad malum contrarium,tunc malam faciet operationẽ, & fiet aliquo modo fluxus: eo ꝙ stercus non trahit in intestinis moram conuenientem propter augmentum istius virtutis. Et causa augmẽti istius virtutis est propter humores mordicatiuos, qui sparsi sunt ad intestina ab hepate,& venis , & stomacho , aut felle , aut ab alĳs membris:& aliquando prouenunt à capite . Et quando humores mordent intestina, multum vlcerant ea,& fit ægritudo,quæ dicitur vlceratio intestinorum, quæ dysenteria nominatur.Item accidit istud isti virtuti propter qualitatem ciborũ, qui sunt extra naturam : quia aliquando stomachus expellit ad intestina cibũ, anteq̃ digeratur.& aliquando fit propter multam cibi quantitatem,quando est superflua.Et aliquando accidit propter oppilationem meatus,qui est inter hepar et intestina:& tunc non transit cibus ad hepar. & cibus aggrauat virtutem expulsiuam , & propterea ipsum expellit.

expellit. Et aliqñ causa, quæ prohibet penetrationem cibi ad hepar,est grossities ciborũ.& grossities cibi est, aut propter naturam ipsius eiusdem cibi, aut propter debilem operationem stomachi in ipsum, aut propter vtrunq̃.Et aliquando non transit cibus ad hepar propter debilitatem virtutis attractiuæ in ipso, sicut accidit in ægritudinibus hepatis. Et quãdo debilitatur virtus retentiua,fit vna species fluxus,quæ nominatur dĩ calsa.& hoc prouenit necessario propter malam complexionem materialem , & non materialem.Et quãdo priuatur ipsa operatio,fit alia species fluxus,quæ dicit lubricitas intestinorum.& operationes extremitatis intestini longationis impediũtur,aut propter vlcerationem factam à duritie stercoris,aut propter hæmorrhoidas ibi natas.& aliquando venis ipsius apertis,fluet inde sanguis.& aliquando fluet sanguis iste per viam naturalis purgationis & laudabilis.& hoc est,quod dixit Aristo.malus sanguis discurrit à naso,& ano.

De *accidentibus supernenientibus uirtutibus Hepatis*. Cap. XXI.

QVia hepar habet quinque virtutes, ideo accidentia ei aduenientia totidem sunt.quia quando diminuitur in ipso virtus digestiua, sanguis suus erit phlegmaticus, & membra, quæ nutrientur longo tempore ex tali sanguine,cõuertentur secundum suam complexionem ad naturã istius humoris, & poterit fieri ægritudo,quæ dicitur hydrops hyposarca. Et hoc accidens euenit propter malam complexionem frigidam materialem. Et aliquando fiet propter qualitatem cibi,aut malitiam sui ordinis. Et aliquando fiet propter res extrinsecas.& potest fieri ab omnibus causis,quę inducunt frigiditatem complexionis.Et aliqñ pp colligantiam membrorũ seruientiũ hepati cum ipso,sicut stomachus.quia quando diminuitur operatio stomachi in digerẽdo chylum,& mittit ipsum non coctum hepati.& quando in hoc fit perseuerantia, conuertitur natura hepatis ad complexionem frigidam. Et splen quando debilitatur,& non mundificat , sicut debet,tũc remanet pars frigida & sicca in hepate,& cõuertit ipsum ad complexionem frigidam . & quando etiam intestina gracilia acquirunt malam complexionem,& ficut tunc lædit hepar propter colligantiã, quæ est inter ipsam & hepar . Et aliquando acquirit hepar malam complexionem propter apostema : sed apostema non erit causa pro maiori parte istius ægritudinis, nisi induretur,& fiat lapideum.Et aliquando erit causa ægritudinis hepatis ęgritudo officialis,sicut sunt oppilationes,quæ fiunt in ipso:eo ꝙ oppilatio habet extinguere calorem intrinsecum:& maxime quando humor faciens hoc est frigidus.Sed quando operatio virtutis digestiuæ acquisiuerit maximum errorem , tunc accidet vnũ ex duobus ꝙ aut hydrops tympanites, aut aliæ ægritudines calidæ. Et tu debes scire ꝙ mẽbra non agunt,& patiuntur nisi cum quodam calore temperato ex frigiditate proportionata eis:ideo quia ostensum est in Naturali philosophia ꝙ frigiditas est in corpore,sicut instrumentum temperans calorem naturalem,qui est primum agens & substantiale.ergo quodlibet membrum operatur suam actionem per istum calorem correctum cum isto instrumento conueniente ei. Et quando frigiditas aduenit membro multa,ita ꝙ calor nõ egreditur ad suam formam naturalem multum, tunc diminuitur operatio mẽbri,sicut in cibis,qui accrescunt in stomacho,& sicut in sanguine phlegmatico, q generat in hepate frigido.Et quando augmentatur calor agens breui augmẽto, quod tamen tunc non trahit caloꝛe agentem à sua forma naturali,tũc fit mala augmentatio in operatione membri,sicut in stomacho generãte tumositatem ex cibis,& sicut in hepate generante multam choleram.Sed quando fit magnum augmẽtum in caliditate vel frigiditate,ita ꝙ calor membri exeat à sua forma naturali,tunc faciet membrum operationem contrariam operationi naturali : sicut stomachus,qui corrumpit cibos.ergo causæ istarum ægritudinum fiunt æque à mala complexione calida,sicut frigida. Et postq̃ assignauimus causam communẽ omnibus membris,volumus reuerti ad locum, vnde separati fuimus,& assignare causas propric in hepate. Et dicimus,quia quando accidit hepati mala complexio calida parum excedens,sicut diximus , tunc acquiret multam amaritudinem . Sed quando augmentabitur hæc mala complexio calida,ita ꝙ egrediatur à sua forma naturali,tunc erit operatio ipsius hepatis operatio non naturalis,& proueniet illa operatio solum à calore,in eo ꝙ est calor,& non in eo ꝙ talis calor. ergo quæ proueniet ab isto calore ,in eo ꝙ calor simpliciter,inducet partem aqueam,quam inueniet ad humum,et facict ex eo vẽtositatem,& proueniet ex hoc tympanitis hydrops,aut simile.& si fuerit causa remotionis naturalis caloris ægritudo calida,attribuet illa remotio ægritudini calidæ.& si fuerit frigida,attribuetur frigidæ.Et propterea multum laborãt Medici,vt dent causam bene istius speciei:eo ꝙ æque fit à calore,sicut à frigore . Et propterea hæc species difficilior est cæteris ad curandũ. Sed causa acquirendi malam complexionem vniuersaliter sunt causæ calidæ materiales,& non materiales . Et causa,quæ magis est propria in hac ęstione,est quando cystis fellis suam operationem nõ facit. & hoc accidit aut propter oppilationem,quæ est in meatu, qui est inter cystim & hepar, aut propter debilitatem virtutis attractiuæ in ipsa cysti,aut ꝓpter oppilationem meatus,qui trãsit à cysti ad intestina,aut pp debilitatẽ virtutis expulsiuæ,q̃ est in ipso felle . quod est, quia quando clauditur ille meatus,tunc accidit eidem illud accidẽs, quod aduenit habẽti clausa intestina,hoc est,quia non petit cibum,nec desyderat.Et accidit hoc,propterea qa virtus attractiua est in quolibet membro propter nutritiuam:& virtus nutritiua cõplet suas operationes propter quatuor has virtutes.& quando priuatur vna istarum,priuantur omnes:& sic accidit hepati propter fel . Et accidens,quod dicitur icteritia,fit ex necessitate propter vnam duarum rerum,aut propter priuationẽ operationis fellis,aut propter diminutionem: quia tunc remanet amaritudo permixta sanguini,& virtus expulsiua mittit eam ab omnibus membris,& expellit eam ad superficiem corporis per modum curationis , sicut expelluntur aliæ superfluitates.& hæc species non est ti morosa:aut quia hepar,aut quia membra acquisiuerũt malam complexionem calidam,sicut accidit,quando generantur apostemata calida in eis,aut propter venena calida ebibita,quia tunc dominatur multa quãtitas choleræ in corpore,& spargitur ad cutim.Et hoc manifestatur propter quantitatem superfluam,& malã qualitatem,& non per viam mũdificationis. & propterea hæc species est periculosa . Quando debilitatur virtus discretiua in hepate,tunc debilitantur operationes ipsius,& sparguntur per totũ corpus humores hi cum sanguine,& fiunt propter hoc multæ ægritudines sicut hydrops , quę dicit ascites.quia nisi hęc virtus cognoscat aut separet aquositatem,quæ est in chylo,tũc spargitur in sanguine,& natura pellit ipsam ad concauitatem ventris.Et quidam dicunt ꝙ non expellit ad hunc locum nisi per venas vmbilici:propterea quia istæ vę

Tympanites est difficilis: t alijs ſpẽbus. Oppo. a Rasi q. Almansoꝛ.& ab Auic. 1.4. tertij tract 4.c.4.

næ

nę continuantur cum hepate,& per istas exit superfluitas aquosa,quæ est in embryone, quãdo est in corpore matris. Et aliquando ht hoc accidens propter debilitatem virtutis attractiuæ,quæ est in renibus, aut propter oppilationem,aut propter strictũram illius meatus. Et quando debilitatur virtus * retentiua in hoc membro, est causa, vt exeat sanguis ex eo crudus,aut nõ coctus. Et quando virtus expulsiua erit permutata ad malum in hoc membro,tũc reuertitur sanguis ad intestina per meatus,per quos cibus transit,& fiet fluxus sanguinis. & hoc est aut propter acumen sanguinis, aut propter malitiam complexionis. Quãdo debilitatur,aut priuatur operatio virtutis attractiuæ,etiam ex hac prouenit malus fluxus. Et causa vniuersalis læsionis harum virtutum est propter ægritudines appropriatas membris officialibus aut consimilibus.sed officialis est causa per accidens,quia mediante ægritudine complexionali,quæ est appropriata consimilibus. Et istæ duæ species ægritudinis lædunt membrum duobus modis,aut in eo ꝙ est in ipso membro, aut in eo ꝙ est in membro communicante cum eo. Et propterea si aliquis quæreret à nobis in hunc modum,postęꝙ vna rerum,per quã lædunt operationes membrorum, est per communicationem vel colligantiam,& cor est illud,quod dat calorem hepati,per quem facit suas operationes, lædentur operationes hepatis propter passiões cordis, aut non? Respondemus,ꝙ postęꝙ cor est dominans membrum super omnia ex toto,impossibile est ut in eo generentur ægritudines sensibiles tales, quæ possint lædere hepar, aut alia membra,stante homine viuo,& hoc si accidit, accidet per viam extraneitatis,quæ fit in rebus naturalibus.& hoc ht valde raro. Sed maior pars ęgritudinũ, quæ fiunt in corde,remanente homine viuo, per comparationem ht ad membra insensibilia:quamuis nõ sit impossibile ut cordi aduenãt ægritudines occultę propter malam complexionem. Et quando sunt sensibiles læsiones operationum hepatis,tunc sunt fortissimæ. sicut tu vides,ꝙ propter paruum motũ, vel propter parum remum aduenientem gubernatori magnæ nauis fit magnus motus in parte priori nauis:sic etiam habet se quælibet dispositio cordis ad omnia membra principalia. Propterea quando medicabimur hepar,non debemus negligere cordis dispositionem: imo ante oculos præferendum vel præponendum. Et adhuc inclius declarabimus in Ingento sanitatis.

* a. l. attractiua.

De *accidentibus superuenientibus uirtuti digestiuæ uenarum.* Cap. XXII.

ACcidentia,quę veniunt digestioni venarum,sequuntur pro maiori parte ægritudines hepatis: sed habent ægritudinem propriam eis, hoc est fluxũ sanguinis. Et in ęgritudinibus ht hoc propter fortitudinem virtutis expulsiuæ,& maxime in crisi laudabili. Sed illud,quod est accidens absolutum,fit propter sanguinem mordicatiuum,& acutum. et propterea dissoluit continuitatem orificiorum earum, aut propter subtilitatem,sicut videmus in ægritudine, quæ dicitur elaulor:& sicut tu vides ꝙ accidit in vtribus olei: aut accidit propter multitudinem sanguinis, quam venæ continere non possunt. & aliquando accidit propter debilitatem substantiæ venarum,quæ præparatæ sunt scissioni, aut quia sunt subtiles nimis,aut nimis durę. Et res,quæ scindunt venas cito,sunt multitudo sanguinis,& res extrinsecę,sicut casus et percussio. Propter passiones horum membrorum,& hepatis multa accidunt accidentia in vrinalibus. & in libro Signorum hoc declarabo.

De *accidentibus superuenientibus uirtuti Nutriuæ membrorum.* Cap. XXIII.

SEd accidentia, quæ accidunt vltimæ digestioni, quæ est in mẽbris,sunt tria, sicut in alijs: aut quia priuatur operatio virtutis nutritiuæ in ipsa, sicut fit in ethicis:aut quia ćiminuitur,sicut accidit in macie appellata alchaul:aut ꝑmutatur,sicut in lepra,& morphea. Et causa horum accidentium est aut propter malam complexionem ipsorum membrorũ: aut propter communicationem aliorum,sicut in lepra,quę fit propter duas res:aut propter debilitatem virtutis digestiuæ,quæ est in membro:aut propter malam materiam eidem ab alio transmissam. Et malicią materiæ est aut propter seipsam,aut propter debilitatem hepatis & venarum. Et causa morpheæ est pro maiori parte propter debilitatem virtutis discretiuæ hepatis,aut propter debilitatem attractiuæ in splene. Et aliquãdo accidit propter malam complexionem acquisitam in substantia membrorum,& aliquando propter cibos. Et tu debes scire,ꝙ quando enumeramus causas istorum accidentium,ꝙ tunc non dicimus res contrarias adinuicem, aut ꝙ ipsa etiam accidẽtia aliquando non possunt esse simul.sed pluries hæc accidentia sunt per plures causas vna:& posset etiam esse,vt omnes adessent.

De *accidentibus impedientibus digestionem Cerebri.* Cap. XXIIII.

ET operatio virtutis digestiuę in cerebro aut diminuetur,aut corrumpetur. Et ab hoc prouenit fluxus,vel cursus superfluitatum non coctarum à cerebro per nares,& palatum. & hoc accidens appellatur nassa. & accidit à rebus frigidis extrinsecis. Et aliqñ ht propter res calidas,& volumus dicere ꝙ fiat à calidis. Et dicimus,ꝙ propterea ꝙ hæc superfluitas est non cocta,dicimus ꝙ causa efficiens hanc ægritudinem est debilitas virtutis digestiuæ,quę est in cerebro propter malam complexionem dominãtem ex frigiditate. Et hoc bene potest assignari i reumatibus ex causa frigida extrinseca. Sed reumata,quæ fiunt à causis calidis extrinsecis recipiunt perscrutationem i qualiter fiant per viam debilitatis virtutis digestiuæ. propterea dicimus ꝙ debilitas virtutis digestiuæ hoc facit per accidẽs,hoc est ꝓpter multã quantitatem materiæ,& ipsius fluxũ propterea quia calor facit fluere res congelatas,dissoluendo eas. Insuper attrahit cerebrum à toto corpore ad caput. & propter istam multam malam materiam,quę in cerebro colligitur,prouenit accidens prænarratum: quia refrigerabitur,& virtus digestiua impedietur, & fatigabitur circa cerebrum ꝓpter reparationem tantæ q̃titatis superfluæ. Ista est causa quantitatiua,propter quam debilitatur virtus digestiua cerebri propter causas extrinsecas. Causa vero qualitatiua est, quòd calor extraneus extrinsecus habet per sui naturam refrigerare calorem intrinsecum, sicut Sol refrigerat ignem. & etiam aliæ causæ sunt,quæ non indigent prolongatione sermonis. Et hæc verba habent locum in omnibus tribus digestionibus, si vis eas ponere tãtum tres,sicut fecit Galenus,aut quatuor secundum dictũ hominis, quem tu scis. Sed mihi melius videtur,vt in venis non ponatur tertia digestio, propterea quia sanguis in eis non transit ad aliam formam,sicut fit in stomacho, hepate, & alijs membris: quia stomachus conuertit cibum ad chylum, hepar ad sanguinem, membra alia cõuertunt ad sperma album. Sed veną non faciũt transire ad aliam formam,quamuis nutriãtur ex eo aliquo modo ex necessitate.

De

De *accidentibus superuenientibus uirtuti nutritiuæ Cordis.* Cap. XXV.

DEinceps volumus enarrare de accidentibus superuenientibus membro principi virtutis digestiuæ:& hoc est cor.& postea narrabimus accidentia,quę superueniunt membris spermatis,& vrinę & postea erit completus sermo accidẽtium, quæ superueniunt virtuti nutritiuæ. Et dicimus ꝙ accidẽtia, quæ superueniunt cordi,sunt sicut syncope cardiaca, & tremor,& vniuersaliter quando exeunt virtutes pulsatiles à sua natura. Et horum causa aut est intrinseca, aut extrinseca. Extrinsecæ causæ sunt accidẽtia animę, quę calefaciunt complexionem cordis,sicut ira,& furor:& causæ,propter quas occultatur interius calor,sicut ex ira,& his similibus.quia quando prouocantur sue virtutes interius,& calefit nimis,tũc fortificatur suus motus pulsatilis,vt temperet suam complexionem,attrahendo aerem,& expellendo exterius. Et causæ intrinsecæ sunt mala complexio,aut vt sit in eo,aut in membris sibi colligatis. Et aliquando erit complexio cordis non materialis,sicut in febre ethica, & quandoque materialis,quando recipit sanguis,qui est in eo,altãq̃ permutationem. Sed apostema non potest tolerare in sui substãtia,eo ꝙ prius infirmus deficit. Et Medici dicunt ꝙ potest generari in ipsius panniculo. & si Medicus accelerat curam ipsius,potest curari. & si non, moritur. Et dicit Galenus ꝙ cor sustinet ægritud.nem materialem, videlicet quandam humiditatem aquosam, quæ generatur in ipsius pãniculo,à qua prouenit ægritudo,quæ vocatur ronol, & fonat liquæfactio totius corporis. Et aliquando nascuntur super pãniculo eminentiæ duræ. & vniuersaliter dico ꝙ non est impossibile,vt super ipsum non adueniat omnis mala complexio,excepto vt non sit cum apostemate, aut non vltimetur.quia quando vltimabitur,aut superflue fiet syncope,aut simile. Et syncope est reuocatio subita caloris naturalis ab omnibus partibus corporis ad cor, ita ꝙ membra regi non possunt. & hoc accidit aut propter paucitatem caloris,aut propter ipsius nimiam dissolutionem,& propter alias causas. Et membra,quę lędun tur propter ipsius communicantiam,sunt mẽbra principalia. Et membrum,quod maxime cum eo communicat,est os stomachi.& propterea nominatur fegnandi,quia cor nominatur fegat.& propter hoc fegnandi dicitur paruum cor. Et accidit syncope propter dolorem stomachi pluries,& accidentia virtutum pulsatilium,& causæ illorum.& quod potest comprehẽdi ab eis,melius est enarrare in lib. Signorum.& ibi dicam.

De *quibusdam accidentibus Splenis.* Ca. XXVI.

IAm diximus quòd membra, quæ seruiunt hepati, sunt saccus fellis,splen,& vesica,& renes. Et iam diximus accidentia, quæ veniunt propter priuationem fellis operationis,quando diximus accidentia hepatis,& locuti fuimus de splene, & adhuc dicemus de eodem. Quando corrumpitur operatio virtutis attractiuæ splenis,tunc diffunditur cholera nigra cum sanguine.& aliquando expellit ipsam natura ad cutim,& fit morphea nigra:& vniuersaliter propter hoc accidẽs fiunt oẽs ægritudines melãcholicę. Et qñ dñatur superflue ipsius virtus expulsiua,tũc ifirmat stomachus, ita ꝙ aliqñ ob hoc accidit fluxus melãcholicus. Et spleni aduenient oẽs spẽs ægritudinis cõplexionalis, officialis,& cõis,sicut in apatibus. Et propterea quia cibus, ex quo nutrit istud mẽbrum,est grossus, & vtplurimũ ægritudines,quæ in eo fiunt,sunt grossæ substantiæ.

De *accidentibus superuenientibus uirtutibus Renum.* Cap. XXVII.

REnes habẽt quinq; virtutes, sicut alia membra, & quando priuatur virtus discretiua,quæ est in renibus,aut digestiua,aut retentiua,tunc fundit sanguis in vrina:propterea quia aquositas sanguinea, quæ mittitur eis ab hepate ut nutriantur,tunc ab eis immutari non potest. Et quando priuatur eorum virtus attractiua,tunc fit hydrops afcites, sicut dictum est. Et quando augmentabitur multum, tunc fiet fluxus vrinæ cum torti siti. & hæc ægritudo dicitur diabetica. Et quando dominante virtute attractiua, debilitatur retẽtiua,& digestiua eorum omnino. & propterea in hac ægritudine exit vrina nõ cocta. Et causa huius accidentis est iterum ꝓpter malam complexionem,aut ægritudinem officialem,aut communem. & cõueniens est appropriare hanc ægritudinem malæ complexioni calidæ,propterea quia attractio fit propter calidum. Et nõ est impossibile attractiuam augmentari propter debilitatem retentiuæ. quod est,quia quãdo debilitatur retentiua,non inuiuntur renes ab aquositate conuenienter propter paucam moram,quam habet aquositas,& tũc conatur virtus attractiua ad trahendum plusq; conueniens fit. & ob hoc accidit,ꝙ vrina parum manet in vesica,quãuis non sit plena. Virtus expulsiua impeditur in his mẽbris ꝓp oppilationẽ,quę ht in his ex corpibus lapideis generatis in humiditatibus grossis cum calore deficcatiuo,et recipit duritiẽ,sicut later, et terra. Et maior pars istorum fit in substantia renum,& non in concauitate. & hæc ægritudo nominatur hasęac.

De *accidentibus impedientibus opera Vesicæ.* Cap. XXVIII.

VIrtus expulsiua impeditur in vesica propter oppilationem quæ ht in ea, sicut ex apostemate, aut humiditate grossa,aut à sanguine coagulato,aut à lapide,& tunc constringitur vrina. Et aliquando constringitur vrina propter impedimentum virtutis expulsiuæ. Et aliquando fluit vrina propter dominationem virtutis expulsiuæ,& hoc accidit propter vlcerationem ipsius vesicæ, quæ fit propter qualitatem mordicatiuam,quæ est in ipsa vrina. Et aliquando accidit ꝙ vrina exit sine voluntate,& sine dolore. & hoc accidit,quando paralyticatur musculus,qui est in collo vesicæ. Et de hoc loquemur,quando narrabimus accidentia,quæ accidunt virtuti voluntarię mobili. Et maior pars accidentium,quæ aduenium istis duobus membris,deuenit vltimo ad vlcerationem: & in principio sui aduentus nominatur scabies,quæ ht propter malam complexionem materialem propter malos humores,qui sparguntur ad ipsam. Et debet hoc accidere ei,eo quòd est via & receptaculum superfluitatum corporis,& hypostasis ipsius.

De *accidentibus superuenientibus membris generationis,sicut Testiculis, Virgæ, & Vuluæ.* Cap. XXIX.

QVando virtus digestiua priuatur in testiculis, aut diminuitur,tunc non faciunt sperma aptũ ad gñationem. Et hoc accidit ab vna spẽ rum malę complexionis.quia qñ dominat multum in calore & siccitate,tunc comburit sperma. Et similiter si dñatur in frigiditate,& siccitate,aut humiditate per se, aut in frigiditate p se,non decoquitur sperma,sed remanet subtile aqueum. Et quædam ex istis cõplexionibus sunt tales à principio gñationis,& non recipiunt correctionem,

ctionem: & quædã sunt p accidens, & corriguntur. Et qñq; priuantur operationes istoꝝ membroꝝ propter apostemata, aut incisionẽ suspensoriorꝝ suoꝝ, aut propter malitiam, quæ in eis supervenit in mensura, aut in passione, sicut est in hernios. Et hoc accidit ꝓpter largitatem neruoꝝ, ad quos suspensi sunt testiculi propter humiditatem superfluam, & relaxãtur illi nerui, & descendunt intestina ad bursam testium. Et potest esse vt descendat ad bursam vẽtositas, aut aquositas. Et aliqñ accidit hæc ægritudo propter rupturam, quæ aduenit huic foraminꝭ. & hæc est deterior. & multæ aliæ maneries inueniũtur in libris practicorum. Sed virtus expulsiua priuatur in virga propter oppilationem fuorum meatuum, aut ꝓp debilitatem, aut laxitatem, aut qa accidit in eius forma mala figura, qñ indurat. & hoc accidit, qñ læsa est chorda, quæ sustentat erectionem ipsius, aut propter multam siccitatem, aut quia ingrossata est ex apostemate simili lapidi. Qm̃ vulua fuit creata ꝓp gñationem, & quia est via superfluitatum secũdæ digestionis: ideo accidentia, quæ huic membro aduenium, istis operationibus adaptantur. Et in vulua sunt quatuor virtutes, f., attractiua, retentiua, digestiua, & expulsiua. sed loco digestiuę debet poni conseruatiua. & hoc est conueniens, quia propria virtus est conseruatio embryonis. Sed operatio virtutis discretiuæ non est manifesta in ipsa: quia non est credẽdum, vt nutriatur ex eo quod colligitur in ipsa. Et quãus hic cadat magnum dubium, hic non soluetur, sed hoc relinquetur libro de Animalibus. Sed attractiua, & retentiua, & expulsiua sunt manifestæ in ipsa. & propterea volumus narrare accidentia, quæ supervenium vnicuiq; earum. Et dicimus, ꝙ quando debilitatur, vel priuatur virtus conservatiua, quam diximus esse propriam sibi virtutẽ, tunc minuetur, aut priuabitur conceptio. & hoc accidet aut propter malam complexionem materialem, aut non materialem. Et quæ est nõ materialis, quædam est, quæ est à principio generationis, & illa nominatur sterilitas: & quædam est, quę est per accidens. Et quidam dixerũt ꝙ hoc fit propter dispositionem corporum cœlestium. sed hoc ego non video, nec affirmo. Sed via, qua lædũt istæ malæ complexiones sperma in vulua, est eadem cum illa, qua mala complexio testiculorum lædit sperma in eis. quod est, quia quando ista membra erunt calida & ficca, tunc comburetur in eis sperma: et quando erunt frigida, tunc infrigidabitur, & fiet aquosum cursibile. Et quando impeditur virtus retentiua matricis, aut debilitatur, tunc erit causa abortionis. & causa impedimenti illius virtutis est humiditas lubricatiua pro maiori parte. Et quando debilitatur virtus expulsiua illius, habebit difficilem partum, quemadmodum superfluitas expulsiuæ est causa abortionis. Et quando virtus attractiua diminuitur, aut priuatur in ipsa, est causa diminutionis, aut priuationis conceptus. Et aliquando lædunt omnes istæ operationes in vulua propter apostema, quod fit in ea, aut propter ægritudinẽ, quæ suffocatio matricis appellatur. Et ista ægritudo non lædit solum operationes matricis, sed etiam opationes membrorum totius corporis: eo ꝙ hęc ęgritudo fit in hoc membro ex humore limili veneno, & facit sumũ, qui resilit propter malam suam formã calori naturali, sicut facit venena. & fit ab hoc priuatio oium priuationum vitę, & ferè cor pulsatione priuatur. Proterea qa hoc accidens accidit vt plurimũ mulieribus, quę remotę sunt à coitu, * operaſ ad hoc putrefactio, q̃ hoc accidens mouet collecta in eis. & fit ꝓp corruptionẽ spermatis, propterea quia illarũ sperma ꝑparatum est illi corruptioni. Et ego dico, ꝙ non est impose vt generetur in malis corporibus, & eorum substantia vnus humor similis veneno, & maxime in hoc membro: eo ꝙ locus est, & receptaculum superfluitatum corporis, quæ ꝓparatę sunt recipere corruptionem. & a: iqñ incarcerantur ita, ꝙ non recipiunt correctionem, & sanationem. & si ceciderit ad manus perfecti Medici, recipiet sanationem. Et huic membro accidunt ægritudines positionis, ita ꝙ priuant ab eo oẽs sue operationes: quia paralyticatur, aut egreditur de loco suo, & suspenditur. & aliqñ est causa istius ægritudinis saltus, aut percussio, & aliqñ est humiditas lubricatiua. Et ex rebus, quæ resistunt matricis naturæ, vt nõ concipiat, est ægritudo noiata mola. & ista ægritudo fit ꝓpter defectum virtutis informatiuæ in spermate. & hoc accidit aut ꝓpter corruptionẽ membri, aut ꝓp corruptionẽ materiæ. Et tunc generaſ in vulua quoddã frustum simile frusto carnis. & venter mulieris similatur ventri prægnantis, donec abortit. & aliquãdo accidit vt natura ipsam digerat, & conuertat ipsam in humiditatẽ, aut ventositatẽ. Sed accidentia, quę aduenium sanguini menstruo, sunt eadẽ accidentia, quæ accidũt digestioni venarũ. & propterea superfluitas fluxus sanguinis fit ꝓpter vnã duarum rerum, aut propter debilitatem virtutis retentiuæ i venis, aut propter augmentũ expulsiuæ, aut propter ambo simul. Sed defectus virtutis retentiuæ prouenit ab vna ex speciebus malæ complexionis. & augmentum virtutis expulsiuæ fit aut propter mordicationem humorum, aut propter quantitatem eorum. Et causæ constrictionis sanguinis sunt oppositę causis supradictis: saluo ꝙ ex rebus vna, quę debilitat virtutem expulsiuam, aut ipsam priuat, sunt oppilationes, quæ fiũt in venis propter grossiciem sanguinis, aut propter suam viscositatem. Et tempus naturalis purgationis menstrui breue est vnius dieı, & longum est septem dierum. Et tempus breue interpolationis menstrualis est viginti dierum, longum est triginta dierum.

Non est impossibile ꝙdam corpore humor similis veneno.

* a.l. opinaſ ꝙ putrefactio, quę hoc accidens mouet, collecta in eis, fit propter

De Expulsiua plurium membrorum. Cap. XXX.

ET aliquando aduenium accidentia virtutis expulsiuæ vni membro solum, & aliqñ toti corpori, & quæ aduenium toti corpori, sunt sicut tremor, rigor, & alices, & similia. Et accidentia, quæ aduenũt vni membro solũ, sunt sicut tussis pulmoni, et sternutatio cerebro, & elevationes oris, & ructus, & singultus stomacho. Et nos narrabimo causam vniuscuiusq; istorum. Et nos non appoprianus hæc accidentia animę nutritiuæ, nisi propterea ꝙ non sunt voluntariatquamuis voluntas habeat in aliquibus earum aliquam inuentionem. Et dicimus ꝙ tremor, & rigor sunt motus virtutis expulsiuæ in musculo propter expulsionem humoris lædentis, caliditate sua, vel frigiditate. Et quòd ita sit, nobis ostendituꝛ. quia tales tremores aduenium corpori propter res exrinsecas: sicut si subito super corpus spargatur aqua calidissima: quia ex hac prouenit rigor. Et aliquando accidit horriptlatio, aut tremor. & hoc accidit propter aerem frigidum, & aquam frigidam. & cũ istæ causæ erunt debiles, tunc fiet rigor: & in maiori parte tunc accidit in febribus. & quando erunt fortes, tunc accidet tremor, & tñ non potest hęri tremor, nisi præcedat rigor: & maxime qui fit propter humores calidos in febribus. Sed qui fit ex humoribꝰ frigidis phlegmaticis, aliqñ accidit, sicut dicit, tremor absq; putredine. & hoc accidit solum in spẽbus vitrei phlegmatis. Et Medici dicunt ꝙ ille, qui fit ab humoribus calidis, est fortior, qa humor est magis mordicatiuus. & q fit à frigore, est minus mordicatiuus. Et nos videmus quòd fit cõtrarium huius in rebus extrinsecis,

Tremoris. Rigoris q̃ diuitio.

Argumentũ contra Medicos secundum. Opera Medicos de rigoris causa.

fecis, quia aer frigidus dat hoc accidens vehementer, & aer calidus nihil, sed horripilationẽ bene facit. propterea dicitur ꝙ fortis tremoris causa est conclusio caloris naturalis in partibus intrinsecis, & infrigidatio membrorum exteriorum: quia tunc mouetur natura ad expellendum illud, quod est suum contrarium, siue calidum, siue frigidum. sed frigidum est plus contrarium.

Sed tremor, qui fit ip hora mortis, est motus virtutis expulsiuæ propter impotentiam sustentandi membra. & propterea extinguitur calor intrinsecus, & ex toto resoluitur. & assimilatur ille motus motui, qui non habet principium, nec finem, nec causam, sed solum defectum: sicut vꝺ in motu flammæ candelæ, & in casu foliorum arborum propter consumptionẽ. Et propterea, qñ aduenit aliquid naturæ ab extrinseco, quod sit mortiferum, ipsa expellit tunc corporis superfluitates ꝓpter terrorem: sicut accidit illis, qui decapitantur. Sed

De tuſſi. tussis est motus virtutis expulsiuæ in pulmone propter expulsionem rerum, quæ lędunt instrumenta anhelitus cum aere, qui egreditur secum, & propter adiutorium pectoris. Et ob hoc patet, ꝙ virtus voluntaria habeat aliquam inuentionem in hac re: quamuis natura ipsa violentiam inferat. Et efficiens causa tussis est vna ex speciebus complexionis malæ materialis, vel non materialis. Sed materialis fit propter humorem, qui stillat à cerebro, sicut accidit à reumatibus: aut à re, quæ prouenit à pectore ad pulmonem: aut à spondilis, sicut ꝓpter apostemata, quæ sunt in ipso pectore: aut ꝓpter rem quæ generatur in ipso pulmone, sicut apostemata aut vlcerationes: aut propter sanguinem, qui egreditur ab eo, & exit sanguis ab eo propter venam fixam i eo. & hoc est periculosum. Et aliqñ exit sanguis à pulmone per viam resudationis, eo ꝙ istud membrum est vaporosum. & aliquando currit sanguis ad pulmonem à parietibus pectoris. Et Medici dixerunt, ꝙ cuidam homini accidit fortissima tussis, & cum tussi proiecit vnũ lapidem, & incontinenti fuit inde liberatus. Et adhuc dicunt ꝙ est vna species tussis, quæ fit propter mucillagines, quæ nascuntur in pulmone. Et aliquando res extrinsecæ mouent tussim, sicut puluis, & fumus, & lana spinarum, quę dicitur lana canina, halicacabus. Et etiã complexiones non materiales mouent hoc accidens. saluo ꝙ virtus expulsiua non est nata laborare pro illis, sicut pro materialibus: sed mouetur hoc motu per accidens. Et ꝓpea quia illud, quod quæritur à pulmone, est vt moueatur ad expellendum illud, quod ipsi nocet, concessa fuit ei à natura bona virtus sentiendi. Et quando sentit rem lædentem tangendo ipsum, tũc mouetur virtus expulsiua, quæ est in illo. Et sicut mouetur pulmo ad hoc propter complexionem materialem, sic etiam mouetur propter complexionem nõ materialẽ: quia nõ habet à sui natura facere nisi hoc. quia res, quæ fiunt à natura, fiunt duobus modis, aut necessitate, aut iuuamento. Sed accidit tñ raro, ut hoc accidens fiat à rebus extrinsecis, quæ non sequuntur viam naturæ. sicut dictum est, ꝙ vnus homo habebat fortissimam tussim, & vnus Medicus ex experimentalibus præcepit ei vt clauderet os, & incontinenti fuit liberatus. et i alio præcepit vt stringeretur collum, & fecit, & liberatus fuit. Et qñq; accidit tussis propter compressionem, quæ fit pulmoni ab alijs membris, sicut fit in apostemate hepatis: aut propter nimiam vel superfluam satietatem. Et sternutatio est motus virtutis expulsiuę in cerebro propter mundificationem superfluitatum, quę fiunt in eo. propter hoc aliquando mundificantur superfluitates corporis, & pectoris, & pulmonis. & aliqñ ex sternutationẽ expelluntur aliquæ ex superfluitatibus, quæ sunt in ore stomachi. & propterea fortis sternutatio aliqñ mouet vomitum. & hunc motum aliquando facit virtus expulsiua, quãdo humor sui qualitate mordet meatus narium. propter hoc res appositæ naribus acutę prouocant sternutationem. Et si tu quæreres, si hæc superfluitas prouenit à cellulis cerebri ad nares, & mouet sternutationem: Respondemus ꝙ hoc raro cõtingere põt. Et ructus propter expulsionem fit ventositatis, quæ est in stomacho à virtute expulsiua. Et alyces fiunt propter motum virtutis expulsiuæ in membris propter expulsionem superfluitatis fumosę, quę est in membris. Similiter oscitatio est extensio musculorum mandibularum propter expulsionem superfluitatum fumosarũ. Ista sunt accidentia, quę supervenium operationibus virtutis nutritiuæ, & illis, quæ appropriantur ei.

De accidentibus supervenientibus virtuti Sensibili. Cap. XXXI.

DEinde vŏlumus narrare accidentia, quæ supervenium virtuti sensibili. & à simpliciori ipsi ꝓmus, vt à virtute sensibili. Et dicimus quod quamuis virtus sensibilis princeps communis sensibilitatis sit in corde, vt dictum est, nõ tamẽ complei eius operatio manifeste nisi in cerebro, nucha, & nervo.

Et propterea hæc membra, quæ dicta sunt, sunt frigidæ complexionis, & humidæ substantiæ, & sunt passibilia: nec est eorum dominatio, sicut dominatio cordis. & ideo fit, ut maior pars accidentium, quę supervenit operationibus sensibilibus, sunt à parte cerebri, nuchę, & nervi. Sed cordi non potest accidere ægritudo, propter quam prouenıat privatio harum virtutum, eo ꝙ miors antecederet: quamuis nõ sit impossibile vt accidat ipsis à corde aliqua debilitas. & diminutio. & * afcedit hoc, ꝙ si incidatur vna ex magnis arteriꝭ alicui ex mẽbris, diminuitur sensibilitas illius membri. Et adhuc videmus ꝙ priuatur sensus & motus, quãdo syncopizat. & etiam fit magnus tremor, quando hõ multum timet. Et nos non facimus demonstrationem istius, sicut facit Gal. de incisione neruꝭ quamuis declaratũ sit, ꝙ cor habet inuentionem in operationibus harum virtutum Et adducimus probationẽ à loco ellendi & non essendi pro melioratione probationis. & quia ita est, dixerunt Medici ꝙ causæ aduentus accidentium sup has virtutes sunt à cerebro, & nucha, & nervo. Et tñ cum tu curas ista membra, caue ne obliuiscaris curam cordis, sicut dictum est in libro Sanitatis. Deinde volumus narrare accidentia quæ accidũt sensui tactus, & postea dabimus eorum causas. Et dicimus ꝙ hæc virtus est de genere virtutum passiuarũ, quia illa patitur à quatuor qualitatibus, quę dñantur in ea. Ipsius accẽtia toti sunt, quot sunt accidentia aliarum virtutũ hoc est quia corrumpitur penitus, sicut in mẽbro paralytico: aut diminuitur, sicut in stupore: aut permutatur in malam qualitatem, sicut est in sensu doloris. Sed privatio sensus in toto corpore est mors de necessitate. sed privatio i vno membro, & diminutio in toto corpore possibilis est.

Et causæ, quæ faciunt hæc accidentia, sunt de necessitate mala complexio materialis, et non materialis. et mala complexio, quæ ipsa facit, est in cerebro, nucha, aut nervo. Et est perscrutandum, si hec accidentia fiunt ab octo speciebus malæ complexionis, aut à parte earum. Et dicimus ꝙ quædam istorum membrorum sunt frigida & ficca, sicut nervi: & quædam frigida & humida, sicut cerebrum, & nucha. & quia ita est, ista mẽbra patiuntur à frigiditate, aut à frigiditate & humiditate vt plus. & propterea sunt causæ istorum accidentium istæ duæ res, Sed ꝙ mala cõplexio calida hoc faciat, non est

* a.l. corrector.

impossibile quia iam declaratum est, ꝙ operatio alicuius membri non completur nisi per calorem mensuratum & temperatum. & non est differẽtia ex qua qualitate exeat temperantia. & si accidit, est de raro contingẽtibus. Nec etiam est impossibile, vt hoc accidat propter siccitatem: quia nos videmus decrepitos, qui valde parum sentiunt. sed hi proueniẽt a siccitate, remotũ est vt hat subito. Et postq̃ qualitas frigida, inquantum est frigida, est causa horum accidentium, pro maiori parte existens coniuncta cũ humiditate, aut non coniuncta: quamuis humiditas sit præparata ad hoc agendum, eo ꝙ facit relaxationem, propterea quando est composita cum caliditate, remotum est vt hat hoc accidens. sed non dicimus ꝙ sit impossibile, sed difficile est inuenire complexionem materialem solum humidam, nisi sit coniuncta cum caliditate, aut frigiditate: quia quod facit hoc non est nisi humor extra naturam. Et humor non est nisi aut frigidus & humidus, aut frigidus & siccus, aut calidus & humidus, vel calidus & siccus.

Et postquam dictum est quę species complexionis pro maiori parte est causa huiusmodi accidẽtis, dicendum est quomodo accidunt super has operationes. Et dicimus ꝙ hæc mala complexio, quando fit in cerebro, sequitur ex ea diminutio sensibilitatis in toto corpore. Sed quando fit in cerebro, fit in ipso primo & substantialiter, aut fit propter cõmunicationem, quam habet cum ore stomachi. Et quando fit in vno latere cerebri, fit in latere corporis hoc accidens. Et similiter quando generatur aliquis malus humor dominans in aliquo neruo, tunc priuatur, aut diminuitur sensus illius membri, cuius proprius est ille nerus. Et humor potest generari in nerio duob⁹ modis. Vno, fit ab humore, à quo nutritur nerus ipse, & tandem paulatim nutritur, do nec acquiret malignam complexionem. Alio modo, vt nõ fit humor in nerio, sed infusus in humore ipsum circundante. Et aliquando accidit hoc accidens neruo perforato propter oppilationem: & oppilatio fit aut propter apostema, aut propter humorem grossum, aut propter compressionem. Et quamuis hæc ægritudo sit morbus officialis, tamen etiam est consimilis: quia post apostema, & grossiẽ humorẽ, & compressionem sequitur mala cõplexio. Et quando istæ causæ fortificantur, erunt causæ privationis sensus in vno mẽbro, aut in pluribus, aut in toto corpore. & cum causæ istæ sunt debiles, tunc causæ diminutionis sensus. Sed q̃n permutãtur ad malum, hoc est vt sit mala sensibilitas, quæ nominatur dolor, prouenit à mala complexione calida, aut frigida materiali, aut non materiali. Et dolor fit, quando non dominatur hæc mala complexio super totum membrum. & ill'a complexio nominatur à Medicis mala complexio diuersa. Sed quando dominatur super membrum totum mala complexio, tunc nõ sentit ipsam, aut sentit stupide. Et causa huius, quare membrum non sentit ipsam, aut sentit stupide, nõ est nisi propter complexionem suam naturalem. Et quando fiet in parte ipsius mala complexio extra naturam, sentit ipsam per remedium bonæ complexionis. Et q̃n bona complexio erit permutata tota, tunc non sentiet dolorem, quia non erit cũ eo causa sentiens, & erit mẽbrum sicut mortuum. Et quælibet qualitatum passiuarum potest dare accidens huic membro, propterea quia illę qualitates pro maiori parte habent plus pati quàm agere, sicut caliditas & frigiditas plus habent agere q̃m pati. Et solutio continuitatis non est causa doloris, sicut dicit Gal. sed solutio continuitatis est causa complexionis, quæ facit dolorem. quod est, quia solutio continuitatis est cum malo motu, & conueniens est vt talem motum sequatur mala complexio. Nec sunt etiam causæ doloris duæ res simul, videlicet solutio continuitatis, & caliditas & frigiditas, sicut dicit errãs Auicenna. quod est, quia declaratum est iam in lib. de Anima, ꝙ iste sensus sentit primo iter sensus omnes, s. quatuor qualitates, hoc est calidum, frigidum, siccũ, & humidum. ergo dolores non fient, nec sentientur ab eo sensu, nisi q̃n multum superabunt sua propria sensata, sicut accidit alijs sensibus. Similiter quia oculus nõ dolet nisi propter superfluitatem colorum, q̃n exeunt viã temperatam vel mediam, & sic lingua cum saporibus, auditus cum sonis, & odoratus cũ odoribus. Et si acciderent huic sensui tactus dolor propter solutionem continuitatis, tunc esset suum proprium sensatum substãtialiter solutio continuitatis solum. Et sicut oculus dolet propter superfluitatem colorum, propterea quia suum sensatum est de genere colorum, & non res, quæ sit contraria colori. Sed solutio cõtinuitatis est, propter quam accidunt qualitates superfluæ: & anima sensibilis non est nisi ad qualitates. Et Gal. etiam hoc confitetur, q̃n dicit ꝙ vola manus non fuit facta in fine temperantiæ, nisi ad apprehendendum contraria. Et ad hoc apparet, ꝙ superfluitas cõtrariorum est causa doloris, qui fit in sensu, eo ꝙ parum & multum de necessitate sunt sub eodem genere. Et delectatio, quæ est contraria dolori, non est nisi comprehensio sensati temperati, & similium: sicut delectatur sensus tactus ex aqua calida, & visus ex coloribus viridibus, & gustus ex saporibus dulcibus, & auditus ex amenis vocibus, & odoratus ex odoribus aromaticis. & quasdam delectationes præcedit molestatio, & illæ sunt delectabiles naturæ, & quædam sunt absq̃ molestatione præcedente. Dolorum quidam fiunt in toto corpore, & quidam fiunt in vno membro, sicut dolores, qui fiunt in stomacho, vel hepate, vel capite, vel intestinis. Et nos loquemur de manifestioribus, & dicemus eorum causas. Et dicimus ꝙ dolores, qui fiunt in capite, qui nominantur in Arabico soda, causæ eorum sunt absq̃ dubio, aut ex mala cõplexione calida eorum, aut frigida: et sunt, aut materiales, aut non materiales. & hæc mala complexio potest fieri primo in substantia cerebri. & aliquando fit propter communicationem alterius membri, sicut propter stomachum. Et horum quidam sunt, qui perseuerant longo tempore, sicut dolor oui: & fiunt pàroxismaliter. & hoc fit propter malos humores, qui generantur in cerebro successiue: & sic permutatur sua cõplexio ad malum ad generandum hunc humorem semper. & per eandem viam currunt omnes ægritudines chronicæ: quia illę permutant complexionem in membris, & acquirunt dispositionem generandi malos humores. Vnde earum curatio est difficilis, aut impossibilis, sicut est dolor hemicraniæ. Et materia, ex qua fiũt aliquæ huiusmodi ægritudinis species, aliquãdo est in sanguine arteriali. & conuenit hoc, quia curatur ægritudo, quando incidit̃ arteria. Et hæc ægritudo fit propter duas malas complexiones, videlicet calidam, & frigidam. sed non est materialis: quia illa, quæ non est materialis, longo tempore durat. Et membra cõsueta dolorosa sunt intestina, & stomachus. & hoc accidit propter digestionem, quæ est in eis manifesta multum, quia errant sæpe. Et causæ, quæ faciũt dolorem in ipsis, aut sunt cibi uentosi, aut humores grossi, aut melancholici. & dolor, qui prouenit ab eis, est multum fortis, & chronicus. & aliquãdo fiunt dolores fortes propter humorem cholericum. Sed humores, à quibus ꝓcedũt dolores chronici in intestinis, sunt aut humores grossi frigidi, sicut phlegma vitreũ, et eos̃ sises: & humores calidi.

Ratio cõtra Gal. & Aui.

Probatio matoris ꝓpõnis a simili, s. q̃l fit ab eo, q̃l ẽt in gñe proprij sensibilis.

Vide. 2. hꝰ c. primo. Cõfirmatio.

Sed arguitur contrario Netũ, q̃d Rasis Moyses in prac. aph. dubio 18 in ponit Gal. oꝑ quã sequi Auic. de doloribꝰ. q̃d vt dest a fitre c. de Locis affectis.

Sed

C5 doloris ẽ prima qualitas ꝓ q̃ vide c. 1 hetur li. 9. c. 19.

a Contra optimo. Gal opinionis causam doloris esse in solonem cõtinuum libro de Morbis & symptomatis. Vide. 2 primi doct. 2 sum. 2. c. 19.

Sed dolores, qui continent totum corpus, sunt illi, qui dicuntur labores. & sunt trium specierum secundũ Medicos. vnus dicitur vlceratiuus, alter extensiuus, & alter apostemosus. Et quidam istorũ fiunt à rebus intrinsecis, & quidam ab extrisecis. & vlceratiuus fit penitus propter humores. & qui fit propter multum motum, fit propterea quia dissoluũtur ex corpore humiditates propter ipsum motum, et illud accidit propter causam humoris materialis, qui est in corpore malæ qualitatis. Sed aliæ duę species lassitudinis sunt vna, nisi quia diuersificantur sm magis & minus. quia quando superfluit dolor extensiuus, fit apostemosus. Et causa, quę similiter facit hos duos dolores, est humor, aut motus magnæ lassitudinis. & ille, qui fit propter humores, fit necessario propter multitudinem humorum, si sint distemperati in qualitate, aut non. Et multitudo humorum attribuitur duabus rebus: aut vt sit multitudo per accidens, hoc est propter defectũ virtutis: aut vt sit multitudo per se: aut propter ambo. Et multitudo humorum quantitatiua cum sanitate virtutis nominatur repletio secũdum locum: & multitudo, quæ est cum vno malorum accidentium, nominatur repletio secundum virtutem. quod est, quia virtutes impediuntur pro maiori parte propter quantitatem, & qualitatem. sed cum illo impedimento necessario coniungitur malitia qualitatis, & illa plus appropriatur. Et aliquando fiunt isti dolores propter malam complexionem calidam, aut frigidam sine materia. Et generaliter accidunt dolores in corpore causa apostematum, accidẽtium causa grossorum humorum. Et propterea quia sensus, qui dicitur desyderium, est proprius oris stomachi, videnda sunt accidentia, quæ eidem superueniunt.

De *accidentibus superuenientibus uirtuti Appetitiuæ.* Cap. XXXII.

ET dicimus ꝙ accidentia superueniunt huic operationi, secundum ꝙ accidũt alijs, aut quòd permutatur, aut diminuitur, aut corrumpitur. Et accidentia diminutionis sunt sicut accidẽtia corruptionis. & illud, quod corrumpit appetitum, aut diminuit, est de necessitate vna ex speciebus malæ cõplexionis non materialis, aut materialis, quæ fit primo in mẽbro patiẽte, aut per communitatem, quam habet cum aliquo membro. Et complexio, quæ fit in membro, qualis dicitur operatio ista, est calor extra naturã. Sed quidam opinãtur ꝙ frigiditas est causa magis propinqua dandi appetitum quàm auferendi: propterea quia hæc operatio, quæ est in hoc mẽbro, iuuatur, & completur per frigiditatem, & acetositatem, quę et transmittitur à splene. sed quando hæc frigiditas vltimatur, est causa priuationis istius operationis. Nec est dicendũ, quòd acetositas, inquantum est frigida, administriculetur huic operationi: sed inquantum est acetositas, est causa stimulans ad bonum. Et similiter quando dominabũtur humiditas et siccitas, impedient hanc operationem. quod est, quia nullum membrum agit, & patitur naturaliter, nisi propter complexionem temperatam in quatuor qualitatibus. Sed læsio, quę fit propter colligantiam cum alio membro, est sicut mala complexio, quæ prouenit à cerebro propter neruum colligãtem vtrunque. Et aliquando accidit hoc propter repletionem corporis ex multis superfluitatibus, & propter hoc non indigent membra cibo. quod est, quia appetitus non fit, nisi quando dissoluuntur ex nostris corporibus res, quæ debent restaurari per simile. & non est contra Gal. vt sit vna causa sensus istius membri, ꝙ membra, quãdo carent nutrimento, trahunt ab hepate, & hepar ab ore stomachi, & tunc fit desyderium in os stomachi, & nititur restaurare illud, quod dissolutum est ab eo, & alijs membris. Et motus attractionis in stomacho per modum apetitus & sensus, est contrarius motui attractionis, qui fit per modum nutrimenti solum. quod est, quia ille, qui fit per modũ nutrimenti, est attractio oris stomachi ab hepate. Sed attractio, à qua prouenit motus desyderij in stomacho, est attractio hepatis ab ore stomachi. Et nos non sumus locuti de hoc, nisi ga vnicuiq̃ membro necesse est vt restauretur per simile, quòd ab eo dissoluitur: & tamẽ nullum ex alijs membris sentit euacuationem rei, quæ dissoluitur ab eo. & si ita est, nullum membrum sentit euacuationem hanc, nisi per hoc membrum. & est eorum seruiens in hoc. Aut potest dici quòd dissolutio, quæ fit in ipso, quasi colligata dissolutioni aliorum membrorum in eo, quòd est membrum eorum, & ipsa habent trahere ab eo. Sed propterea quia fortificatur desyderium huius membri, quando dissoluuntur à membris humores, & debilitatur, quando non dissoluuntur: apparet quòd hoc fit, propterea quia inter ipsum & alia membra fit similitudo, & societas substantialiter, & non per accidẽs. Et cũ hoc membrum, quasi sit species omnium mẽbrorum, quantuantur, & complentur frigiditate temperata. & quando fortificatur, tamen non fit *vltima, quia tunc quidam appetitus falsus fit. Et aliquando accidit, vt hæc mala complexio sit non materialis, & aliquando est materialis, sicut propter humorem acetosum, aut melancholiam. Et quod fit propter malã complexionem materialem, dicitur canimus appetitus. Sed causa superfluitatis appetitus frigidi & humidi est de necessitate propter malam complexionem calidam & siccã, materialem vel non materialem. Et materialis, quę facit hoc accidens in hoc membro, est cholera, aut phlegma salsum. Et hæc mala complexio, quæ fit in hoc membro, aliquando est ꝓmo proprie in eo, & aliq̃n propter communitatem alterius membri: sicut est hepar, & pulmo, & alia, sicut diximus superius, quòd sensus membrorũ

* a.l. vltra.

propter dissolutionem calidi & sicci ab eis causa est attractionis eorum. eodem modo accidit in appetitu frigidi & humidi. Et debes scire, quòd aliquando eueniunt mala accidentia virtuti expulsiuæ, aut attractiuę propter priuationem sensus membri. quod est, quia virtus non expellit pro maiori parte, nisi quando sentit rem ipsam lędentem: sicut accidit intestinis. quia quando diminuitur, aut priuatur eorum sensibilitas, accidit eis vna species colicæ. & similiter quando diminuitur, aut priuatur sensibilitas oris stomachi, priuatur virtus attractiua, quæ est in stomacho.

De accidentibus supernenientibus uirtuti Motiuæ uoluntarie. Cap. XXXIII.

ET postquam sumus locuti de accidentibus, quæ adueniunt sensui tactus, deinceps narrandum est de his, quæ accidunt motui voluntario. propterea quia vt plus, quando vnus corrumpitur et alter corrumpitur, excepto quando accidens est vniuersale toti corpori. sed quando est particulare in vno mebro, possibile est vt stupefiant, aut priuętur ambo simul, & possibile est vt priuetur vnus, & alter remaneat Et hæc est sententia Gal. & hoc conuenit cum eo, quod dictum est in causa sensus & motus. quod est, quia calor, cum quo fit sensus, non est idem cum eo, cum quo fit motus, & diuersitas, quæ est in eis, non est nisi mensura temperantiæ in vnoquoque ipsorum calorum propria his duabus operationibus. Et propterea fuit necessarium, vt sit complexio neruorum motus alia à cõplexione neruorum sensus: propterea quia ipsi nerui habent temperatum calorem, cum quo fiunt istæ operationes. & propterea priuatur sensus, quando inciditur neruus sensus, & remanet motus. & quando inciditur neruus motus, aut percutitur, priuatur motus, & remanet sensus. & quando inciduntur ambo, aut percutiuntur, priuantur ambæ operationes. Et quando aduenit hoc accidęs toti corpori, fit apoplexia. & quando accidit vni mębro, fit tunc paralysis. Et tu scis per teipsum omnia accidentia ex accidentibus accidętium supra membra motus per ea, quæ præcesserunt. & sic accidit, quando priuatur virtus nerui vocis, quia tunc priuatur uox. Et quando priuatur virtus diaphragmatis, suffocatur homo vniuersaliter in omnibus alijs motibus voluntarijs: sicut accidit in motu musculi vesicæ, aut in musculo ani. quia tunc egrediuntur superfluitates humidę, & siccæ sine volitate. Et propterea quia tu scis ab alio loco loca nerui, & colligantiam quam habent cum quolibet membro, tu poteris cognoscere, quando fuerit læsa operatio alicuius membri, per quem neruum fuerit læsa. Et accidentia, quæ veniunt instrumentis motus, sunt tribus modis similiter, aut vt priuętur eorum operationes, sicut in apoplexia, aut paralysi: aut vt diminuantur, sicut in stupore, & dormitione: aut vt operationes permutentur ad malas, sicut in tremore, aut spasmo. Et nos volumus dare causas vniuscuiusq;. Et dicimus quòd causæ diminutionis motus, aut corruptionis ipsius sunt illæ eædem causæ cum causis corruptionis sensus. Et debes hoc similiter scire, quod dictum est superius de communicatione cordis. & similiter quod dictum est in speciebus malæ complexionis, quæ facit hoc accidens, sic debet hic intelligi. Et scias quòd tremor est motus compositus, qui fit in membro ideo quòd virtus animalis motiua pugnat cum virtute declinatiua, quæ est in membro trahente membrum ad se. propterea fit in his motus contrarius aliquando superius, quando fortificatur virtus motiua: & aliquando inferius, quando fortificatur virtus declinatiua. Et causa istius accidentis est vna ex speciebus malæ complexionis. & vt plus accidit propter malam complexionem frigidam & humidam, quia neruus non debet lędi, nisi per istas vt plurimũ. Et spasmus, qui dicitur in Arabico tasueg, est contractio nerui in se, & decurtatio suæ longitudinis, propterea quòd contrahitur, & colligit. Et illud accidens aduenit membro propter duas res, sicut accidit in rebus extrinsecis, & in chordis, & in similibus. & istæ duæ res sunt, aut mala complexio calida dominans supra membrum, propter quam colligitur, & contrahitur, sicut chorda in magno æstu: aut mala complexio humida materialis, quæ implet neruum, & distendit ipsum: & propterea crescit latitudo, & diminuitur longitudo sin proportionem extensionis latitudinis necessario. Et ista repletio, & distensio, quæ fiunt in membro, fiunt propterea quòd illa humiditas conuertitur in substantiam aeream. & ob hoc neruus laboriose eam continet, sicut nos videmus in vtre vini bullientis. & accidit propterea, quia partes aereę indigent maiori capacitate partibus aqueis aut terrestribus. & ob hoc, quando res humidæ conuertunt ad siccitatem, tunc nerui colliguntur & cõtrahuntur: sicut accidit corrigijs quæ calefiunt ad ignem. & quando cõuertuntur ad aereitatem, augmentatur eorum quantitas. Et scias q̃ hæc est indigentia necessaria propter superfluam humiditatem, quæ accidit in neruo, ad hoc vt extędatur, & crescat sin omnes dimensiones, nõ vt contrahatur, aut colligatur. Et vtinam ego scirem, quare extęduntur in latitudinem, & non in longitudinem. Saluo quia potest dici, q̃ extensiones, quæ fiunt in latitudine, vincunt, quando fit collectio extentionum, quæ fiunt in longitudine: & propterea contrahitur neruus de necessitate. Et Gal. non sentit in hoc nili contractionem, quę est decrementum descendens versus terram, & pluries appellat ipsum distensionem, & maxime contractionem, quæ continet corpus ante, & retro. Et plures Medici intendunt, q̃ extensio sit oppositа contractioni. sed hoc nõ accideret nisi propter humiditatem solum, & fieret longitudo. sed illis cadet idem dubium, quod accidit in distensione, quæ fit in latitudine, siue in longitudine, quæ est secundum Gale. causa contractionis humidæ. Et scias quòd verba Medicorum in hoc accidente vniuersaliter sunt, ppinquiora, vt sint verba Musicorum, q̃ vt sint demonstratiua. Et si Deo placuerit, ego faciam vnum ex hoc solum tractatum, qui sequetur viam demonstrationis, & poterunt intelligi ab illo res nobiliores, q̃ hæc. Sed quando fit hæc contractio, nascitur bellum inter duos motus, vt inter motum virtutis motiuę, & motum contractionis. et aliquando fit in neruo vna species contractionis, quæ non accidit propter dominationem caliditatis, nec siccitatis, nec propter humorem aereum, qui distendat: immo est propter fortitudinem virtutis expulsiuæ, quæ est in neruo ad resistendum rei lædenti, & tunc colligitur in seipso, & contrahitur, vt fortificetur super rem, quam expellere intendit: sicut faciunt animalia, quæ volunt se mouere ad cursum vel ad saltum, in primis colligunt, & contrahunt oia membra, & postea complent eos volumtem. Et hæc species cõtractionis est velocis curationis, nec debet attribui ægritudini, & dicitur expandidatio.

Vide. 2. tertij. c. de Tetano.

De Sapore, & Odore in generali. Cap. XXXIIII.

HVcusque declarauimus accidentia, quæ fiunt super sensum tact⁹: deinceps volumus loqui de accidentibus superuenientibus sensui gustus. et primo dicemus de saporibus, & postea de odore. Et dicimus, propterea q̃ elementum non habet odorem, nec saporem,

saporem, eo quòd ista duo non sunt nisi in composito, & corpus vegetabile & animale declinat ad calorem et humiditatem: necessarium fuit quòd sapor naturaliter declinaret ad has duas qualitates. quia sapor fit per admixtionem substantiæ siccæ cum humida, quando coquuntur per calorem decoctione determinata. Et propterea diuersantur species saporum secundum diuersitatem quantitatis huius decoctionis. Propterea tempe rata est calida & humida, & facit saporem dulcem: & distemperata est calida & sicca, & facit saporem amarum. & ista duo sunt elementa saporum secũdum nos, sicut album & nigrum sunt elementa colorum. Sed media, quæ sunt inter ea, sunt secundum remissionem vel cremẽtum decoctionis. quia propinquius dulci est vnctuosus, & propinquius amaro est salsus, & inter istos sunt acutus, stypticus, & acetosus. Sed quia odores sunt ex radice vaporum fumosorum, & ab hac parte est aer suum subiectum, si fuerint dominantes super ipsos caliditas & siccitas: propterea inuenies multas res, quarum odor non manifestatur, nisi quando calefiunt ab igne, sicut lignum aloes, & similia. Et aliæ res sunt, quæ indigent fricatione manus: & tunc dant earũ odores propter caliditatem fricationis manus. Et propterea videtur q̃ homo sit aptior ad discernendum inditi dua odorabilium cæteris alijs animalibus: quamuis quædam animalia habeant fortiorem sensum odoratus à remotis.

De sensu Gustus, & de accidentibus ei superuenientibus. Cap. XXXV.

DEinceps volumus dicere de sensu gustus. Iste sensus non indiget medio extrinseco, quemadmodum indigent tres alij: propterea q̃ est quidam tactus, & sentit propter humiditatem, quæ est in ore. Et propterea factæ fuerunt duæ venæ in lingua, vt continue generent hanc humiditatem. & quando corrumpitur hæc humiditas in ore, sicut in infirmis, non possunt tunc sapores ueraciter comprehẽdi. Deinceps volumus dicere accidentia, quæ ueniunt huic sensui. Et dicimus quòd accidunt illis tribus modis, quibus accidunt alijs. & hoc est, quia aut corrumpitur iste sensus, aut diminuitur, aut cõuertitur ad malum sensum. Corruptio fit propter unam ex speciebus malæ complexionis in eodem instrumento istius sensus. & istud est in lingua, aut membro communicante cum eo, sicut in cerebro, & neruo misso à cerebro eidem. Et diminutio fit propter easdem causas, quando sunt debiles. Sed accidens, quod facit ipsum sentire malo sensu, fit duobus modis, aut quia sentit aliquem saporem non discernendo quis sapor sit, aut quia sentit saporem contrarium ei, sicut si sentiat dulce illud, quod est amarum: & sic de alijs. Sed si sentit aliquem saporem nullo saporato præsente, hoc fit propter malam complexionem materialem. quod est, quia nos videmus, quòd sentit saporem illius humiditatis, ita quòd si sit cholera, sentit amaritudinem: & si sit acetositas, sentit acetositatem: & si est dulcis, dolcorem. Et quando fortificatur hæc mala complexio, tunc sentit omnia secundum illum saporem. & iam declaratum est in Naturali philosophia, quòd omnia instrumenta sensuum sunt vacua à sensibilitate suarum apprehensionum. quia si ita non esset, ipsa non apprehẽderent eas. quod est, quia si pars visibilis oculi esset colorata, non reciperet omnes colores: quia in rebus naturalibus recipiens non recipit suũ simile, sicut dicemus. & sicut est in isto sensu, similiter est in alijs. Et propterea quando aduenit ei hoc accidens, sentit omnes sapores, sicut vnum. Et aliquando accidit, quando iste sapor non erit multũ fortis, vt sentiat sapores quasi temperatos propter hunc malum saporem, quem habet. & hoc idem accidit etiam propter res extrinsecas: sicut accidit comedenti res amaras, & postea bibit aquam, & tunc sentit eam quasi dulcem.

De sensu Odoratus, et de accidentibus ei superuenientibus. Cap. XXXVI.

ISte sensus recipit res odorabiles per mediũ aerem. Et in multis animalibus reperitur fortior quàm in homine, sicut i aquilis, apibus, & similibus. Et propinqua sunt indiuidua odorabilia indiuiduis saporibus: saluo q̃ nos non comprehendimus ita bene differentias odorum, sicut differentias saporum. quod est, quia iste sensus debilior est in nobis, & gustus est fortior: quia est quidam tactus, & sensus tactus est fortior in homine, quàm in exteris animalibus, quemadmodum quidam aliorum sensuum sunt fortiores in aliquibus aliorum animalium. Sed operatio aeris in sensu odoratus est per hunc modum, quia aer fert illud, quod resoluitur ex substantia aerea ex rebus habentibus odorem per similitudinem, quam habet cum eo, quousque perducit ipsum ad sensum per se, & per adiutorium partis ignee. Et iste sensus inuenitur etiam in animalibus carentibus sanguine, sicut in formicis, & apibus, & illis quæ degunt in aqua. Et diuersificatur homo ab alijs animalibus in hoc, quia homo non potest odorare, nisi cum oltactione: sed multa alia animalia odorant sine oltactione, sicut animalia, quæ carent sanguine. Sed quomodo tranſiet odor per medium aerem, aut ignem, nũc dicere volumus. Dicimus quod quia preparatio est in aere, vt accipiat naporem odorabile vel odorosum, & etiam vaporem, qui fit ex aqua propter naturam, quam habent elementa, vt vnum ab alio recipiat vapores, qui generantur in eis propter similitudinem, quæ est in eis: ergo fit per hunc modum. quia terra mittit vaporem suum aquæ, & aqua recipit ipsum propter similitudinem, quam habet cum terra in frigiditate, & humectatur in aqua: & aqua mittit naporem suum humidum aeri, & aer recipit ipsum propter similitudinem, quam habet cum ea in humiditate: & aer mittit igni propter similitudinem, quam habet cum aere, & ignis recipit ipsum. & per hunc modũ dissolutionis perueniunt ad nostros sensus. Propterea dicendum est, quòd sensus virtus est appropriatus aquæ, & odoratus parti igneæ fumosæ, & auditus aeri. & propterea fuit maior pars odorabilium fanatio ægritudinum frigidarum cerebri. De odore vero rerum frigidarum hic tractare volumus. Et deinceps volumus dicere, quòd accidentia huic sensui vententia sunt sicut aliorum: quia aut corrumpuntur, aut diminuũtur, aut permutantur. Et corruptio fit propter vnam duarum rerum, aut propter dominationem malæ complexionis, aut propter oppilationem factam in instrumento hoc. Et diminutio fit, quando istæ causæ sunt debiles. Et permutatio fit, quando accidit suo instrumento mala putrefactio, & tunc sentit oẽs res odoratas fœtidas.

De sensu Auditus, & de accidentibus ei superuenientibus. Cap. XXXVII.

SOnus fit propter iactationem corporum solidorum. & quanto illa iactatio erit fortior, tanto erit sonus fortior, & acutior. & prodest ad sonum faciendum forma instrumentorum recipientium, vt sint concaua, aut perforata, aut rara. & apprehendit iste sensus mediante aere, aut aqua. Item dicitur quòd sonus

est pulsatio aeris refracti in talibus instrumentis. Et sicut aer ducit colorem ad instrumentum visus propter perui etatem corporis, sic adducit sonum ad auditum propter velocitatem receptionis motus istius rei: quia aer recipit ipsum velociter, et formatur in ipso, & remanet hæc impressio motus. Et iam posito separatus est motor, & similiter forma, quæ fit ab illo, & similiter remanet in aere sonus tempore sufficiēti, donec possit venire ad aurē: propterea quia sonus est motus vel à motu, & omnis motus est in tempore. & hoc est cōtrarium rei visus. Et propterea audimus tonitrua post visionē corruscationis, & videt homo ictum lotricis vltra aquam, antequam audiat sonum: quamuis causa amborum sit eadem. Et hæc est causa, quare audimus ultra murum, & non videmus ultra murum. Et etiam figura instrumentorum est causa istius. & quælibet iactatio aut pulsatio facit reuerberationem. & propter hoc accidit, vt homo audiat suam propriam uocē. Et nox fit per instrumenta anhelitus. Et propterea non potest homo facere uocem, & anhelare simul: quia tussis nec uox non fit nisi propter aliquam imaginationem. Et instrumētum, cum quo operatur sensus auditus, est aer receptus in aure, & secundum quòd aer est quietior & subtilior, est operatio eius perfectior. & similiter est in odore. Et hæc operatio priuatur propter malam complexionem, aut propter oppilationem factam in instrumētis istius sensus, hoc est in aure. Et ab his eisdem causis fit diminutio, quādo sunt debiles. Sed auditus phantasticus fit propter unam duarum rerum: aut propter acumen auditus, quod est in instrumēto auditus, quia sentit etiam paruum motum qui fit in aure: aut ꝓpter uentositatem, quæ fit in ipso extra naturam.

De sensu Visus, & de accidentibus ei superuenientibus. Cap. XXXVIII.

Vide contr. Zim.

PRoprietas uisus est, quòd recipit colores non denudatos à materia, & propterea habet cōuenientiam propriam cum materia. & propter illā conuenientiam est factum proprium abstractum à ratione, & ab intellectu. & si non esset sic, ipse intellectus esset. Et hæc receptio fit mediantibus aere, uel aqua. Et ista duo elementa sunt quasi media inter materialia & formalia: & propterea sunt dominantia super hoc instrumento aqua, & aer: quamuis hic cadat aliquid dubij: quia iam dictum est, quòd ignis est ueracius medium, quod est inter formam & materiam. & hanc solutionem uolumus relinquere alteri tempori. Et addūcio coloris, quā facit aer ad uisum, fit per corpus peruium cum adiutorio lucis. Et si tu quæsieris quid sit lux: Respondeo quòd est illud, in quo fit umbra ex corpore grosso. Et scias quòd sensus uisus recipit formas rerum in hunc modum. quia aer mediante lumine recipit formas rerum primo, & postea mittit ad tunicam inferiorem, & illa dat alijs, quousque hic motus peruenit ad tunicam postremam, post quam stat sensus communis, qui apprehendit formas rerū. Et in medio istarum est tunica glacialis, quæ est sicut speculum, media inter naturam aeris & aquæ. & propterea recipit figuram aeris, quia est sicut speculum: & mittit eas aquæ, quia sua natura communicat istis duabus naturis. & aqua, quam dicit Aristo. quòd stat post humiditatem glacialem, est illa, quam appellat Gale. vitream. Et in hoc recipit sensus communis formam. & quando ipsam recipit, mittit ipsam imaginatiuæ, & ibi recipitur spirituali receptione. Et propterea dicitur quòd forma recepta habet tres gradus: primus est corporeus: secundus spiritualis, qui est in sensu communi: tertius gradus est spiritualior, qui est imaginatiua. & ab isto gradu deuenit ad alios gradus altiores, et nobiliores. Et qui argumentantur à lineis radiosis, quę exeunt ab oculo, & vadunt vsque ad rem visam: dico quòd inuentio talium linearum non habet intentionem secūdum sensum, sed secundum intellectum, vt intelligatur quasi vt exeant ab oculo. Sed vere videre, & quod accidit ab eo non cōpletur nisi per intentionem hāg; lineag; in figura noua: & figura noua est verax. & ppea subiectum harum dimensionū est corpus peruium: quod est, quia hoc corpus à sua natura habet recipere lumen, & colorem tali receptione. Et qui stare vult super hoc, legat secundum librum de Sensu & Sensato. Et scias quòd visus hoc modo recipit colorem: quia aer recipit ipsum primo, & postea transmittit ipsum visui: eo quòd est corpus peruium luminabile. Et quòd hoc sit verum, ꝙ aer ipsum recipiat, est, quia videmus nebulas raras, vltra quas Sol pertransit. quia tunc corpora, quæ supponuntur istis nebulis, colorantur suo colore. Deinceps volumus dicere de accidentibus, quæ superueniunt sensui visus, quæ fiunt tribus modis. nam aut priuatur hæc operatio, & dicitur cæcitas: aut debilitatur, & dicitur offuscatio: aut permutatur in malum visum nō bene apprehēdentem. Et hoc accidit propter aliquod corporum, quæ sunt ordinata ad hanc apprehensionem, vel plura. Et iam tu scis ex quot rebus compositum est instrumentum istius sensus. & propterea volumus dicere causas istorum accidentium per hūc modum. Et dicimus quòd causæ cæcitatis sunt multæ. quia aliquādo accidit propter oppilationem, quæ fit in neruo, per quem transit spiritus visibilis à cerebro ad oculos. & non est impossibile hoc accidere propter malam complexionem factam in ipso spiritu: quia tu pluries sciuisti ꝙ membra non habent agere, nec pati, nisi propter complexionem conuenientem illis in quantitate, & qualitate. Sed malitia cōplexionis aut est frigida, aut calida, & si est frigida, tunc ingrossat spiritum taliter, ꝙ instrumentum visus non potest recipere ab eo. et si est calida, tunc subtiliantur spiritus & spargunt ita, quòd formæ non possunt figi in eo. Item prouenit hoc à passione humoris glacialis, vel telæ aranex, vel ab ambobus, quando obscuratur eorum claritas propter multas causas, quę hoc facere possunt, quia tūc conuenienter colores non possunt figi in eis. Item potest accidere propter decursum aquæ in humiditatem albugineam taliter, vt obscuretur claritas. Et etiam accidit, quando vulneratur cornea: & tunc egreditur vuea. & hoc fit sicut granum, vel scabies, quę nascitur in oculo. Item potest accidere, quando fluit humor albugineus. Item accidit propter vngulam, quæ nascitur in coniunctiua, quando cooperit totum foramen vueæ. & maiora & peiora accidentia, per quæ prouenit cæcitas, sunt mala apostemata, quæ sunt in totalitate oculi: ita quòd aperiuntur omnes partes oculi, aut plurimę, & effluit oculus, aut fiunt fistulæ, quæ rodunt ipsius tunicas. Et nunc dicamus de causis debilitatis ipsius visus. Et dicimus quòd causæ debilitatis, & diminutionis visus sunt diuersæ. propterea quia accidit debilitas visus hominibus multis modis. quia quidam sunt, qui vident à remotis, & non vidēt à propinquis. & quidam sunt, qui vident econtra. & quidam sunt, qui debiliter vident, & longe & prope. Sed istorum, qui habent debilem à propinquo, habebunt debiliorem in remoto. & hæc spēs est oppolita optimo visui. ga optimus visus non est, nisi qn videmus in remotis, & propinquo, debito modo. Sed vniuersaliter non dicitur quòd virtus visibilis sit fortis, nisi quando uidet remotas res. sicut

Argumentū, q̄d visus nō fit extramittendo.

* 2.l. vultur.

sicut dicitur quòd * turtur habet oculos similes colori rubini, & videt multum longe, & dī ꝙ habet fortem visum. & hoc accidit ei propter claritatem instri, & bonitatem virtutis, & subtilitatem sensus, sicut videmus in vulture, & multis alijs volucribus. quod est, quia dī ꝙ eo existente in Damasco, videbat carnes morticinas Babyloniæ. quia, sicut dictum est superius, in hoc sensu sunt plura animalia fortiora hoie, & maxime quædam volucres. & similiter in instrumentis visus, & auditus sunt fortiora. Et postq̄ nos diximus ꝙ debilitas virtutis, quæ est oppolita optimo visui, fit propter debilitatē virtutis istius sensus, aut fit propter claritatem instrumenti: ergo optimus visus fit propter bonitatem omnium istorum. Et aliquando debilitas ista est naturalis, & aliquando est accidentalis. & naturalis est propter eminentiam nimiam, quia tunc debilitatur visus propter multitudinem aeris, & multū lumen, quod colligit. Item debilitatur, quādo dilatatur foramen vueæ, propterea quia aer dominatur super complexionē oculi, & ipsam permutat. Et largitas istius foraminis fit aut propter corrugationem, quæ fit in vuea versus circunferentiam propter siccitatem, aut propter multam humiditatem fluentem illuc ad ipsum dilatantem. Et aliquando fiūt hæ debilitates propter strictūram illius foraminis. Et strictura eidem accidet aliquando, quando paralyticatur vuea. quia ipsa paralyticatur, aut per multam humiditatem ipsius, aut propter defectum albugineis: quia ob illius causam paralyticatur, et cadent partes ipsius super partes. Et est dictum, ꝙ si strictura istius foraminis sit naturalis, ipsa est laudabilis. Et aliquando fit debilitas visus propter passiones palpebrarum oculorum, sicut diximus in alijs nostris voluminibus: & spicatores, & collectores etiam ipsam numerauerunt. & hoc fit propter malam complexionem naturalem. Et tu debes dicere vniuersaliter: quīn causæ debilitatis visus sunt sicut medietas causarum cæcitatis. Et illi qui vidēt res propinquas & bona visione, & res non vident à remotis, visus ille non est adeo bonus, vt est visus eorum, qui vident propinqua, & remota, bona visione. Et est dicendum ꝙ debilitas visus istorum est media inter visum debilem penitus, & inter illos qui habent bonum visum penitus: ideo quia impossibile est esse visionem rerum propinquarum & remotarum æqualem, nec in debili in fine, nec in bona in fine.

Optimꝰ sensus est, q cōprehēdit plures dſias sēsibilium, & i maiori dist̄ cia. ldē. 5. de Gña. alialus c. 5.

Aut possumus dicere quòd sanæ visiones non habēt excessum super alias nisi in visione remotarum rerum, quod est, quia res propinquæ videntur à debilibus & fortibus secūdum vnum modum: quia sine dubio nos videmus res propinquas, sicut vident aquilæ. ga aquilæ non habent excessum super nos in visu, nisi in rebus remotis. & sicut hæc res inuenitur in specie, ita in individuis. Et causæ in illis, qui vident à remotis, & non vident à prope, est debilitas instrumentorum ipsorum. Et propterea quia res visibiles non vident, nisi median te aere lucido, indiguerunt debiles oculi pluri luce oculis fortibus. & quando visibile est remotum ab oculis, lux, quæ est inter ipsum & oculum, est in maiori quantitate. Item quando res visibilis erit remota, erit motus, quem facit visui, debilior. & propterea oculus debilis poterit melius recipere, sed quando visibile esset propinquum, oculus debilis pati non posset. Et quidam dicunt ꝙ hoc accidens fit propter grossitiem spiritus visibilis. quia quando erit longa dimensio iter oculum & visibile, tunc subtiliabitur spiritus in aere, et erit aptior receptio impressionis visibilis factæ in aere. Et quamuis hoc verbum sit declaratum, ipsum declinat opinionī illorum, qui dicunt ꝙ radius visus defertur ab oculo ad rem visam. & illa opinio reprobata est, & nos etiam reprobamus. Et quīa colores non apparēt nisi mediante aere lucido, ideo pupilla non potest videre res, quæ superponuntur ei: propterea quia apprehensio istius sensus non fit nisi mediante aere. Et sic debes videre ꝙ debilis visus non comprehendit bene res visibiles propinquas. Et qui vidēt bene propinquum, & non vident remotum, eorum oculi indigēt torti motu. & hoc maxime accidit illis, qui habent oculos eminentes. & quia oculi istorum sunt prominentes, eorum visus est debilis, & sparsus: vnde indigent torti motu propinquo. Et propterea ꝙ habent oculos profundos, remotius vident: quia spiritus visibilis in eis est magis aggregatus, & virtus visibilis tunc est fortior. & etiam lux in maiori quantitate recipitur, sicut accidit in riuis strictis currentibus. Et propter hoc stringit sagittator oculum, quando vult recte emittere sagittam, et carpentarius vt rectius videat lineam. & propter hāc debilitatem accidit decrepitis vt non possint legere subtiles litteras nisi in Sole, & vident res remotas, & non propinquas. Et apparet vt veniat hæc debilitas in visu propter malam complexionem siccam accidentalem & non naturalem, aut propter humiditatem tenebrosam: propterea quia siccitas, sicut dictum est, difficile patitur. & hęc ęgritudo est quasi obscuritas oculorum: propterea quia iste patiens videt in die, & non in nocte. ga ei non sufficit lux Lunæ & candelarum. & hoc prouenit à tenebrositate, aut duritie receptionis. Istæ causæ sunt, quæ de necessitate possunt dici super ista accidentia secundum Naturalem philosophiam. Sed causæ, quas dant Medici in istis accidentibus, sunt tunc datę supra fundamenta corrupta. quia tu scis, ꝙ non est in oculo aliquod corpus, de quo possit aut possibile sit oppositum, vt extra ipsum mittatur: sicut opinati sunt illi, q vocabantur de societate Allahel Saat. et Gal. tenet eorum viam. Quia non est aliquid in oculo nisi calor naturalis, qui aduenit et à cerebro p duos neruos perforatos. nec calor potest separari à corpore in momento, etiam remanente calore intrinseco ipso, & homine viuente.

Contra Medicos, q visio non fit extramittendo.

Rō prima.

Et impossibilis est vt extendatur vsq; ad stellas. quia antequam veniret illuc, esset corrupta sua complexio, et esset priuata sua forma specifica, in eo quod est causa intrinsecus. Nec etiam in eo est corpus coeleste, nec igneum, habens splendorem, vel quod sit splendidum, quod illuminet ipsum per naturam. Sed splēdor est primum apparens per se. & impossibile est vt sit recipiens aliquid de natura suscepti, inquantum vnum est recipiens, & aliud receptum. & hoc probatum est in Naturali philosophia. sed est, sicut dictum est superius. quia visio fit propter impressionē colorum in corpore peruio, hoc est in aere, & in aquat & ista corpora dant oculo, sm quòd dictum est, & imprimuntur in ipsum, & postea apprehēdit spiritus visibilis esse * oculorum. & ppea fiunt cōpositus oculus ex corpibus peruis, & quia ille sensus non pōt apprehēdere similitudinem *oculorum, nisi postq̄ fuit impressi in corpore medio. Sed accidentia, quæ ponūt extraneitatem in visu, sunt multa, & ipsa sunt declarata i arte Radiorum, & nominat Almendahar. & quæ dicentur hic, sunt creata ab ægritudinibus. Hæc sunt, quæ veniunt à mala cōplexione, vel positione: ga apparebit ꝙ vnū sit duo. & hæc cā attributa est doctrinæ radiorū. Iterum accidit ut videatur oculus uidere oēs colores sm unum modū, uidelicet rubeos, aut citrinos, aut aliter dispositos. Et cā huius fuit uapores, q euenīūt ad humiditatē peruiam, i qua est uisus. quod est, quia qn illi uapores prouenient à cirmitate, omnes res uisæ tales ostendentur, & sic de alijs.

* colorum.

* colorum.

Rō tertia.

Optimo propria.

Idest Prospectiua.

Et aliquibus apparent ſicut cimices, aut muſcæ volare ante oculos. & hoc prouenit propter vapores mixtos, qui aſcendunt ſuperius. Et aliqui vident res viſibiles quaſi feneſtratas. & hoc accidit propter quendã vaporem nigrum, qui accidit, uel qui tranſit p cryſtallinum. ſed ipſum non cooperit totũ. Item accidit habẽti cogitationes corruptas propter aliquam cãm intrinſecam, vel extrinſecam, vt ſentiat malo ſenſu. quod eſt, quia quãuis ſenſatorum motus ad ſenſum veniat ab extra, nõ eſt impoſſibile vt hat ſimile etiam per contrarium. quia propter hanc corruptionem cogitabit vnum & confirmabitur, ita q̃ forma illius mouebit à latere interiori ſpiritum iſtius ſenſus, & tunc videbitur oculo, vt iſtud ſit deforis. Et eſt iſtud in vigilãdo ſimile vni ſomno: quia declaratum eſt in tractatu de Somno & Vigilia, q̃ ſomnia attributa ſunt virtuti imaginatiuæ. ſed ipſa facit in ſomno contrarium eius, quod facit in vigilia. quia in vigilia primo mouet ſenſatum ſenſum communem, & poſtea illud mouet imaginationem, & ſecundum quòd dictum eſt ordinatim ſuperius. Sed in ſomno fit modo contrario. quia motus incipit à virtute imaginatiua propter formam receptam deforis in vigilia quoquo tempore, & illa eſt remota. & ideo primo mouet ſenſum communem, & communis mouet particulares ſenſus, & tũc ſentient res, quaſi ſicut eſſent extra. & ſicut hoc fit in ſomno, ſic fit in vigilia propter multam ſollicitudinem circa aliquam rem. Et propter hoc cõfirmantur virtutes animæ, aut propter aliquam ægritudinem fixam in corpore, aut proprer timorem, aut propter triſtitiã. quia tunc ſoluitur quidam vapor, & aſcẽdit cerebrum, & imprimitur in ipſum forma rei excogitatæ: & aſcendendo ſuperius mouet ſpũm aialem, & reducitur iſte motus vſq̃ ad virtutem imaginatiuam, & ipſa ſpiritu mediante mouet ſenſum cõem, & ille mouet particulares, & ſentitur res, ſicut eſſet extra. et populi credunt q̃ hoc fiat ab Angelis, aut à Dæmonibus. & demonſtrationes huiuſmodi declaratæ ſunt ordinatim ibi. Iſta ſunt accidentia, quæ ſuperueniunt ómnibus quinque ſenſibus.

Quo pacto oppoſite mõ in ſomno & i vigilia fiat ſenſatorum motus.

De *accidentibus Anhelitus*. Cap. XXXIX.

DEinceps volumus loqui de accidentibus anhelitus, & ab illis tranſibimus ad accidentia virtutis imaginatiuæ, & cogitatiuę, & memoratiuę, & accidẽtia ſomni, & vigiliarum. & poſtea loquemur breuiter de ægritudinibus, in qbus apparet maior pars horum accidentium, aut oia accidentia, quæ veniunt ſuper hanc virtutem. & cũ compleuerimus hęc, cõpleta erit intentio nſra. Et ex accidentibus ſuperuenientibus huic virtuti ſunt ex genere augmenti, & diminutionis illius. Sed priuatio huius operationis eſt mors. quãuis prima fronte appareat ꝓuatio anhelitus in multis ægritudinibus, ſicut in ſuffocatione matricis, & ſimilibus, non tñ eſt priuatus, ſed ſolum occultatus. Et propterea quia hæc operatio fit à duobus motibus, inſpirando & reſpirãdo, & inter quemlibet duorum motuum eſt vna quies, ſicut probatum eſt: neceſſarium fuit vt augmentum, et diminutio eſſent in his quatuor rebus, hoc eſt in duobus motibus, & duabus quietibus. Et diminutio duaꝝ quietum nominat thoaar, & augmentatio nominat thephaues. Et augmentum, & diminutio aduenĩt iſtis duobus motibus ſm duos modos. vnus eſt velocitas & tarditas: & alter eſt fortitudo in tribus dimenſionibus, quæ ſunt lõgitudo, latitudo, & profunditas, & debilitas in ipſis, vt in dilatatione, & conſtrictione. & augmentatio in hoc appellat fortitudo aut magnitudo, & diminutio appellatur paruitas aut debilitas. Iſtæ ſunt ſpecies ſimplices mali anhelitus. Sed compoſitæ ſunt multę. ſed hic volumus tractare niſi de cauſis facientibus has ſimplices ſpecies: ga homo diſcretus ſcies compoſitas per ſimplices. Et dicimus q̃ cauſa fortitudinis eſt fortis neceſſitas anhelandi. & hoc fit cum ſanitate virtutis efficientis, & propter bonã diſpoſitionem inſtrumentoꝝ. Et inſpiratio aeris eſt propter fortem neceſſitatem refrigerandi, & reſpiratio eſt propter fortem neceſſitatem expellẽdi corpus fumoſum. propterea fortificatur aliq̃ vnum iſtorum, & tamen non eſt neceſſe vt aliud fortificet. Et velocitas eſt ſimiliter propter fortem neceſſitatẽ anhelandi. ſed nõ eſt neceſſarium penitus vt ſit velocitas cum ſanitate virtutis & bona diſpoſitione inſtrumentoꝝ. quod eſt, quia virtus iuuat ſe cũ velocitate, q̃n deficit fortitudo. quia forte facit hoc, vt reſtauret p hoc qđ deficit à fortitudine. & ꝓpterea accidit hoc, quãdo virtus eſt fortis, & inſtrumenta nõ ſunt conuentenia. Sed thoar etiam fit propter paucam neceſſitatem anhelandi ſed nõ eſt neceſſarium, vt ſit cum ſanitate virtutis, & bona diſpoſitione inſtrumentoꝝ. quia pro maiori parte cum natura iuuatur in hoc, facit illud, quando perdidit fortitudinem, & accidit q̃ natura iuuetur cum hoc, q̃n perdidit uelocitatem propter penuriam virtutis. Et ſi ita eſt, ſicut diximus, ergo q̃n erit conueniens vt ſit anhelitus velocior & fortior thoar, tunc erit magis neceſſaria ſanitas virtutis, & bona diſpoſitio inſtrumentorũ. Et cauſæ diminutionis ſunt oppoſitæ in his rebus cauſis augmentationis. Sed paruitas fit aut propter debilitatem virtutis, aut propter inobedientiam inſtrumentorum. Et conſtrictio fit propter oppilationem, quæ fit in concauitate canalĩũ pulmonis. & hæc oppilatio fit ab humoribꝰ groſſis phlegmaticis, qui à capite deſcendunt: & fit etiam ꝓpter apoſtemata, & propter omnes alias cauſas, ex quibus poſſit fieri oppilatio. Et aliquando accidit propter ſtricturam concauitatis pectoris, in quo mouet pulmo. quæ ſtrictura fiet, ꝓpter aliquod apoſtema, quod illi gñatur, aut pp malam cõplexionem: ſicut accidit in apoſtematibus ſtomachi & hepatis, & ſicut accidit pp magnam ſatietatẽ. Et aliq̃ eſt cauſa malæ pulſationis anhelitus in aliquibus hoibus naturalis, eo q̃ pectus nõ erit proportionatum pulmoni. Et aliq̃ erit ſtrictura pectoris ex culpa malæ faſciationis. Et ex cauſis paruitatis eſt dolor, qui fit in diaphragmate, aut in pectore, & in mẽbris communicãtibus cum eo. Et cauſa tarditatis accidit propter duas res, aut propter debilitatem uirtutis, aut propter paucã neceſſitatem ſpirandi & reſpirandi. ſed q̃n erit cauſa propter aliquã paucam neceſſitatem, non erit ibi thoar. ſed q̃n erit cauſa propter debilitatem virtutis ſolum, poterit eſſe thoar. Iſtæ ſunt ſpecies omnes malæ pulſationis ſimplices anhelitus, & cauſæ earum. Et tu ſcis quia promiſi tibi in multis locis abbreuiare & non prolongare, quia res particulares tu inuenies in libris ſpicatoꝝ, ſ. practicoꝝ: ſed ego nõ ſum dę ipſis. & adhuc ego idem tibi particularius dicam, cùm loquar de ſimplicibus in libro Signorum. & hoc ſuffecit quod dictum eſt de ſimplici, quia ab illo poteris ſcire compoſitum. & dabo tibi vnum exemplum de anhelitu, qui dr anhelitus erectionis, & eſt anhelitus paruus velocior thoar. Et cauſa huius eſt propter fortitudinem virtutis, vt magnitudinem neceſſitatis, & inobedientiam inſtri. quod eſt, quia ipſa pulſatio non fit niſi, ꝓpter forte apoſtema, ſicut i pulmone: aut propter oppilationẽ fortem, & no iatur anhelitus erectus pp ſimilitudinẽ eius quod habet, ga non põt iacere ſupinus, eo q̃ pars pulmõis cadit ſup partẽ, & partes pectoris cadũt, vel præmunt ſup eas. & propterea neceſſe eſt vt ſint ſic diſpoſitæ,

diſpoſitæ, & anhelitus talis fit. Et debes ſcire q̃ tẽpus motus anhelitus, qui fit propter inſpirationem aeris in anhelitu naturali, eſt breuius tempore motus, quem facit propter reſpirationem: & q̃ motus reſpirationis horа ſomni eſt longior motu inſpirationis propter neceſſitatem, quam habet vt expellat corpus fumoſum. Sufficit quod dictum eſt in accidentibus anhelitus.

De *accidentibus trium uirtutum, ſcilicet Imaginatiuæ, Cogitatiuæ, & Memoratiuæ*. Cap. XL.

APparet ab his virtutibus, vt non compleantur ſuæ operationes niſi in cerebro. & ꝓpterea quia cerebrum aptum eſt pati, eo q̃ eſt frigidum et humidum; ob hoc maior pars cauſarum accidentiũ iſtarum virtutum prouenit à paſſionibus cerebri: aut q̃ ſit primum in hac cauſa, aut hoc ſit propter cõmunitatem illorum membrorum. Et ſi cauſa erit in toto cerebro, erunt tunc lęſæ omnes virtutes. & ſi fuerint in loco proprio, erit tunc læſa virtus illius loci proprij. & quando fuerit cauſa in prora cerebri, tunc erit læſa imaginatio. & quando fuerit in parte media, tunc erit læſa ratio, & cogitatio. & quando fuerit in parte poſteriori, tunc erit læſa memoria, & conſeruatio. Et iſtis virtutibus aduenĩt accidentia ſm modum, ſm quem aduenĩũt aliis: hoc eſt vt corrumpantur, ant diminuantur, aut permutentur ad malas operationes. & corruptio & diminutio fit à mala complexione frigida & humida, aut frigida ſolum. Ex his quædam eſt materialis, & quędã non materialis. & materialis non eſt inuẽta niſi ſociata duabus qualitatibus, ſicut eſt in apoplexia, & ægritudine, quæ dicitur ſubeth. & quædam eſt à complexione materiali apoſtemoſa, quæ in Arabico noiatur aſirſen aberit, i. frigus: & aliquando accidit hæc ægritudo cerebro mediante ore ſtomachi. Et cauſa, propter quã permutantur iſtæ virtutes ad malam operationem, eſt mala complexio, quæ prouenit à cholera, aut melãcholia. Et quãdo dominatur ſuper cerebrum mala complexio calida, tunc fient imaginationes corruptæ, & oſcitationes, & ructus, & aliquãdo corruptiones cogitationis, & memoriæ. Et eſt poſſibile eſſe malã complexionem hanc in cerebro ſolum ſine apoſtemate. & eſt poſſibile ipſam eſſe propter colligationem alterius membri: ſicut accidit in febribus, quando aſcendit fumus à ſtomacho ad cerebrum, & facit apoſtemata, aut non facit. & poteſt eſſe ex apoſtematibus, quæ fiunt in ſubſtantia cerebri. & poteſt eſſe, vt ſint in pãniculo. & poteſt eſſe vt ſint ex apoſtematibus, quæ fiunt in ore ſtomachi. & ſigna diſcretiua horum dicentur in libro de Signis. Sed corruptio, quæ accidit his virtutibus propter complexionem melãcholicam, eſt cum timore, qui fit ſine cauſa, & cum malis cogitationibus, & triſtitia, & timore rerum impoſſibilium. Et quando vritur melancholia, & fiunt accidentia choleræ in ipſa, tunc conuertitur homo ad ferinos mores: & omnes motus ipſius ſunt praui & timoroſi. & hæc impreſſio fit in aia propter complexionem obſcuritatis melancholię. Sed nigredo eius nõ eſt cauſa huius, ſicut dicunt Medici: quia color non eſt cauſa ſubſtantialis ad corrũpendas virtutes animæ; ſed hæc cauſa prouenit ab vna ſpecie malæ complexionis, ſicut alię ęgritudines. Et tu ſcis, quòd habitus animæ ſequuntur complexionem corpoream in hac coniunctione. & qui dicunt q̃ anima turetur propter humorem melãcholicum nigrum, ſicut terretur homo in obſcuro, dicunt verba cantionũ. quia aliqua læſio non aduenit animæ in obſcuro, niſi priuatio ſenſati ſenſus viſibilis. quia non videt anima in corpore, vt poſſit dici, quòd ſentiat terrorem nigredinis. & magis fœdũ eſt dicere vt videat extra, quia anima non eſt extra, nec intus. Sed eſt ſciẽdum, q̃ de natura iſtius humoris melancholici eſt vt ipſum ſequantur hæc accidentia: ſicut de natura ſanguinis eſt, vt ipſum ſequatur gaudiũ & lætitia. & non dicemus propter hoc, q̃ ſanguis det lumen animæ. & hæc res eſt manifeſta illi, qui aliquantulum de natura guſtauit. Et in hac ægritudine, quæ dicitur melãcholia, cadit magna diuiſio iter Medicos de eius cauſa. Quidam dicunt q̃ poſſibile eſt vt in ipſomet cerebro fiat, aut propter aduſtionẽ ſanguinis cordis, aut propter os ſtomachi. Et quidam dicunt q̃ fit ab apoſtemate, quod generatur in fundo ſtomachi. Et quidã dicunt q̃ fit propter apoſtema factum in meſeraicis. Et quidam dicunt q̃ fit propter humorẽ melancholicum, quem ſpargit ſplen ad ſtomachũ, qui eſt extra naturam ſua qualitate. Et iſti reſpondent verbis priorum, & dicũt q̃ ſunt impoſſibilia, q̃ cauſæ iſtius ægritudinis ſint calidæ: eo q̃ accidentia iſtius ægritudinis ſunt manifeſte frigida: quia eorum ructus eſt acetoſus, & plures ipſorum habent ventoſitatem frigidam, non cum multa ſiti. Et adhuc dicunt, ſi eſſet cauſa propter apoſtema calidum in his membris, ſequeretur ex hoc ex neceſſitate febris. & nos videmus q̃ in hac ægritudine nulla eſt febris. Et ego dico q̃ reꝑhenſio iſtorũ, qui dicunt q̃ ſi iſta ægritudo eſſet propter apoſtemata calida, ſequerer tur accidẽtia calida, ſicut fortis ſitis. & permutatio cibi ad fumoſitatem, & paucitatem inflammationis, non eſt neceſſarium penitus. quia iam dictum eſt, q̃ calor extraneus, propterea quia facit calorem intrinſecũ exhalare, & ipſum debilitat, non eſt impoſſibile vt ſequantur ipſum accidentia frigida, & faciant ſimilia accidentia ſupradicta: & maxime quando calor extraneus lædet formam naturalem caloris intrinſeci, aut corrũpet ipſum. & propterea fit acetoſitas ſm Alexandrũ per calidum, ſicut per frigidum: quia calor intrinſecus non fortificatur niſi per calorem, qui ei formaliter non repugnat. Et quod dictum eſt, q̃ ſequitur neceſſario febris, q̃ia omne apoſtema eſt calidum, quod fit in his duobus membris, ſicut experientia teſtificatur, hoc bene aſſerendum eſt: quia impoſſibile eſt hanc ægritudinẽ eſſe ſine febre, ſi propter talem fieret cauſam: excepto vno modo, q̃ hoc apoſtema fieret poſt declinationem apoſtematis: quia tunc dicendum eſt, q̃ non remãſit ex calõre extraneo tantum, vt ſit ſufficiẽs ad febrem faciendam: ſed eſt tantus, q̃ ſufficit ad læſionem faciendam ſtomacho, & cerebro ſolum, & hanc mouere paſſionem. Et poteſt eſſe q̃ hæc ægritudo, pueniat ſolũ à ſplene: & videt q̃ hęc ſit vna ex maioribus cauſis ſpeciei iſtius ægritudinis.

Contra Galenum tertio de locis affectis cap. 6.

De *accidentibus Somni, & Vigiliarum*. Cap. XLI.

DEinceps volumus loqui de accidẽtibus ſomni & vigiliarum: & in primis volumus dicere definitionem ipſorum. Et dicimus q̃ ſomnus eſt profundatio ſenſus cõmunis ex cerebro ad cor. & propterea tunc ligantur ſenſus particulares, & cõſtringuntur in eorum inſtrumentis: eo q̃ non eſt neceſſe vt moueãtur ad eorum ſeruitia. Et vigilia eſt contrarium huius, hoc eſt aſcenſus iſtius ſenſus ad cerebrum in locum ſuum. & propterea tunc diſſoluũtur omnes ſenſus particulares in eorum inſtrumentis, vt operentur actiones ipſorum. ergo deſcriptio ſomni eſt priuatio motus: & vigiliæ deſcriptio eſt continuatio motus. Et poteſt dici q̃ hic motus iſtius ſenſus eſt formalis cauſa ſomni & vigiliæ, & ſubiectum ſomni et vigilię eſt ſenſus cõmunis, &

Somni definitio.

Vigiliæ definitio.

nis,& cor eſt radix, & cerebrum eſt inſtrumentum,cũ quo operatur. Et accidentia, quæ ſuperueniunt ſomno,eſt fortis ipſius profunditas. & hoc fit propter dominationem multæ frigiditatis cum humiditate ſuper cerebrum,aut ſup membrum cõmunicans ſecum. Ex accidentibus, quæ ſuperueniũt huic operationi per contrarium,eſt vigilia. & cauſa eius oppoſita eſt cauſæ frigiditatis: hoc eſt, quia fit propter dominium caloris & ſiccitatis. Et aliquando eſt hæc res compoſita à duabus cauſis. hæc ægritudo eſt ægritudo vocata nabur: quia tunc iacet ſicut dormiens, & oculos tenet apertos: quia dormire eſt propter frigiditatem, & tenere oculos apertos eſt propter ſiccitatem. Et aliquando fiunt ægritudines in cerebro, in quibus fit pars horum accidentium,aut omnia. & illi qui ſcietqđ diximus,dabunt cauſas vnicuiq; accidẽtium, aut ſi ſint præſentes, aut præteritæ. Et volumus dicere de quibuſdam eorum,quæ ſunt manifeſtiora: & perfectius ſciet per hæc quæ dicentur,poſtea alia,quæ nõ dicentur. Et dicimus ꝙ quædam eorum vocantur eldaar.& quædam nominantur alchabus, i. incubus. & quædam nominantur elzara,i.epilepſia.& quædam nominantur lecta,i.apoplexia. Sed primum eſt ſuper humorem,ſuper quem dominatur fumus. & iſte fumus aſcẽdet ad cerebrũ & mouebitur, & tunc ſentiet patiens hunc motum, ſicut eſſet extra. quia quãuis ſenſata habeant,ꝙ mpueant ſenſus deforis, tã diximus ꝙ non eſt impoſſibile vt moueantur ab intrinſecis humoribus.& ſi cerebrũ acquirit multam malam complexionem propter perſeuerantiã harum rerũ,tunc cadet patiens in terra,ſicut cadit epilepticus.Et iſte fumus aliquando fiet in ipſomet cerebro,& proprie in ſuis arteriis. & aliquando aſcendet à ſtomacho, vel ab aliis mẽbris. Sed alchab⁹,i. incub⁹ eſt,qñ ſentit homo,cũm dormit,ac ſi præmeretur,& aggrauetur à re,quam abnicere non poteſt. Et manifeſtum eſt, quòd hoc nõ eſt, niſi propter aliquam priuationẽ virtutis motiuæ propter aliquam malam complexionem materialem. Et quia cito diſſoluuntur, opinãtur vt fiat ab humoribus fumoſis, qui aſcendunt cerebrum, & lædũt ipſum ſua qualitate. Epilepſia eſt ægritudo,quæ facit cadere in terram patientem. in primis tũc mouentur omnia mẽbra motu malo extraneo, deinde ſic mouentur,donec homo cadit,& priuantur omnes ſui ſenſus,& virtutes animales, aut diminuuntur & contrahuntur,& colliguntur omnia ipſius membra, & contrahuntur ſicut ſpaſmata. Et hoc eſt ſignũ manifeſtum, ꝙ paſſio eſt in cerebro.& collectio, & contractio membrorum propter motum extraneũ ſignificat ꝙ hæc ſpecies eſt vna ex ſpecibus contractionis, quæ fit à virtute expulſiua: quia colliguntur & contrahuntur mẽbra in ſeipſis propter expulſionem rei lædentis, & maxime in cerebro.et propterea iſte humor eſt contrarius in fine complexioni cerebri & hoc facit,aut ſua qualitate,aut ſua forma.& illud,quod ſignificat nobis,ꝙ nõ fit propter humiditatem nerui, nec ꝓpter ipſius infuſionem, eſt propter ſubitam ipſius diſſolutionem. & de neceſſitate eſt ꝙ humor faciens hoc ſit ſubtilis, eo ꝙ paroxiſmus ipſius cito tranſit, ſicut fit in ægritudinibus acutis. Sed quia nos videmus pro maiori parte ꝙ illi, qui hanc patiuntur ægritudinem, ſunt frigidi & humidi, ſicut pueri:aut frigidi & ſicci, ſicut ſenes: & vniuerſaliter quia hęc accidentia apparent ſuper frigidos pro maiori parte, ſignificat ꝙ cauſa huius ægritudinis eſt humor groſſus. Sed contradicit nobis hoc, quòd humor groſſus non cito diſſoluitur, ſiue diſcurrat per ſtrictos meatus,ſiue per latos,ſicut dicit Galenus. quia diſſolutio non eſt aliud quàm dominatio naturæ ſuper humorem ipſum decoquendò, vt retineat quod eſt conueniens nutrimento,& aliud expellat.& hoc nõ fit in humore groſſo,in eo quòd eſt groſſus, niſi in lõgo tempore,ſicut teſtificatur experientia in ægritudinibus.Et nos videmus quod cito diſſoluitur hic humor.Et ob hoc dicendum eſt quòd hæc ægritudo non fit, niſi propter fumum qui generat in ipſomet cerebro, vel in alio membro, quod ipſum ei tranſmittit: ſicut dicit Galenus de iuuene, qui ſentiebat quòd quaſi quidam fumus frigidus aſcenderet ab vno membro ad cerebrum: & quando ꝓueniebat illuc, cadebat epilepticus. Et hoc accidẽs eſt ſufficiens ad probandum,quòd cauſa huius ægritudinis eſt ventoſitas fumoſa. ſed illa ventoſitas neceſſario communicat humoribus frigidis & humidis, aut frigidis & ſiccis. & iſti humores ſunt iſti vento vt materia. Et propterea curatur hæc ægritudo,cuacuãdo illos humores. Et quamuis dicatur per nomen alicuius hominis,vt hoc accidens fiat à cholera, non dico hoc impoſſibile. & cadit in hoc ratio. nam breuitas paroxiſmi hoc adiuuat: & veniente accidente hoc aliquibus propter ſtomachum, videmus quod hoc fit eis vt plurimum propter famem, aut propter tram. & hoc oſtendit,vt fiat à cholera.Et Galenus curat hãc ægritudinem cum hiera picra, in qua dominat aloe. Et manifeſtum eſt quòd aloe nõ purgat,niſi vnam duarum rerum, aut choleram,aut humorem cholericum. Et quidam dicunt quòd hęc ęgritudo fit à complexione mala nõ materiali frigida & ſicca. Et hoc eſt à ratione remotum: quod eſt,quia hæc ægritudo vt plurimũ habet paroxiſmos. Et adhuc ſi heret ꝓp malam complexionem non materialem,non fieret niſi à rebus extrinſecis. quod eſt, quia mala complexio nõ materialis creata à mala complexione materiali eſt difficilis curationis:& à tali cauſa,qualis hæc eſt,impoſſibile eſt fieri paroxiſmum epilepticum. & ſecundum hoc non fieret hæc ſpecies, niſi propter res extrinſecas,hoc eſt ab aere frigido. quod eſt, quia mala complexio, quæ fit à talibus rebus extrinſecis, eſt facilis diſſolutionis. Sed remotum eſt quòd res extrinſecæ, hoc eſt aer frigidus poſſit inducere malam complexionem cerebro ſufficientem inducere epilepſiam.ſed ſi experientia hoc teſtificatur, varo hoc eſſe debet. Et tu debes ſcire, ꝙ propter hanc ſcientiam non poteſt finaliter ſciri rationabiliter de omnibus ægritudinibus,quæ ſint poſſibiles, & quæ non. quia ægritudines certificantur per ſenſum, & poſtea adueniunt teſtimonia experientiæ propter plurimos ſentire: & poſt hoo fit cognitio cauſarum. Et cauſa huius data eſt in loco alio nobiliori iſto: & nos etiam ipſam narrabimus in aliis libris. Et apoplexia eſt, quando homo cadit ad terram, & ceſſat eius vox, & priuantur omnes operationes et motus totius corporis,excepto anhelitu.nam priuato anhelitu moritur patiens. Et propter hoc anhelitus eſt manifeſtum ſignum ſuper fortitudinem, vel debilitatem iſtius virtutis.quod eſt, quia quando anhelitus fuerit groſſus & malus, ſignificat ſuper fortitudinem: & quando fuerit quietus, ſignificat debilitatem. Et Hippocrates dicit quòd, quando apoplexia eſt debilis,non curatur de facili:ſed quando eſt fortis, curam non recipit. Et cauſa huius ægritudinis eſt de neceſſitate priuatio motus vniuerſalis,& particularis. Et quia declaratũ eſt, quòd motus vniuerſalis habet duo principia: primum quorum eſt in corde, aliud eſt in cerebro: & cerebrum non facit ſuas operationes, niſi propter cor.ergo eſt neceſſe vt cerebro veniat vna ægritudo vniuerſalis communicans toti corpori. Et hoc het neceſſario propter oppilationem viarum ſpiritus, qui peruenit à corde ad cerebrum: & iſtæ ſunt arteriæ. aut propter

Scotomia.

Incubus.

Epilepſia.

Prima opinionis cauſa epilepſiæ.

Tertio de locis affectis. cap. 7.

Secunda opinio.

Tertia opinio.

Prima ratio contra hanc opinionem.

Secunda.

propter fortem oppilationem ventriculorum cerebri: propterea quia quando illi clauduntur, impeditur via ſpiritui animali,qui dat membris omnibus ſenſum & motum:ſi ita eſt, vt dicit Galenus, qui dicit quòd mittitur à cerebro ſpiritus animalis, ſicut mittitur à corde ſpiritus vitalis intrinſecus. aut fit, quia corrumpitur complexio cerebri.quod eſt, quia quando illa corrumpitur,corrumpitur temperantia, cum qua reperitur calor intrinſecus cordis, ad hoc vt poſſit operari ſenſum & motum: ſicut declaratum eſt in Naturali philoſophia. Sed in cameris cordis non poteſt euenire hoc accidens: quod hanc ægritudinem faciat. quod eſt, quia prius perueniretur ad mortem. Et poſtquã probatum eſt quòd cauſa ægritudinis in his duobus locis eſt: ergo cauſa, quam dat Hippocrates eſt verax: & etiam illa, quam dat Galenus. Et Hippocrates dicit, quòd quando homo ſubito ſine voce fit,& cadit in terram,tunc factæ ſunt oppilationes in vnis, quæ ſunt inter cor & cerebrum,hoc eſt in arteriis.Et Galenus hoc confiteturin libro de Accidenti & Morbo. & in libro de Mẽbris doloroſis dicit quòd hæc ægritudo fit propter oppilationem in ventriculis cerebri ergo intẽdit Galenus vt fiat à duabus cauſis. Et ſignum eſt, vt fiat ex oppilatione arteriarum,cùm apparent ſigna dominationis ſanguinis ſuper patientem. & hæc curatur cum flebotomia. Et ſignum oppilationis fortis ventriculorum cerebri eſt, quando apparent ſigna dominationis humorum frigidorum in corpore.Et curatio huius fit cum permutatione complexiõis illius mali humoris cum cuacuatione cum medicinis purgantibus humores illos frigidos, & cum clyſteriis conuenientibus: quia illa ſunt mirabilia in hac cura. Et hæc ęgritudo,quæ dicitur profundatio ſomni, eſt propinquior vt ſit propter oppilationem arteriarum, quàm vt ſit propter oppilationem neruorum: propterea non eſt in hac paſſione difficultas anhelitus, nec etiam conuertitur ad paralyſim, ſicut apoplexia. Et illa,quę fit ab humoribus ſiccis,facit ſtare patientem oculis apertis, & nominatur alcaſia. & ſi fiat ab humoribus humidis,ſtat oculis clauſis. & hãc ſpeciem nominant Medici ſubeth. Hucuſque locuti ſumus de ęgritudinibus,& accidẽtibus breuiter,ſecundum quòd nobis viſum eſt ſufficere: eo quòd mea intentio in hoc libro non eſt niſi in dando regulas, quæ ſint principia artis Medicinæ omnibus volentibus in hac ſcientia ire via nobiliori,& illis, qui etiam volunt poſtea abundare in particularibus iſtius artis ſm hunc ordinem,& diuiſionem. Et ſcias quòd comparatio iſtius libri ad totalitatem iſtius ſcientiæ eſt, ſicut comparatio elementorum artificij ad artificium. Et ſicut Pictores primo depingunt circuitũ figuræ, quã facere intendunt,& poſtea replent hoc cõtinens particularibus rebus ex diuerſis coloribus,donec ſit figura illa conueniẽter impleta. ſic & nos intendimus facere in noſtro libro. Et ſi Deus nobis longitudinẽ conceſſerit vitæ, & nos præcauerit ab accidentibus temporis, alium faciemus librum in practica huic nobili ordini reſpondentem,ſm quòd factus eſt iſte liber Colliget, qui omnia cõtinẽtia iſtius ſcientię replebit.

De ſubeth.

Catalepſis.

Apoplexia.

AVERROIS COLLIGET LIBER QVARTVS.

SVMMA LIBRI.

De Signis Sanitatum, & Aegritudinum.

De ſignis Sanitatis et Aegritudinis in generali. Cap. 1.



Ista pars diuiditur in duas partes. Prima narrat ſigna ſignificantia ſanitatem actualem in qualibet operatione corporis in quolibet membro. Secunda narrat ſigna ſignificantia ſuper ægritudines præſentes, quæ plurimum inueniuntur in hac arte: aut ſignificant tempore ſanitatis & ægritudinis ſuper ægritudinem futurã. ſed ſigna,quæ ſignificant ſuper ægritudines præteritas,parum ſunt in hac arte vtilia. Et incipiemus narrare ſigna ſignificantia ægritudinem præſentem in toto corpore,& in quolibet membro:& poſtea dicemus ſigna ſignificantia ægritudines futuras: & poſtea dicemus ſigna ſignificãtia ſup ægritudinẽs præſentes. Sed ſigna ſignificantia in ægritudinibus præſentibus ſuper ægritudines futuras adiungam iſtis ſignis ægritudinum præſentium.Et ſimiliter videtur, vt ponã ſigna ſignificantia ſanitatem futuram in ægritudinibus in hac eadem parte:quamuis pertineant ſanitatis parti. Propterea ga ſunt vna ex rebus, quibus procedit,& tranſit Medicus ad Medicinam: ſicut in rebus, quæ artificialiter fiunt. quod eſt,quia nomen maioris poteſtatis earum derivatur egreſſa,quæ fiunt artificialiter in permutatione ipſa rum à re,à qua fit permutatio,& non attribuitur rei, ad quam permutatur. & hoc eſt contrarium rebus naturalibus:hoc eſt, quia ſolum fiũt per naturam. Et cauſam huiuſmodi oſtendi in nobiliori loco iſto. quod eſt, ga permutatio eſt genus rei, ad quã permutatur virtus: & hæc eſt contrarium pluſquã genus rei ad quã permutatur. virtus aũt eſt in eis manifeſta, magis ꝙ in ea, à qua fit ꝑmutatio. Et ꝓpterea conuenientius eſt ſigna cõtingere ſanitatis futuræ cũ ſignis ægritudinis præſentis:ga Medicus tranſit ab illis ad ſanitatem,& appellantur illi tranſitus medicina, & non ſanitas. Et adhuc quãuis ipſa ſint ſanitatis ſigna, ſunt aliquo modo partes ægritudinis:eo ꝙ ſignificãt ſuper remotionem ægritudinis. Et ego incipio narrare ſigna ſignificantia ſuper ſanitatem. & dico quòd ſanitas, ſicut dictũ eſt in definitione ipſius, eſt bona habitudo in membro, per quam habet pati, aut agere ſuam actionem, aut paſſionem naturalẽ. Et hæc bona habitudo diuiſa eſt in duas partes: quarum vna eſt appropriata membris cõſimilibus,in quibus ſunt nouem complexiones:alia officialibus membris,quæ eſt quatuor generum,quę ſuperius dicta ſunt. Et quia pars maior iſtius diſpoſitionis in mẽbris non eſt manifeſta prima fröte, & maxime in membris non apparentibus, ob hoc neceſſe fuit narrare ſigna ſignificantia ſuper quamlibet diſpoſitionem cuiuslibet membri, videlicet nouem complexiones, quę primo ſunt in conſimilibus,& ſecũdo in compoſitis. Et ſimiliter narrabimus ſigna, quæ ſignificãt ſuper temperatam complexionem,

Diuiſio.

Ordo.

Sanitatis definitio.

plexionem, & non temperatam, & ſanitatem appropriatam membris officialibus. & via, qua poterimus omnia hęc cognoſcere primo, non eſt niſi ab actione et à paſſione horum membrorum, aut rebus, quæ proueniunt à virtutibus ipſorum. Quod eſt, quia actiones, & paſſiones ipſorum, & res, quæ ab eis prouenium, ſunt apud nos notiores: & à rebus notioribus procedere debemus ad minus notas. & res prouenientes ab operibus ſunt ſicut calor, macies, pinguedo, & accidentia, quę apparent ab exeũtibus à carpore. Et debes ſcire ꝙ Medici pro maiori parte nõ ſunt vſi loqui, niſi de ſignis ſignificantibus ſuper ſanitatem membrorum conſimilium. ſed de ſignis ſignificantibus ſuper ſanitatem membrorum officialium non ſunt locuti niſi per accidẽs. Sed tales quales ſumus, volumus loqui de vtriſq;. & incipiemus loqui à ſignis ſignificantibus ſuper complexionem ęqualem, i. temperatam: quia prior eſt natura: et etiam quia extrema non cognoſcũtur, niſi per comparationem eorum ad media. Et dicimus ꝙ ex nouem complexionibus, quædam appropriãtur vnicuiq; membro, & quædã ſunt, quæ appropriantur vni corpori compoſitione membrorum adinuicem. Et eſt ſciendũ primo ſigna ſignificantia complexionẽ vniuſ cuiuſq; membri in nouem complexionibus: & cognitis illis poterimus iudicare ſuper complexionẽ totius corporis, & maxime membrorum principalium. et incipiemus narrare cõplexionẽ cordis: quia cor eſt membrum, cuius complexio communicat membris omnibus. quia quando hoc membrum eſt temperatum, ſunt membra pro maiori parte temperata in caliditate: quia eſt dator omnibus membris complexionis, qua a gunt & patiuntur. Et adhuc, quãdo erit complexio aliorum membrorum diſtemperata, licut complexio hepatis, poſſibile eſt complexionem cordis nõ eſſe temperatam propter colligãtiam ipſius ad membra. & propter hoc narrabimus ſigna cordis, quãdo ſunt temperata, & intemperata: eo ꝙ illa ſunt ſigna omnium membrorum.

De *ſignis complexionum, & ſanitatis* Cordis. Cap. II.

Primũ ſignũ.

ET inter ſigna ſignificantia ſuper complexionem cordis, ſignum, quod proprium eſt in ſignificando ſuper complexionẽ cordis, eſt pulſus: & poſt illum anhelitus. Ergo quando pulſus non eſt magnus, neq; paruus, neq; tardus, neq; velox, neq; rarus, neque ſpiſſus, neceſſario ſignificat temperantiam complexionis cordis inter calidum, & frigidum, & ſiccum, & humidum. & talis pulſus, qualis eſt iſte, repitur in his qui naſcuntur, & ſtant in climate temperato vt plurimum: ſicut in terra Hippocratis, et in pluribus terris Græciæ: niſi eueniant accidentia extrinſeca. & propterea dicit Galenus ꝙ homines terrarum calidarum non poſſunt dare nobis temperatam complexionem. Et non eſt dicendũ, ꝙ pulſus fortis ſit naturalis: eo ꝙ in alijs, quamuis non ſint temperata, plurimum inueniatur in climatibus non temperatis: ſicut non dicendum, ꝙ color niger in homine ſit naturalis, quamuis nõ inueniatur in

Secundum.

Aethiopia etiam albus. Et temperantia anhelitus ſimiliter ſignificat ſuper temperatam complexionẽ cordis: ſaluo vt comparatio anhelitus ad cor non ſit maior debito. ꝙ ſi hoc eſſet, non ſolum eſſet tunc anhelitus temperatus, proportionando cordi ſolum, ſed eſſet adhuc maior. quia non eſt impoſſibile complexionem cordis eſſe calidam, et ꝙ pectus et pulmo ſint maiores debito, comparatione ad ipſum cor, vt faciat tunc anhelitus, qui non eſt magnus niſi propter largitatem viarum pectoris & pulmonis, & illud idem, quod facit anhelitus magnus per ſe et eo ꝙ ſi pulmo & pectus eſſent ſm comparationẽ creationis cordis, tunc pulmo & pectus multiplicarentur in caliditate cordis. Sed ſignum, quod ſignificat ſuper complexionem cordis propter diſpoſitionem aliorum membrorum, eſt vt ſit pectus mediocre inter magnitudinem & paruitatem. Et ſimiliter temperantiam ſuæ complexionis ſignificantia ſigna temperantiam complexionis hepatis, aut temperantiam cerebri, aut vtranq;. Et hoc ideo, quia in hepate, & cerebro non eſt calor, qui ſit proprius in eorũ eſſe: niſi calor partium cõſimilium, in quibus ſunt compoſita. Sed calor, cũ quo vnuſquiſq; operatur artes ſuas, eſt de neceſſitate calor, qui tranſmittitur eis à corde: & iſte calor eſt in eis ſicut forma. ſed calor, q eſt in eis proprie, eſt ſicut materia. Et quia tẽperantia rei, et perfectio ſuæ operationis non ſtat niſi propter formã, eſt neceſſarium, vt quando iſta duo membra ſunt temperata, ſit eorum temperantia propter formam ipſorum: & temperantia ſuarum formarum eſt neceſſario propter temperantiam datoris iſtarum formarum: & iſtud eſt cor. Et non eſt dicendum, ꝙ poſſibile ſit, ꝙ calor cordis qui mittitur, mittat eis caliditatem ſuperfluam: & ꝙ complexio iſtorum duorum membrorum, veniens ad eam à partibus conſimilibus hepati, & cerebro, reſiſtat calori qui prouenret à temperantia cordis, vt per iſtã contrarietatẽ reſultet in cerebro et hepate temperantia complexionis. quia talis temperantia, qualis eſt hęc, dicitur æquinoce, & non veraciter, vt faciat operationes. Item ſignificat ſuper complexionem cordis, tactus, & carnoſitas pectoris. nam ſi temperata eſt, ſignificat temperantiam complexionis cordis. Sed temperãtia carnis pro maiori parte ſequitur temperãtiam complexionis cordis: & propria caro exiſtens in hoc loco. et propter hoc caro habens temperatam complexionem cordis, non erit macilenta, nec pinguis ſuperflue. Item ſignificat ſuper temperantiam cordis temperãtia virtutum animę: ſicut ira, planicies: *mantiſeſta ea cõfidentia, & puſillanimitas, & ſimilia his. Item ſuper temperantiã cordis ſignificat compoſitio ipſius, hoc eſt in poſitione ſua, & ſua menſura, & figura. quod eſt, quia quando ſua complexio erit temperata, ſunt res prædictæ vt plurimum ſm viam naturalem. Et ſimiliter quando ſuæ operationes ſunt conuenientes ſuæ complexioni, ſignificant ſuper ſuam temperantiam. quod eſt, quia non eſt impoſſibile eſſe aliquem pulſum velocem propter ſtructurã ſuarum arteriarum, cùm non ſit hoc propter calorem ipſius: ſicut accidit hominibus pinguibus. Et vniuerſaliter difficile eſt dare ſigna ſignificantia ſuper compoſitionem membrorum intrinſecorum, et ſuper ſpecies eorum, & ſuper colligãtiam eorum. propterea reliquerũt Medici hanc ſpectem ſanitatis, & nõ ſunt locuti de ea, & proceſſerunt ſolum de ſignis complexionalibus. ſed medico non ſunt hæc minus neceſſaria illis. & propterea volumus loq de hac ſpecie breuiter, ſicut ſumus conſueti. Et dicimus ꝙ ex rebus ſignificantibus ſuper tẽperatam complexionem cordis, & ęqualem, eſt temperantia compoſitionis membrorum extrinſecorum, & maxime pectoris, & membrorum propinquorum eidem, & bona proportio cuiuslibet iſtorum membrorum ad alia. & hæc vocatur pulchritudo: quia pulchritudo magis attribuitur compoſitioni, ſicut virtus, & fortitudo magis attribuitur complexioni. Et nos nõ dicimus ꝙ temperantia compoſitionis iſtorum mẽbrorum ſignificet ſuper temperantiã cordis, niſi propterea quia virtus informatiua nõ format alia membra, niſi mediante calore cordis: ſicut virtus nutritiua nõ facit ſuas operationes, niſi mediante complexione ſua. Et tu debes ſcire

Tertium.

Quartum ſ gnum.

Quintum.

*a.l. manifeſta.

Sextum.

Septimum.

ſcire ꝙ hæc ſignificatio non conuertitur: quia poſſibile eſſet cor eſſe temperatæ complexionis, & bonæ compoſitionis, & tamẽ compoſitio aliquorum membrorum eſſet læſa. & hoc prouenit à materia. & hoc raro contingit ſicut raro contingit ex alijs rebus nociuis, quæ proueniunt ab alijs membris: * & illæ cõuertuntur, & corrumpuntur complexione cordis propter aliquam colligantiam. Sed ſigna ſignificãtia ſuper diſtemperantiam cordis in quatuor qualitatibus ſunt cõtraria iſtis. Hoc eſt, quãdo pulſus fuerit fortis, velox, aut ſpiſſus, ſignificat exceſſum caloris: niſi contingeret propter ſtructuram naturalem in vijs arteriarum: quamuis hoc raro accidat in complexione calida: propterea quia natura caloris eſt aperire & extẽdere partes, niſi forent ſiccę: eo ꝙ reſiſtit egreſſioni. Et ſi cum ſiccitate fuerit duricies tactus, ſignificat vltimitatẽ ſiccitatis. Et ſimiliter anhelitus cõtrarius naturali ſignificat ſuper idem: dummodo non ſint pectus, pulmo, aut eorũ viæ minores conpetentibus. Item ortus pilorum, et tactus calidus habẽt ſuper eandem complexionem ſignificare. Et vniuerſaliter ſcias ꝙ ad calorem cordis ſequitur calor omnium membrorum excepto ꝙ non ſit reſiſtentia accidentalis à membris habentibus dominantiam in corpore, ſicut ſunt hepar, & cerebrũ. quia poſſibile eſt, ꝙ complexio iſtorũ duorum membrorum ex parte mẽbrorum conſimilium, ex quibus ſunt compoſita, ſint frigidiora debito & tũc erit cor calidum, & cerebrũ dicetur frigidum. Sed in homine habente talem complexionem refrigerabitur in fine cor: & maxime quando dominatur frigiditas quia hoc membrum non eſt datum niſi ad temperandum caliditatem cordis. Item ſignificant ſuper caliditatem & ſiccitatem cordis accidẽtia animæ, ſicut irata ꝙ qui cito iraſcitur, habet complexionem calidam cordis: & ſi ſeruauerit, habet etiam ſiccam. Et ſimiliter ſignificat ſiccitatem cordis macies pectoris, & ſiccitas corporis. Sed complexio cordis dominans in calidi tate & humiditate ſignificatur à fortitudine cordis, & mollicie pulſus. Et ſi habuerit molliciem cum ſua fortitudine, ſignificat ſolã humiditatem. Et ſimiliter ſigna caliditatis & humiditatis cordis ſunt magnitudo pectoris, & aliorum membrorum. & ideo animalia, quæ ſunt calida & humida ſunt maioris cordis cæterorum: velut animalia naſcentia in locis humidis. Sed ſigna frigiditatis & ſiccitatis cordis ſunt compoſita ex oppoſitis ſignorum caliditatis: tamen ſeruãt ſigna ſiccitatis. Et propterea pulſus talium eſt paruus, rarus, tardus, durus: & anhelitus eorum eſt ſimilis: & tactus pectorum eorum eſt frigidus. Et ſimiliter eſt in complexione aliorum membrorum ipſorum: niſi ſit in eis reſiſtẽtia accidentalis. Et pectus iſtorum eſt nudum pilis. Et iſti ſunt in vltima timiditate. Et vniuerſaliter ipſorum iuuẽtus aſſimilatur ſm plus ſenectuti: & ſi pertinent ad ſenectutem, ſenectus eorum aſſimilatur morti.

*a.l. ꝙ illæ conuertunt, & corrũpũt complexionem cordis

De ſignis di ſemperſtiæ.

De *ſignis complexionum, & ſanitatis* Cerebri, Cap. III.

ET poſtquam locuti ſumus ſuper ſanitatẽ cordis appropriatam membris conſimilibus, & ſuper ſanitatem appropriatam membris officialibus, deinceps volumus loqui de ſignis ſignificãtibus ſuper temperantiam, & ſanitatem cerebri. Et dicemus ꝙ temperantia debet recipi in cerebro, ſicut in alijs membris: hoc eſt vt ſit appropriata ſuis membris conſimilibus, aut ſuæ compoſitioni. Et incipiemus à temperantia, et dicemus ꝙ ſignorum, quæ ſignificant ſuper tẽperatam complexionem cerebri, quædam ſumuntur ab operationibus. & operationes ipſius aut appropriatæ ſunt ſenſui cõmuni, aut imaginationi, aut cogitationi, aut memoriç, aut virtuti nutritiuç. hoc eſt, q̃d apparet ex ſuperfluitatibus, quæ egrediuntur à naribus, palato, oculis, & ſimilibus. Et quædam ſumũtur ab alijs, ſicut à tactu, & ortu capillorũ, & ab eorum forma, & ſuperfluitatibus, quæ ab ipſo egrediuntur: ita ꝙ ſi ſint temperatę in quantitate & qualitate, ſignificant ſuper temperantiam ipſius. Et ſimiliter quando operationes ſomni & vigiliarum ſunt tẽperatæ, & ꝙ ſit mediocritas inter pigritiam & velocitatem, & iudicia ſua ſint recta, & ſenſus ſint clari & boni, & tactus ſit tẽperatus, ita vt non ſit calidus, vel frigidus. Et capilli qui oriuntur, nõ ſint omnino extẽſi ſeu plani, vel tortuoſi ſeu criſpi, albi, vel nigri. Et demonſtratio ſuæ formę eſt vt ſit figura eius ſimilis figuræ cerebri temperati: & tũc ſignificatur ſuper temperantiam complexionis. & ſignificatio temperantiæ ſuæ figuræ eſt, ſicut dicit Galenus, ꝙ ſit ſicut figura ſphærica cerea leuiter ab vtraq; parte preſſa, & vt nõ ſit magnum vel paruum. Et ꝙ ſuperfluitates diſcurrentes à cerebro ſint paucæ, & competenter digeſtæ. & ſi fuerit cum hoc aliqua ſpiſſitudo, ſignum eſt ſiccitatis. & ſi fuerint multæ & digeſtæ, ſignificant ſuper caliditatem & humiditatem. & ſi cum hoc fuerint crudæ, & in quantitate multa, ſignificant ſuper frigiditatem. & ſi cũ hoc fuerint aquoſæ, ſignificant ſuper frigiditatem & humiditatem. Et dicit Hippocrates de hac complexione, ꝙ eius ſanitas eſt propinquior ægritudini ſũi ſanitati. Sed operationes cerebri calidi ſunt vigiliæ, & breuitas ſomni. Sed ſi caliditati aſſociabitur aliquãtula humiditas, tunc tales in ſomno aliquantulum augmentabũtur. & ſi ſiccitas dominabitur, dominabuntur vigiliæ. Et qui hanc habent complexionem, veloces erũt ad actiones. & actiones ſuas facient ſine diſcretione: & accipiũt ex membris ſolum ſimilitudinem, & non diuiſionem. & errores eorum ſunt multi, & cogitationes eorum malç. Et qui habent ſigna contraria iſtis, & ſunt dormitores, & pigri, & tardi intellectus, & non poſſunt recipere diuiſiones rerum, neceſſario tales frigidæ complexionis ſunt. tamen & ipſi aſſumunt prædicta res contuſe. Sed cõplexio cerebri frigida & ſicca abũdat minus in ſomno, q̃ frigida ſola. Et frigida ſola minoris eſt ſomni q̃ frigida & humida. Et tactus etiam ſignificat ſuper iſtas complexiones. Et capilli etiam habent ſignificationes: eo ꝙ capilli ſunt ex ſuperfluitate fumoſa. Quare capilli nigri ſignificant ſuper aduſtionem: eo ꝙ ignetas habet album denigrare. Et ſi cum hoc ſunt tortuoſi, ſignificãt ſuper hoc ſiccitatem: ſicut accidit eis, quando tãguntur ab igne. Et capilli albi ſignificant ſuper materiam crudam & indigeſtam. & ſi cum hoc fuerint extenſi & plani, ſignificant ſuper ſuperfluitatem humiditatis. Et eodem modo capilli, qui cito oriuntur, ſignificant ſuper caliditatem: & qui tarde, ecõtra. Et qui ſunt mediocres in colore, & tortuoſitate, & in planicie, & in ortu veloci, & tardo ſignificant ſuper complexionem temperatam. Et forma tortuoſa etiam habet ſignificare ſup malam complexionem. Et etiam caput magnum, vel paruum habet ſignificare hoc. Et iſta ſæpe inueniuntur in libris ſpicatorum. & ego non recordor omnia eorum verba, niſi quorũdam, ad hoc vt noſter intellectus non ſit diminutus in radicibus rerum. et illi, qui ſolum ſunt Medici, indigent illis: & ego non ſum ex illis. Item oculus ſignificat forti ſignificatione ſuper complexionem cerebri. quia oculus rubeus habens venas rubeas, ſignificat ſuper complexionem cerebri calidam: & ſigna contraria iſtis ſignificãt ſuper complexionem frigidam cerebri. Et velocitas motus oculorum ſignificat ſuper caliditatem cerebri, ſicut tarditas ſuper frigiditatem, &

tem,& mediocritas in iſtis ſignificat ſup temperãtiam. Et ſubalbedo oculi ſignificat frigiditatem cerebri, ſicut nigredo ſignificat caliditatẽ,& color medius inter ſubalbedinem et nigredinem,qui dicitur varius,ſignificat temperantiã. Et hoc eſt,quia ſubalbedo fit prppter paucitatẽ digeſtionis. ob hoc iſte color eſt propinquus colori aquæ ſimpliciter. Et nigredo fit propter exceſſum decoctionis. propter hoc dominatur in ipſo nigredo: quia nigredo ſignificat aduſtionem partiũ terreſtrium dominantium in re. Et quod facit varietatem, quæ eſt color mediocris, eſt vltima temperantia decoctionis. quod eſt,quia eſt minor ꝙm illa,quæ facit nigredinem:et eſt maior ꝙm illa,quæ facit ſubalbedinem. Et ſcias quòd non ſolum cauſæ qualitatiuæ faciunt nigredinem, aut ſubalbedinem:ſed & aliæ res ſunt multæ,quæ adiuuãt ad hos colores faciendos, quæ non ſunt qualitates, vel cõplexiones,ſed ſunt res quãtitatiuæ, vel locales. quod eſt,quia nigredo pluries fit propter multam quantitatem humiditatis oculi: aut quia poſita eſt in profundo multum:ſicut tu vides in rius profundis. quia propter profunditatem apparent velut nigri:eo ꝙ non recipiũt tantum ſplẽdorem,ſicut ſi eſſent largi & pauci. Et oculus ſubalbidus eſt ſm contrarium. *Et Galenus dicit ꝙ multa humiditas glacialis adiuuat ad faciendum ſubalbedinem:eo ꝙ color iſtius humoris eſt ſicut color glacici. & ideo multitudo ipſius adiuuat ad faciendũ ſubalbedinem:ſicut paucitas adiuuat ad faciendum nigredinem, & hoc eſt contrarium noſtræ opinioni: & mediocritas omnium ſignificat temperãtiam. Iſta ſunt ſigna ſignificantia ſuper complexionem cerebri. Sed ſigna ſignificantia ſuper ipſius compoſitionem ſimiliter ſumuntur à complexione, & operationibus ipſius. Et iam diximus de figura naturali,quam habere debet. & colligantia ſua apparet viſui: quia quædam capita habent collum conueniens eidem,& quædam nõ:ſicut dicit Galenus. Sed largitas, et ſtructura ſuarũ viarum, & ſuarum concauitatum ſumuntur ab ipſius complexione.quod eſt, quia viæ cerebri calidi & humidi ſunt in vltimitate largitatis:frigidi vero & ſicci ſm contrarium ipſius:& mediocres iſtarum ſignificant ſuper calidum & ſiccum,vel ſuper frigidum & humidum:& ſua temperata compoſitio cognoſcitur,quando ſuæ viæ et ſuæ concauitates ſunt in vltima temperantia. Et quando viæ & concauitates cerebri ſunt nimis ſtrictæ, tunc habens eas paratus eſt vertigini, & ſcotomiæ, & epilepſiæ,& alijs ægritudinibus ſimilibus. Itẽ, quando ſubſtantia cerebri eſt minor debita, tunc accidet intellectui corruptio intellectus,& ſtultitia,ſicut decrepitis.et vniuerſaliter,quando corrũpitur olla cerebri exterius, corrumpitur cerebrum interius.

Nigredo fit ppter multitudinẽ humiditatis oculi, vel profunditatẽ eiꝰ. Idem primo trac. Cãtic. tex. 12. et 17. de Generatione aialiũ cap. 3. in paraphraſi.

*In libro Artis paruæ. c. 27 Idẽ Aui. tertia tertij tract. 2 c. 14. Vide nota eſt contrarietas. Galenus vult paruitatem cryſtalloidis operari nigredinẽ: Auerr. vero albedinem.

De ſignis complexionum, & ſanitatis Hepatis. Cap. IIII.

DEinceps volumus loqui de ſignis ſignificantibus temperantiam,& ſanitatem hepatis. Et dicemus ꝙ quędam eorum ſignificant ſuper temperantiam ſuæ complexionis, & quędam ſuper temperantiam ſuæ cõpoſitionis. Et ego incipio à ſignis complexionis. & dico ꝙ quędam ipſorum ſumũtur ab operationibus, & quędã ſumuntur à quantitate venarum, & à tactu. Et ſcias ꝙ hepar temperatum generat ſanguinem purpureum, & dat colorem albedinis miſtũ cum rubedine. & corpus debet eſſe medium inter macię, & graſſitiem: & venæ debent eſſe mediocres inter largitatem, & ſtructuram. Sed complexio calida hepatis cognoſcitur per hoc,quod generat multam choleram rubeam, & maxime in ætate iuuentutis: & color talium declinat ad citrinitatem. & ideo cùm augmentatur calor,& ſiccitas multum,generatur cholera aduſta, & tũc declinabit color ad fuſcedinem. & quibuſdã denigrantur palpebræ inferiores oculorum, & labia etiãm inferiora. Sed hepar frigidum cognoſcitur, quia generat multum phlegma,& ſanguinem crudum. & aliquãdo ex fortitudine albedinis cõuertitur in calcem. & ſi cum hoc coniungitur ſiccitas, tunc generabitur cholera nigra non naturalis. Et complexio humida hepatis cognoſcitur à multa præparatione putrefactionis, & dominatione humiditatis,& ſanguinis. & ſi multum,excedit tranſit ad hypoſarcam. Item venę largę ſignificãt ſuper hepatis caliditatem: & magis, ſi cum hoc adiũgũtur humiditas. & ſtrictæ ſignificant contrarium. in calido vero & ſicco hepate eſt mediocris. Item ſignificat piloſitas ſuper complexionem hepatis. quod eſt,quando hypocundria ſunt multum piloſa, caliditatẽ ſignificant. Adhuc diuerſificatur hæc ſignificatio ſecundum diuerſitatem pilorum. quia,ſi ſunt groſſi,tortuoſi,& nigri,ſignificant ſuper caliditatem et ſiccitatem: & ſi ſunt ſubtiles,& plani, ſignificant ſuper humiditatem. Et ſi vẽter ſit nudus pilis,ſignificat frigiditatem: & ſi ſit mollis venter,ſignificat humiditatem: & ſi ſit durus,ſignificat ſuper ſiccitatem. Et ſigna ſignificantia ſup ſuam compoſitionem ſimiliter ſumuntur à complexione, & operationibus. quia quando erunt temperatæ, erit hepar temperatũ in figura,& poſitione, & quantitate magnitudinis & paruitatis, & ſtructura, & largitate venarum. & complexio calida & humida ſignificat fortitudinem hepatis, & largitatem venarum: ſicut frigiditas & ſiccitas ſignificat contrarium: et mediocritas eorum ſignificat mediocritatem inter calidam & humidam, frigidam & ſiccam. Et debes ſcire ꝙ complexiones ſignificantes ſuper complexiones iſtorum membrorum ſunt complexiones innatæ,quæ fiunt à prima eſſentia. Et hoc dico,quia inueniuntur complexiones acquiſitę calidæ & frigidæ à cõſuetudine,& vniuerſaliter à rebus extrinſecis. Et ſimile eſt hunc,quia inuenitur aliquis habens colorem ſignificãtem ſuper frigiditatem, & ſigna ſignificantia complexionem ſui hepatis ſignificabunt caliditatem, hoc eſt, quia habebit venas latas, tunc debemus iudicare ꝙ complexio ſua naturalis eſt diuerſa ab accidentali. & quando erit contrarium, debemus iudicare contrarium: hoc eſt,quia complexio ſui hepatis erit frigida & ſicca, & habitudo ſua erit groſſa & pinguis,& groſſities ſignificat caliditatẽ & humiditatem, & ſtructura venarum frigiditatem & ſiccitatem. Sed ſignificatio compoſitionis ſumpta ab operationibus eſt hæc: quia hepati illius, qui habet venas ſtrictas, euenit oppilatio,ipſo non vtente cibis oppilatiuis. Item quando hepar erit paruum comparatum ſtomacho,& non ſuperuenerit aliquod accidens,neceſſarium erit vt habeat mollem ventrem, nam hæc eſt perfecta ſignificatio ſuper paruitatem hepatis. quod eſt, quia quando hepar eſt paruum,non poteſt attrahere chylum à ſtomacho,& tunc oportet vt exeant ſuperfluitates molles. Et homo,quem tu ſcis,dicit ꝙ breuitas digitorum ſignificat paruitatem hepatis. & hic apparet ꝙ neſciuit bene, vbi eſſet virtus informatiua, & non conſyderauit niſi in materiebus,& dimittamus iſtum cum alijs. Dicit Ariſtoteles, quòd hepar in quibuſdam hominibus inuenitur in latere ſiniſtro, & ſplen in latere dextro: & quando ſuperuenerunt illis ægritudines hepatis, apparent ſigna in latere ſiniſtro. Iſta ſunt ſigna ſignificantia ſuper complexionem, & ſanitatem membrorum principalium.

Secunda primi Doctrina. c. primo, & 14. term. tract. cap. 30. Prio de Natura aialium cap. 8.

De ſignis

De ſignis complexionum, & ſanitatis Pulmonis. Cap. V.

DEinceps volumus loqui de ſignis ſignificantibus ſuper complexionem, & ſanitatem membrorum ſeruientium illis. Et incipiemus à pulmone. & dicemus ꝙ complexio pulmonis erit temperata tunc, quando erit anhelitus temperatus in magnitudine & paruitate,& non recipiet læſionem ab aere calido aut frigido: & vox fit tẽperata inter fortitudinem & debilitatem. Sed quando pulmo erit calidus, anhelitus erit magnus, & lædetur ab aere calido, et iuuabitur à frigido. & habens talem pulmonem habebit vocem fortem: & contrarium operabitur contrarium. Et pulmo ſiccus cognoſcit ex parte vocis claritatis,& ex paruitate ſputi. Et pulmo humidus contraria habet ſigna pulmoni ſicco,ſ. groſſitudinem vocis,& ſputi multitudinem. Sed compoſitio habetur à complexione,& operationibus ſimiliter: eo ꝙ complexio temperata de neceſſitate habet compoſitionem temperatam,ſ. inter paruitatem & magnitudinem,& inter amplitudinẽ & ſtructuram viarum: & quando erit calida, erunt viæ largę. Et latitudo pectoris ſignificat ſup latitudinẽ viarum: ſicut dictum eſt in alijs. quia dimidius ꝙ fortitudo vocis ſequitur largitatem viarum: & largitas ſignificat caliditatem complexionis. & cauſa eſt, quia fortitudo vocis neceſſario ſignificat caliditatem. Sed complexio frigida ſignificat ſtructuram viarum, & debilitatẽ & maxime ſi huic cõiungatur ſiccitas. Velocitas vero anhelitus ſignificat paruitatem pulmonis, & ſtructurã ſuarum viarum, niſi complexio cordis ſit in cauſa. Pectus autem ſputoſum ſignificat malam pulmonis poſitionem. & propterea dicunt Medici, ꝙ plurimi talium veniunt ad vlcerationem pulmonis, & ad hecticam.

De ſignis complexionum, & ſanitatis Stomachi. Cap. VI.

DEinceps volumus loqui de ſignis ſignificantibus ſup complexionem ſtomachi. Et dicimus ꝙ ipſa cognoſcitur à ſuis opationibus: eo ꝙ ſtomacho temperato conuenit maior ciborum pars, niſi nimis modum excedant naturæ. & non accidũt eidem accidentia, quæ eueniunt ſtomacho diſtemperato: & ſuus appetitus eſt naturalis. Et in ſtomacho calido ſubtiles cibi conuertuntur in fumum, & eidem groſſi conueniunt, & ſuus appetitus eſt diminutus. Sed in ſtomacho frigido ſigna ſunt contraria prædictis: eo ga ei conueniunt cibaria ſubtilia, & groſſa in acetoſitatem conuertuntur in eo, & eius appetitus eſt excedẽs. Et ſtomachus ſiccus cognoſcitur propter multã ſitim, & eidem paucus ſufficit potus: et quando nimiũ recipit potum, & tunc in eo fiunt fluctuationes. Sed humidus ſignificaſ à pauca ſiti: & deſyderat talis ſtomachus humida, ſicut ſtomachus ſiccus deſyderat res ſiccas. & hoc eſt, quando humiditas, & ſiccitas ineſt per naturam. ſed ſi ineſt accidentaliter, hoc fit per contrarium: eo ꝙ qui habet ſtomachum ſiccũ, appetit humida: & qui habet humidum, appetit ſicca. Sed æqualis ſtomachus in paruitate & magnitudine cognoſcitur, eo ꝙ tolerat quantitatem cibi conuenientis. & ſi paruus fuerit, noſcitur ex tolerãtia pauci cibi: & ſi partitur cibus in paucas partes, melius tolerat. Et ſtomachus magnus tolerat cõtrariũ.

De ſignis complexionum, & ſanitatis Teſticulorum. Cap. VII.

SIgna temperãtiæ, & ſanitatis teſticulorum ſumuntur ab operationibus ipſorum, & ab accidẽtibus: Et dicimus ꝙ qui eſt tẽperatus in coitu, naturaliter habet temperãtiam complexionis teſticulorum. Et ſi multum affectat, naturaliter habet calidam complexionem teſticulorum. Et ſi cum hoc deſyderio coniungitur ſufficientia in faciendo, ſignificat humiditatem coniunctam iſti cauſalitati. Et quidam dicunt ꝙ quando complexio teſticulorum eſt calida, ꝙ tunc eſt generatrix maſculorum plus ꝙm fœminarum. & quando complexio iſtorum eſt frigida, tunc operatur contrarium. ſ. quia piger erit in coitu, & generabit filias. ſi cum frigiditate coniungatur ſiccitas, quaſi priuatur ab hac operatione. Sed qui appetitum habet magnum, & debilis exiſtit in tali operatione, eius complexio ad ſiccitatem pertinere videtur. Sed ſignificatio cõplexionis horum membrorum ex parte accidentiũ apparentium in ſpermate eſt, quia in temperata complexione ipſorum eſt ſperma temperatum in quãtitate, & qualitate. Sed ſi teſticuli ſunt calidiores debito, erit ſperma plus in quantitate, & ſpiſſius conuenienti. Et quãdo complexio eorum erit frigida, erit cõtrarium huius: hoc eſt quia ſperma erit paucum, & non coctum. Et humiditas magis cõuenit huic operationi ꝙm ſiccitas. Et pili etiam ſignificant ſuper complexionem horum membrorum, ſm ꝙ ſignificãt ſuper alias cõplexiones, vt dictũ eſt ſupra.

De ſignis complexionum, & ſanitatis totius Corporis. Cap. VIII.

ISta ſunt ſigna ſignificantia ſuper complexionem vniuſcuiuſq; membrorum principalũ, & ſeruientium eis. Et cognoſcendo iſta, & comparationem vnius ad alterum faciẽdo, cognoſcemus totius corporis complexionem temperatam & diſtemperatam. Eo ꝙ corpus, cuius complexio erit temperata, erit de neceſſitate mediocre inter maciem & graſſitiem. & color erit albus mixtus rubedini. & capilli eorum ſunt flaui tendentes ad rubedinem in tempore ſuæ pueritiæ: & cùm ſunt facti iuuenes erunt capilli eorum nigri. & tactus temperatus inter caliditatem & frigiditatẽ, et inter aſperitatem & lenitatem. & ſenſus corũ erit in vltimo temperãtiæ. & intellectus eorum mediocris inter velocem & tardum. & hæc eſt via cognoſcendi complexionem temperatam. Sed complexionem, quæ exit à temperantia, iudicabimus ſm multitudinem ſignorum. quia illa iudicabuntur ex aggregatione iſtorum ſignorum, hoc eſt ab accidentibus, et operationibus, ſicut à graſſitie & macie, & à colore, pilis, & alijs ſimilibus. Sed eſt ſciendum, ꝙ ſignificatio coloris pilorũ non verificatur pro maiori parte niſi in temperatis climatibus: quamuis in quolibet climate poſſit aliquid comprehendi, comparãdo homines illius climatis ſibiꝑſis. Verbi gratia in Theutonicis, & Aethiopibus, qñ Aethiopes ſunt nigri, & eorum capilli ſunt in tortuoſitate vltima, nõ propter hoc eorum cõplexio erit calida: imo melius eſt attribuere hæc ſigna calori extrinſeco, & dices quaſi ꝙ ſint frigidi. Et Theutonici, & Sclaui, qui ſtant in terris frigidis ſunt albi, & eorum capilli ſunt flaui, & plani. nec propter hoc dicendum eſt in in iſtis, vt eorum complexio ſit frigida. quod eſt, quia eorum cõplexio eſt in vltima caliditate. quia calor claudit in partibus intrinſecis eorum corporum, ſicut accidit in hyeme. & hoc ſufficit in ſignis ſanitatis ſm intentionem noſtram.

De ſignis ſignificantibus ſuper Aegritudines in generali. Cap. IX.

DEinceps volumus loqui de ſignis ſignificantibus ſuper ægritudines. Et rememoreris ſemper eorum, quæ ſuperius diximus: hoc eſt, quia intẽtio mea in hoc libro nõ eſt vt multũ loquar de rebus particularibus.

particularibus. qa iste liber non fuit factus pro illo, qui est solum medicus: sed vt nō inueniatur diminutus in radicibus scientiæ, secutus sum etiam de ipsis. Et si inuenis hic illud, quod inuenis in alȝ libris, non ob hoc ipsum despicias: qa plures cribrat homo modiū vnum sabuli ad hoc, vt inueniat vnam margaritam. Dicemus ꝙ signa significantia super ægritudinem sunt generа, quorum quædam sumuntur ab accidentibus, quę accidunt post diminutionem humorum in corpore: & quædam sumūtur à complexione corporis ab eius prę paratione ad suscipiendas ægritudines: & quædam sumuntur à regimine antecedenti. Et quatuor tempora anni dant prognosticationem in ægritudinibus futuris similiter: & maxime permutationes, quę fiunt in eis præter naturam. Et ista signa diuersificantur ſm fortitudinem & debilitatē. & ego volo ipsa narrare per ordinem. Iam dixi in his quæ præcesserunt, ꝙ quando quantitas sanguinis crescit in corpore, ita ꝙ nocet in quantitate solum, in eo ꝙ quātitas est ſm dimēsionem, hæc est nominata repletio ſm vasa. & quando crescit cum malitia qualitatis vt acuatur, aut vt pinutetur ad qualitatem illius, s. vnius aliorum humorum aut plurium, hæc nominatur repletio ſm virtutē: eo ꝙ hæc repletio habet euacuare vel euaporare, & dissoluere, & debilitare virtutem. quod est propter malitiam suæ qualitatis. Et propterea hoc sequitur casus appetitus, & difficultas motus. Et vniuersaliter propter hoc debilitātur, & læduntur omnes operationes animales, & naturales: quod non accidit primæ repletioni. Et signa primæ repletionis sunt signa dominȝ sanguinis solum. et signa secundæ repletionis sunt signa dnȝ vnius trium humorum, aut plurium. Et propterea debemus enumerare signa significantia super excessum vniuscuiusque humorum istorum: & cognoscendo simplicia, cognoscemus composita.

De signis abundantiæ Sanguinis. Cap. X.

ET incipiemus à signis significantibus multitudinem sanguinis, & ab accidentibus, quæ eueniunt corpori pp illud. Et dicemus ꝙ hoc significat fortitudo pulsus, & repletio vasorū: siue sint venæ, siue arterię: & grauitas capitis, et oculorū, et impedimēta virtutum aię, et sensuū. Et vniuersaliter mala dispositio, quæ aduenit corpori hæc patiēti, assimilat malæ dispositioni lassitudinis, quæ puenit ex labore extrinseco cū rubedine oculorū, et calore actuali in toto corpore: nisi homo habuerit exercitium in aere calido, & somnum profundū, & somnia terribilia, & videntia res rubeas. sicut dicit Galenus de illo, qui somniabat balneari in dolio pleno sanguine: quia signa sanguinis in eo erant manifesta. & Galenus præcepit vt phlebotomaret: sed Medici, qui erāt de secta Erasistrati, præceperūt ne phlebotomaretur, & iniunxerunt ei exercitium. & quando facere corpit, humores dissoluti discurrerūt per corpus, & mortuus fuit. Itē in hora repletionis sanguinis fluit aliquando sanguis ex naribus, aut gingiuis. Et Arist. dicit ꝙ sanguis corruptus fluit a naribus, & ano, & pustulæ quæ sunt in corpore, & vrina spissa, & dulcedo saliuæ, & omnia hæc significant superabundantiā sanguinis. Et qui vsus est phlebotomia, sentit pruritū in loco phlebotomando. propterea sumūtur signa dominȝ sanguinis à complexione, & regimine ciborum, & potuum, & similium, & ab ætate, & tempore annitamen hæc signa necessario significant abundantiam sanguinis. quod est, quia aliquando complexio generat sanguinem: & si tempus, & ætas adiuuent, aut non. Et similiter hoc facit regimen absentibus omnibus alȝs. & si regimen fortius erit in omnibus istis causis, tunc erūt signa significantia dominium sanguinis accidentia, quæ hic sequuntur.

De signis Choleræ dominantis. Cap. XI.

SEd signa significantia dominiū cholerę sunt velocitas pulsus, & disruptio ipsius, & vrina subtilis ignea, & vomitus cholericus, & egestiones mordicatiuæ, & amaritudo oris, sitis fortis, & siccitas linguæ cum asperitate, & citrinitas coloris, & oculorum: sicut accidit in vicio icterici. Et si his coniungitur tempus æstiuum, & ætas iuuentutis, & dieta calida & sicca, & multum exercitium, sicut artium calefacientium, vt sunt ferrarȝ, & eorum similes: & tunc debemus sine dubio iudicare quòd iste humor dominatur multum in corpore.

De signis dominȝ Melancholiæ. Cap. XII.

ET signa, quæ significant dominium melācholię, sunt nigredo vrinæ, aut rubedo declinans ad obscuritatem, aut ad viriditatem. Et aliqñ hoc sequitur incēdium in stomacho, & habet appetitū caninum & nigredinem coloris, & maxime sub palpebra oculi. & sanguis phlebotomatus est niger, & multū coagulatus. & mator pars talia patientium est splenetica. Et si particularia signa iungantur istis, sine dubio iudicabimus ꝙ multum dominabitur in corpore humor talis. Et complexio, quæ magis apta est ad generandum hunc humorem, est complexio frigida & sicca, aut calida & sicca. & ꝓpterea raro inuenitur iste humor in corporibus albis & pinguibus. Et morphea nigra est signum fortissimum istius humoris: & etiam variolæ nigræ, seu morbilli.

De signis dominȝ Phlegmatis. Cap. XIII.

ET signum dominȝ phlegmatis sunt vrina alba, & vt color corporis sit albus, & pulsus parvus & rarus, & qualitas totius corporis, & pigritia, & somnus, & tarditas digestionis, pauca litis cū multo sputo viscoso. Et si cum his iunguntur res particulares, erit sicut dictum est ante: velut est ætas senectutis, & tempus hyemis, & regimē multæ quietis, & cibaria frigida & humida, & superfluitas comestiōis. Et somnia similiter significant super dominium istorum humorum. quoniam ille, cui superabundat cholera, somniat videre adustionem ignis: & cui sanguis abundat, somniat videre res rubeas: & cui melancholia, videntur in suis somnijs ea, quæ ipsum terrere faciunt. & qui videt dormiēdo maria, & pluuias, & sentit aerem frigidum, vel aquam frigidam, omnia ista significant abundantiam phlegmatis. Ista sunt significantia super dominium vniuscuiusq; humorū, & vniuersaliter super ęgritudines, quæ accidunt propter hos humores. Sed lassitudo, quæ prouenit absq; occasione manifesta antecedente, sit necessario propter dominium istorum humorum, aut plurium. sed lassitudo theta yca, & apostemosa fit ab abundantia sanguinis. sed vlcerosa est ex malicia qualitatis,

De signis prognosticis Aegritudinum futurarum per aerem, & tempora. Cap. XIIII.

ET postquam locuti sumus de signis significantibus super dominium humorum, deinceps volumus loqui de dispositionibus, quæ fiunt ab aliqua permutatione extra naturali: sicut illæ, quæ fiunt ex aere, quæ significāt ægritudines futuras. Et via, qua possumus cognoscere has permutationes est experientia: sed scire ipsas per viam demōstratiuam est difficile, aut

aut impossibile. & propterea in hoc sunt reciplenda testimonia Antiquorum, & memorari eorum breuiter, quæ dixerunt: & postea conabimur dare causas. Dixit Hippo. ꝙ qñ fuerit hyems septētrionalis & inaquosa, & ver fuerit meridionale & aquosum, sequuntur ex hoc in æstate febres acutæ, ophthalmiæ, & dysenteriæ: maxime vero mulieribus, & humidis natura. Et huius causa est quia si hyems fuerit sicca, generabit humores siccos. & generaliter humores adusti, qui facti fuerūt in autumno, non conuertentur simili tempore huic ad frigiditatem & humiditatē, sed remanebunt ſm medietatem illius, quod superuenit ei in autumno: & postea veniente vere calido & humido, aggregabūtur in corpore humores contrarij adinuicem. veniente postea calore æstiuo, putrefaciet ipsos humores propter humiditatem accidentalem, quam habebunt: & propter actū ipsorū erit calor putredinalis, qui generabitur, nociuior, & acutior. Vnde tunc propter hāc malicią complexionis fient febres acutæ, & accidet fluxus ventris sanguineus, & ophthalmia. Et hoc accidet plus complexionibus humidis: quia sunt aptæ citius permutari propter talē aeris dispositionē. Et Hippo. adaptat siccitatē vere to septentrionali, et humiditatē meridionali: eo ꝙ natura istorum duorum vētorum est has duas facere dispositiones. & causam istorum ostendā in loco nobiliori isto. Item Hippo, dicit. si in codē anno post ortum canis culæ fient pluuiæ frigidæ, & venti flauerint septētrionales, tunc fient ægritudines terminabiles, & quietæ. & hoc erit ꝓpter temperantią aeris calidi: quia pluuia aerem refrigerat. et similiter facit septentrio, quāuis sit siccus. et manifestum est ꝙ frigidus aer putrefactionem diminuit. Et vniuersaliter scias ꝙ causa ægritudinum, quas Hippo. his temporibus fieri dicit, est propter permutationem naturæ aeris. quod est, quia non fuit ordinata diuersitas naturæ tēporum, nisi vt humores digerantur, & temperentur. quia humiditas hyemis temperat siccitatem autūni, & caliditas æstatis temperat hyemis frigiditatem. Sed qñ hyems fuerit sicca, tunc remanebunt humores, sicut fuerāt prius, & humiditas veris eos non tēperabit: eo ꝙ ipsa erit humoribus his extranea: quæ oēs non aduenient tempore competēti. & ob hoc, qñ superuenerit eis calor æstiuus sine medio, tunc istæ ægritudines generabuntur. Sed si hyems fuerit humida, & superuenerit calor æstiuus eidem cum medio, & istud mediū est calor veris temperatus, & tunc nō veniet tempus caloris antequam ipsa humiditas sit consumpta, & corpora receperint defensionem, vt ꝓpter calorem non perniutentur. Et vniuersaliter scias ꝙ quatuor tempora sunt cū quatuor humoribus, sicut cū quatuor elemētis. quia si tępora resistunt, vt vnum elementum aliud non vincat, vel superet, sic resistunt vt vnus humor alium non vincat. quia nisi esset comparatio, quā habet tempus cum quolibet humore, vnus humor à suo contrario corrūperetur. Item Hippo. qñ hyems fuerit calida meridionalis & pluuiosa, & ver septētrionale in aquosum, fient fluxus sanguinis, et ophthalmię ficę, & senibus reumata, epilepsię, & paralysis, & apoplexiæ, & prægnantes abortiunt. Et causa huius est, vt in tali dispositione ipsæ ęgritudines fiant: ga cerebrum in tali dispositione superflue humectatur: veniente vero vere frigido, cū sui natura habeat humores dissolutos mouere, tunc frigiditas resistet suæ complexioni naturali, & tunc humores à frigiditate compressi distillabuntur. & ob hoc istæ ægritudines mouebunt. Et si hyemis dispositio erit similis dispositioni veris prædictæ, aptius, & citius ęgritudines istę fient: quia humores tūc temporis erunt congelati & immobiles, & ipsi tñ non

Tertia Aphorismorū aphorismi. 11.

Tertia Aphorismorū aphorismi. 12.

Tertia Aphorismorū. 13.

* a. f. phthisici.

Tertia Aphorismorū. 14.

Tertia Aphorismorū. 16.

In Cranone secūdo Epidē. vel Thalē. vt inter. tio eiusdem.

sunt penitus denudati ab humiditate naturali. Et fluxum sanguinis hic intendit Hippocrates propter vlcerationem intestinorum, quę fit propter reumata acuta, quæ fiunt ab hac permutatione. Et mulieres non abortiunt isto tempore, nisi quia vultæ ipsarū tali tempore nimis humefiunt, & debilitat, quę in eis est virtus retentiua. & poterit esse vt etiam hac permutatione embryo lædatur, eo ꝙ propter humiditem debilitatur. Et dixit Hippo. quando ęstas erit parum pluuiosa, & autūnus calidus multum meridionalis & pluuiosus, tunc erūt hyeme fortes dolores capitis, tusses & rauedines, & in aliquibus fiet phthisis. Et causa huius est manifesta: eo ꝙ in tali autūno replentur capita multis superfluitatibus: & cùm superuenerit hyems, comprimet cerebrum, & stillabunt ab eo superfluitates, nec poterit digeri: & ob hoc istæ ęgritudines fient. nam si remanebūt in capite, facient dolorem prædictum: et si fluxerint ab eo, facient ægritudines supradictas: & si fluxerit ad pulmonem, fient * tusses. Adhuc dixit ꝙ, si fuerit autumnus septentrionalis & siccus, fiet in complexionibus siccis ophthalmia sicca, febres acutę, & cardiaca melancolia. quia manifestum est, ꝙ quando istud tempus in siccitate fortificatur, faciet ægritudines melancholicas. & febres hæ dictæ sunt ex humore melācholico: quamuis humor ille non sit velocis motus. Item dixit ꝙ ęgritudines, quæ fiunt tempore multum pluuioso, pro maiori parte sunt febres longæ, & fluxus ventris, & epilepsia, & apoplexia: & synanchia. Et dixit Hippocrates, ꝙ paucitas pluuiæ salubrior est corporibus. & causa est, quia superfluus humiditatibus calor naturalis non bene dominatur. Et non est intelligendam ab Hippocrate, vt laudet aerem siccum ex toto: quia aer nimis siccus inducit ægritudines eisdē similes. Et propterea dicit alibi, ꝙ quando est priuatio pluuiæ, fiunt febres acutæ: quia aer temperatus ſm Hippocratem est mediocris inter multam & paucam pluuiā. Et tu debes scire ꝙ aer distemperatus in vna qualitatum, distemperantia superflua generat ægritudines eisdem similes. Sed aer pestilentialis fit corruptione suæ substantiæ. Et hoc accidit sæpe propter multam pluuiam tempore æstiuo: sicut dicit Hippo. ꝙ accidit in ciuitate Acarō: quia tota æstate fuit fortis pluuia: & propterea accidit habitantibus malus pruritus, & pustulę malitiosæ: ita ꝙ aliquibus cadebāt brachia, & pedes. Item corrūpitur substantia aeris ex vaporibus corruptis mixtis cum eo, sicut à vaporibus resolutis à cadaueribus, & à stagnis, quibus linū maceratur. Et similiter fiunt ægritudines pestilentiales à corruptione aquæ, & ciborū, sicut accidit tępore famis. Itē ægritudines pestilentiales, quæ fiunt à corruptione aeris, citius sunt ęgritudines mortiferæ: quia aer putrefactus, vel corruptus velocius attingit cor. & propterea accidentia illarū febrium sunt mala propter malitiā anhelitus, quæ hoc operatur. & non apparet in illis febribus fortitudo, nec sentitur in eis magna læsio manifestę, eo ꝙ mala cōplexio dominat in illis cōmuniter in oibus virtutibus corporis: sed illud, quod tacit læsionem manifestā sensibilem, est mala cōplexio particularis vel diuersa. & scias ꝙ non omnis homo ęgrotat propter ꝓmutationem aeris: sed illi, qui ad hoc apti sunt. Et quādo tempora anni sequentur eorū naturam, quasi nō erunt causæ ægritudinum, quāuis nos videamus contrariū. quia ægritudines, quædam sunt magis propriæ vni tępori ꝙ alteri, sicut sunt ægritudines, quę fiunt ex humore simili illi tępori: quia sanguineę in vere, cholericę in æstate, melācholicę in autūno, phlegmaticę in hyeme: quāuis in vere per accidēs fiant ægritudines melācholicæ. & hoc accidit pp motū humorum, &

eorum dissolutionẽ,et ebullitionem:quia in his tempo
ribus aduenient partibus oium similia accidẽtia, quæ
aduenient humiditatibus terræ nascentiũ. Quod di-
ctũ est de signis significantibus ægritudines ex parte ae
ris, sufficiat cõpendiose ſm nostrã intẽtionẽ loquẽdo.
Sed inueniunt ęgritudines paruę, velut accidẽtia signi-
ficantia super ægritudines magnas futuras: & nos dice
mus de aliquibus earũ hic, & postea dicemus de signis
significantibus super easdem ægritudines, & earũ cau-
sas: qa multũ necessariũ est in hac arte. Et non expectes,
vt dicam tibi res nouas, quę nõ sunt dictæ ab Antiqs.

De signis prognosticis Aegritudinum futurarum per ægritudines paruas. Cap. XV.

ET dixerunt quidam q̃ dolor capitis fixus, qui in
Arabico nominatur soda, & hemicrania, quę in
Arabico nominatur sethica, perseuerans denun
tiat decursum aquæ ad oculũ in fine, aut dilatationem
pupillæ, quæ in Arabico nominatur azabar. Et saltus
factei nominatur hachala: tortura vero nominatur la-
chora. & spasmus nominatur tasnec: & priuatio mo-
tus nominatur cadar: paralysis vero felee. Saltus fa-
ciei perseuerans multum denunciat torturam oris. sal-
tus vero totius corporis significat spasmũ humidum.
priuatio motus significat paralysim. Rubedo faciei,
oculorum, & venarum, quæ sunt in eis, cum fluxu la-
chrymarum, et tuga à lumine cum forti dolore capitis,
denunciãt apostema calidum in cerebro. Incubus (the
bus dicitur jet vertigo (hahasia nominatur) perseuerãs
denũciant epilepsiam. epilepsia vero vocatur chissiõ.
Tristitia pseuerans sine causa denuntiat melãcholiam.
Apparitio corpusculorum, velut muscarum et capillo
rum ante oculos denuntiat decursum aquæ ad oculos:
nihil hoc accidens à stomacho proueniat. Reumata con
tinua sine interpolatione faciunt timorem phthisis. Su
dor multus perseuerans significat repletionem. Fo-
tus syncopis crebra sine manifesta occasione perseuerãs
diu, mortẽ subitam nunciat. Repletionem superfluam
habentes timemus ne ad sputum deueniant sanguinis,
qui in Arabico nominatur vestadam: & etiam est si-
gnum apoplexiæ, & subitæ mortis. Et stupefactio sen-
suum, & relaxatio motuum significãt apoplexiã. Gra
uitas lateris dextri circa hypocundria ægritudinem he
patis significat. Stercus multum tinctum timorẽ ægri-
tudinis icteritiæ significat. Squalliditas faciei, & tumor
palpebrarum, & digitorum, manuum, & pedum futu-
ram hyposarcam significãt. Fœtor stercoris significat
super nauseam, quæ in Arabico nominatur tacura.
Vrinæ fœtor putrefactionem, & febrem nuntiat. Lassi
tas, & mẽbrorum contractio sine causa manifesta cum
casu appetitus febrem denuntiat. Vrina ulliua perseue
rans vlcerationem in vesica & virga significat. Priua-
tio appetitus cum syncope colicam significat. Gra-
uitas & extensio, quæ est sub ventre & in renibus, signi
ficat super ægritudinem renum. Stercus adustum in ori
ficio ani vlcerationem intestinorum significat. Prurí-
tus in ano perseuerãs hemorrhoidas denuntiat, nisi in
intestinis sint vermes nati. Multæ pustulæ in corpore
apostema magnum significant. Multa noda apparen-
tia faciunt timere de nodo magno nominato dubellet.
Morphea, & fortis rubedo faciei, et strictura anhelitus,
et vocis læsio lepram significat. Et vniuersaliter dico,
q̃ quando permutatur aliquid ex consuetis, significat
futuram ægritudinem: sicut est appetitus superfluus,
aut diminutus, aut augmentum, vel diminutio in su-
perfluitatibus, vel multus somnus, vel paucus, vel alia
accidentia præter ista.

Scãa Apho
rismor apho
rismo.

Quies post
constrictionẽ dilatationis est cog
nitionis qua
post dilata
tionem.

De Pulsu, & Vrina in generali. Cap. XVI.

ET postquã locuti sumus de hoc genere signorum
sufficienter, volumus nunc loqui de signis ipsa-
rum ægritudinũ, quæ significãt necessario vnam
trium rerum, videlicet aut super quiditatem ægritudi-
num, aut super causas ipsarum, aut super mẽbrum, in
quo est ægritudo. Et multoties significat super hęc tria,
quẽadmodum de signis ægritudinũ, quæ sunt in mem-
bris interioribus. Sed ægritudines apparentes in super-
ficie corporis non indigent signis, nisi significantibus
causas ipsarũ, ob hoc, quia illæ patent sensui visus. Et
vniuersaliter scias q̃ signa non sunt aliud, nisi illud qd̃
apparet in actionibus, & passionibus aialibus, & natu
ralibu, cum accidentibus quæ proueniunt ab eis. pro-
pterea quia inueniuntur duo genera signorum cõmu-
nicantium pluribus ęgritudinibus. Et debemus primo
tractare de eis, & postea narrabimus signa vniuscuius-
que ægritudinis propria. Et ista duo genera signorum
sunt pulsus, & vrina. & significatio pulsus sumitur à
cõcantia omnium membrorum cũ corde. sed vrina su
mitur à mensura digestionis in hepate, & venis. & pro
pterea significatio ipsius non est pauca in significãdo
ægritudines mẽbrorum virtutis nutritiuæ. Et incipien-
dum est à pulsu: quia eius est cognitio melior.

De Pulsu, et de generibus, et ſpẽbus eius. Ca. XVII.

ET dicimus, q̃ pulsus est cõpositus ex duobus mo
tibus, hoc est motu dilatationis & motu constri-
ctionis, & ex duabus quietibus, quæ sunt inter
duos motus, sicut declaratum est. quia inter quoslibet
duos motus necessario sunt duæ quietes. & etiã quia sa
pientes huius artis dicũt q̃ ipsi cõprehendũt has duas
quietes: & maxime quietẽ, quę est post constrictionem:
quia quies, quæ est post dilatationem, est manifesta et il
li, qui non est perfectus. propterea accidentia, quæ essen
tialiter hoc comitantur, cõtinẽtur vna statarum, hoc est
aut in motibus, aut in quietibus. Et propterea apparet
q̃ prima genera pulsuum sunt septem. Vnũ est, quod
sumitur à quãtitate dilatationis. Secundum sumitur à
quantitate tẽporis motus. Tertium à quantitate virtu-
tis mouentis. Quartum à tẽpore quietis. Quintũ à pro-
portione duorum motuũ, & duarum quietũ. Sextum
à permutatione pulsus, & sua assimilatione suæ tempe-
riei. Septimum ab ordinatione motus & quietis, & in-
ordinatione. Sed tria sunt genera, quæ cõsueuerunt iun
gere Medici istis septẽ. Vnum est, quod sumitur ab arte
rys. Secundũ à qualitate ipsius arterię. Tertiũ sumitur à
dispositione substãtiæ arterię. Sed ista tria nõ sunt pro-
pria in pulsu, inquantũ est pulsus: quia pulsus, inquan
tum est pulsus, non stat nisi per motũ, & quietẽ. Et pri-
mo volumus narrare spẽs, quę cõtinent sub vnoquoq̃
genere, et postea dicemus causas vniuscuiusq̃ generis,
et spẽi. quod est, quia q̃n nos cognouerimus eorũ cau-
sas efficiẽtes, tũc poterimus sumere plura signa ęgritudi
num: eo q̃ ipsę eædẽ sunt causæ diuersitatis pulsuum.
Et propterea q̃n inuenietur genus, aut species propriæ
causę, tunc erit signũ fixum super istud genus, aut spe-
ciem ægritudinis. Et pulsus, qui fuerit plurium causa-
rum, nõ significat super illam ęgritudinem solũ ipsam
efficientẽ, nisi secum alia significatio adiungatur. Et
deinceps volumus incipere narrare species pulsuũ, &
subsequenter eorũ causas assignare. quia cũ sciuerimus
eorum causas efficientes, tũc possibile erit q̃ ponemus
eas signa super ægritudines: eo q̃ ipsæ eædẽ sunt causæ
efficientes earundem. Et ideo q̃n erunt ex eis genus, vel
species proprię causę, tunc erit signũ continuũ super in
uentionẽ illius speciei ęgritudinis, vel generis. et q̃n erit
et plus

el plus vna causa, non significabit super ægritudinem
agentem, nisi q̃n cum eo fuerit significatio alia. Verbi
gratia, quia pulsus formicans, qui est in hectica, est acci
dens continuum sup inuentionẽ illius speciei ægritudi
nis. & q̃n erit vna causa tantum ex pluribus, non signi
ficabit super ægritudinẽ: vt pulsus diuersus, qui non si-
gnificat super febrẽ putredinis: eo q̃ pulsus diuersus est
inuẽtus in febribus putridis, et i dolore stomachi. ergo
hoc non est signũ declarans febrẽ putredinis, pprie, nisi
ei associetur aliud signũ. & possibile erit q̃ aliud signũ
sit ex speciebus pulsuũ, & q̃ non. Et postquã data sunt
signa significantia à Medicis causas pulsuũ, tenẽtur de-
terminare pulsum appropriatum vnicuiq̃ ęgritudini:
eo q̃ maior pars pulsuũ est cõposita, sicut pulsus signi-
ficans super apostemata calida, quia est parvus, velox,
inordinatus, & variatus multis variatiõibus. et in hac
ægritudine pulsus ei ppriꝰ est compositus semper. Et
quidã pulsuum sunt, quorum est signũ debnitiuum su-
per aliquã ęgritudinem, q̃n associatur ei aliud signum.
verbi gratia, q̃n pulsus inordinatus, q̃n erit cum calo-
re manifesto in corpore, & nõ erit in ore stomachi pun-
ctio aliqua, seu dolor, est signum certũ super febrem pu
tridã. Et postquam declarauimus quõ est significatio
pulsus generaliter, reditimus ad numerãdum species,
deinde dicemus causas vniuscuiusq̃. Et dicimus q̃ ge-
nus, quod sumitur à quãtitate dilatatiõis, diuiditur in
pulsum magnum & parũ & mediocrẽ, & in longum
breuẽ & mediocrẽ, & in largũ strictum et mediocrem, et
in eminentẽ profundum & mediũ. Et magnitudo est,
q̃n arteria extenditur sup flua dimensione in oibus tri-
bus dimensionibus, i. in profunditatem, latitudinẽ, &
longitudinem. parvus est contrarius illi. & medius me
diocritatem horũ retinet. Longus est, qui extenditur in
longitudinalẽ dimensionem plusquã in latitudinalem
vel profundã: hoc est qui transit quatuor tangitus digi-
tos. brevis aũt est contrarius huic. sed medius horũ me
diocritatem seruat. Largus est ille, qui ſm latitudinẽ vl
tra alias extenditur dimensiones. strictus illi est contra-
rius. sed medius mediũ tenet. Eminens est ille, qui in al-
titudine vltra alias dimẽsiones extenditur. profundus
vero est ei contrarius. medius vero mediocritatem ser-
uat. Et istæ species adinuicẽ componi possunt. sed dif-
ficile est hanc compositionem cognoscere tactu. istæ
sunt species sumptæ à genere quantitatis dilatationis.
Sed genus, quod sumitur à tẽpore motus, diuidit in ve-
locem, tardũ, & mediũ. Et genus, quod sumit à quan-
titate virtutis, diuiditur in fortẽ, debilem, & medium.
Et fortis est ille, qui extrema digitorũ fortiter percutit.
Et qui sumitur à tempore quietis, diuiditur in spissum,
rarũ, & medium. Et dicit Gale. q̃ spissus est ille, in quo
tẽpus quietis post suã constrictionem est parvũ. sed ra-
rus est contrarius illi. sed medius mediũ seruat. Sed hoc
non percipit, nisi ille qui cõprehendit quantitatẽ quie-
tis, quæ est post cõstrictionem. Et qui hoc nõ nescit, co-
gnoscit differentiã inter pulsum velocẽ & spissum. sed
hoc graue est inuenire. q̃n non videtur impossibile mul-
tum perfectis, qui sunt optimi sensus: q̃n omnes homi
nes non sunt equales in solicitudine, & bonitate intelle
ctus. Sed genus sumptũ à proportione quatuor tẽpo-
rum pulsuũ diuiditur in pulsum equi ponderis, & non
æqui ponderis. Et æqui ponderis est æqualis, & habet
cõpositionem duorum motuũ ad inuicem cõpositio-
ne naturali, & per viã naturæ, & similiter habet cõposi
tionẽ vnius quietis ad aliam, et ẽt illã, quę est motus ad
quietẽ. Et istæ compositiones diuersificantur ſm diuer-
sitatem ætatum, tẽporum, & complexionum. Galenus
dicit q̃ istæ cõpositiones naturales non inueniũtur nisi
ſm ynam compositionem notarum musicarum pro-
portionatarũ & ordinatarum, quę est cõpositio dupli,
aut partis. & dicit q̃ minor proportionũ sensatarum
in pulsu, est illa, quæ multiplicat quartum multiplicati
cõparatiõe vnius partis multiplicatę duarũ partium.
Et si ita est, vt dicit, mirabile est. Sed cõparationes istas
cõprehẽdere difficile est: quãuis multi homines in Mu-
sica eas comprehendant: propterea quia notæ musicæ
habent superfluã extensionem, itaq̃ minor dimensio il
larum exẽplo potest cõprehendi, & est illa, quæ multi-
plicat ex. 36. partibus vnius partem vnã. Et ista verba
sunt alterius scientiæ, quæ huic per accidens est necessa-
ria hic parum. Sed in pulsu sunt tẽpora brevia ad inue-
niendũ hanc comparationem in eo adhuc magis: quia
quies existens post spissitudinem difficile est inuenire:
eo q̃ arteria est sub carne. Et ꝓpter hoc elegerant tãgere
hanc arteriam: eo q̃ illa est latior, & propinquior loci
principĩ. & has arterias tangunt Medici. Sed genus
sumptũ à sua similatione, & à sua diuersitate ora prate
rita genera continet. quod est, quia assimilatio pulsus
est, vt oia genera ſm vnum modũ concurrant hoc est,
quia si est magnus, vt sit perseuerans in sua magnitudi-
ne: & similiter si est velox, tardus, aut ex aliis. Et pulsus
diuersus habet duas species, aut in oibus generibus, aut
in vno, aut pluribus fit diuersus: aut in multis pulsatio
nibus, aut solũ in vna. Item diuersorum pulsuum qui
dam est ordinatus: & est ille, qui multis reuolutionibus
suam diuersitatem conseruat. Et quidã est non ordina-
tus: & est ille, qui suã diuersitatem non seruat. Et conue
nientius est vt species pulsuum diuersorum cum specie
bus cõpositis computentur. & ego ex eis manifestiores
dicã. Et genus sumptum à qualitate arteriarum dividitur
in tres species, hoc est in frigidũ, calidum, & tempera
tum. Et quod sumitur à substãtia arterię, dividitur in
durum, mollẽ, & medium. Et quod sumitur à contẽto
to in arteriis, diuiditur in plenum, vacuũ, & medium.
Istę sunt species simplices pulsuũ. Et inueniuntur pul
sus cõpositi, qui habent notia, quæ dicenda sunt. Quia
quidã eorum dicitur pulsus caprizans. & est qui varia
tur in vna pulsatione, in tarditate & velocitate, & accí
dit huic pulsui vt festinet, & stet, & cito redit, & sui mo
tum cõplet. & appellatur caprizãs, eo q̃ suus motus as
similatur saltui capreoli. Et quidã nominatur canda
forizma, qui semp variatur. quia aliq̃n variat ab aug-
mento ad diminutionẽ, & aliq̃n à diminutione ad aug
mẽtum. & istud augmentum & diminutio aliq̃n sunt
proportionata, aliq̃n non. Et quidã dicitur vndosus.
& ille est, qui variatur in magnitudine & parvitate par
tium organi in eminẽtia & profunditate, in strictura et
largitate cũ mollitie substantiæ organi: & declinat pa
rum ad paruitatẽ, sed non multum. & vlter suus mo-
tus assimilatur vndis maris, & ab eisdem nomen susce
pit. Et quidã dicitur vermiculosus, qui vndoso assimi
latur: & est eo minor, & spissior. Et quidam dicitur tor-
micans, et est minor istis duobus, sed est spissior. Et qui
dam dicit serrinus, qui vndoso in diuersitate parium
similatur, tñ eis rigidior est. Et quidam dicitur bis pul-
sans. & potest esse vt iste sic denominetur per diuersita-
tem, quam in vna habet pulsatione, quia in eadem in-
terpolat, & reuertitur. & potest esse, vt dicatur q̃ duæ
pulsationes sunt vna tq̃ quies, quæ est inter eas, non
habet tps, quod mereatur dici tempus quietis. Et qui-
dam dicitur tremulus. Et quidã dicitur tortuosus, qui
percipitur talis, sicut si organũ torqueretur. Et quidam
dicitur arcuatus. quod est, quia est eminens in medio,
& in extremitatibus profundus. Istę sunt omnes sim-
plices species, & manifestiores, quæ sunt in cõpositis.

Et dicit ex
pria maioris
pfecti.

De cauſis Pulſuum. Cap. XVIII.

DEinceps incipiemus narrare cauſas omniũ. Et dicimus ꝙ cauſa magnitudinis pulſus eſt ſanitas virtutis,& etiam ſanitas inſtrumẽti, & multa neceſſitas pulſationis. & propterea eſt iſte pulſus ſignum dominationis ſanguinis in toto corpore, & maxime ſi cum hoc iungantur velocitas,et frequẽtia.quia hæc ſunt teſtimonia multæ neceſſitatis cũ ſanitate virtutis,& inſtrumẽti.Et cauſæ parui pulſus ſunt iſtis contrariæ;hoc eſt ſi ſint propter debilitatem ſolum,aut inobedientiam inſtrumenti,aut propter neceſſitatis paruitatem.Et propterea, quando erit iſtius pulſus cauſa debilitas virtutis, neceſſario ſignificabit complexionem malam materialem dominãtem ſuper virtutem ipſam debilitãtem: aut ſignificat euacuationem ſuperfluam, propter quam intrinſeca virtus eſt diſſoluta. Et quãdo fuerit cauſa ex inobedientia organi, neceſſario ſignificat malam complexionem ſiccam materialẽ: ſicut accidit quando dominatur cholera,aut melancholia,aut dominatur in toto corpore complexio mala ſicca non materialis, ſicut eſt febris hectica:aut ſignificat ſup congelationem, quæ fit propter frigiditatem multam, aut propter extenſionem arteriarum, quæ fit propter apoſtema.Sed qui fit propter paucam neceſſitatem,ſignificat paucitatem caloris. & aliquando aggregantur hæc omnia tria,& ſignificat ſuper iſta tria.Et cauſa mediocritatis eſt temperantia rerum ſupradictarum. Et cauſa longi pulſus eſt paucitas virtutis: eo ꝙ nõ poteſt extendere arteriam in latitudinem,& profunditatem ſm proportionem extenſionis longitudinis.& hoc eſt pro maiori parte propter ineptitudinẽ inſtrumenti,ſicut eſt propter rigiditatem,& obturationẽ cutis. Et cauſæ curti pulſus ſunt oppoſitæ cauſis longi. & hoc fit propter virtutis debilitatem. & poteſt eſſe vt ſit propter inſtrumenti rigiditatem, aut propter hæc ambo. Sed largi pulſus cauſa fortitudo virtutis eſt cũ aptitudine inſtrumenti.Et cauſæ ſtricti ſunt iſtis oppoſitæ. Sed cauſæ eminentis ſunt propinquę cauſis longi: excepto ꝙ virtus fortior eſt, ꝙm illo vel alio: aut quia inſtrumẽtum eſt magis obediens. Et cauſæ profundi iſtis ſunt oppoſitæ. Et cauſa velocis eſt multa pulſationis neceſſitas. tñ non eſt neceſſarium vt cum hoc adiungatur fortitudo:eo ꝙ pluries natura laborat cũ velocitate loco fortitudinis, qñ fortitudinem non habet. & hoc fit propter debilitatem virtutis, aut ineptitudinẽ inſtrumenti. Et cauſæ tardi iſtis ſunt contrariæ,i. non neceſſitas anhelitus,aut debilitas virtutis,aut ambo. & ꝓpterea eſt hoc genus pulſus ſignũ malæ complexionis frigidæ,materialis vel imaterialis, propriæ vel cõmunis: aut debilitas virtutis propter euacuationẽ præambulam,aut propter multos malos humores, qui diſſoluunt virtutem propter malã eorum complexionem, vel qualitatẽ. Et cauſæ generis recepti à virtute ſunt manifeſtæ. Et cauſę pulſus fortis,& debilis,quæ ſunt ſumptæ à virtute,manifeſtæ ſunt. Et cauſæ ſpiſſitudinis exẽdẽ ſunt cũ cauſis velocitatis.& natura nihil operatur,qñ non poteſt facere fortem, vel velocẽ. Sed cauſa rari eſt propter paucã neceſſitatẽ cum abundantia frigiditatis. Sed genus ſumptum à proportione quatuor tẽporum pulſus eſt, quia eorũ à via naturali exitus eſt,vt motus dilatationis ſit maioris cõparationis ad motũ conſtrictionis cũ debeatio eſt vt maior ſit neceſſitas inſpirationis cũ reſpirationis. Et quando motus conſtrictionis erit maioris cõparationis ad motũ dilatationis debito, tunc erit fortis neceſſitas ad euaporãdum vaporem fumoſum. Et qñ quies erit maioris comparationis debito ad motum, tunc erit hoc propter debilitatem virtutis cũ multa inſpirandi neceſſitate. Et ſimiliter permutatio comparationis duarũ adinuicẽ quietum eſt, ſicut permutatio comparationis duorũ motuum,hoc eſt motus dilatationis,& conſtrictionis.Sed genus ſumptũ à ſimilitudine,et diuerſitate pulſus eſt manifeſtum:quia aſſimilatio non fit,niſi bonitate virtutis,& ordinatione ipſius, vt cauſa permutationis eſt euaporatio virtutis, & ipſius debilitas. Et cauſa talis permutationis eſt vna duarum rerum:aut propter aliquam rem,quæ virtutẽ debilitauit & aggrauauit, ſicut dominiũ humorum malorum: aut ꝓpter aliquam cauſam calorem intrinſecum cordis lædentem,quia diſtendit, ſicut dolor oris ſtomachi.& poteſt eſſe, ꝙ ſit hoc propter debilitatem virtutis ipſius de motu inſtrumenti:ſicut cõtingit in fine ægritudinum nocentiũ. ideo quia debilitas ſemper dicitur in cõparatione.quia ſicut contingit,ꝓpter cauſam multorum humorũ, ſic non eſt impoſſibile vt ſit cauſa motus inſtrumẽti ipſius.Et qui diuerſificatur in multis pulſatiõibus,minus malus eſt, ſicut eſt ordinatus in diuerſitate pulſus. Similiter eſt malus minus non ordinato: propterea quia ordinatus conſeruat ſuũ circuitũ in hac diuerſitate:& conſeruatio nõ fit niſi dominio virtutis propter aliquem motũ. Et cauſæ ſpecierũ in diuerſitate compoſitarum hæ ſunt.qm̃ cauſę caprizantis pulſus aliqñ prouenunt ex ineptitudine inſtrumenti.Et ſimilis cauſa eſt pulſus foricini: excepto ꝙ qñ permutatur ab augmento ad diminutionem, eſt ſignũ diminutionis virtutis:& ſi redit ad ſuũ principiũ,ſignificat vigorem virtutis:& ſi à diminutione ad augmentũ deuenit, fortiorẽ virtutẽ ſignificat. Sed vndoſi pulſus cauſa eſt virtutis debilitas cũ organi mollitie. & frequentia ſua eſt ſicut ſi virtus partẽ membri ſup aliã aggregat: ita vt iſte motus motui vndarũ maris aſſimilẽ, qui ex multis cõpoſitus eſt motibus.Et vermiculoſi pulſus cauſæ iſtis ſimiles ſunt, tñ ſunt debiliores. & ſimiliter formicans. tñ & ipſe vermiculoſo debilior eſt. & ꝓpterea dictũ eſt,ꝙ non ſit formicãs,niſi vermiculoſus præcedat. Cauſæ debilitatis virtutis ſunt manifeſtæ: aut ꝓp euacuationẽ ſuperfluã, ex qua euenit ſyncopis: aut deſtructionẽ caloris intrinſeci:eo ꝙ cauſæ,quæ faciũt ægritudinẽ,ſunt contrarię ei,& nocẽt illi. Sed ferrini pulſus cauſæ ſunt virtutis debilitas. & eſt cõpoſitus ex debili & paruo.& in ipſo ſunt partes anticipantes & poſtponẽtes,ſicut in vndoſo:excepto ꝙ in illo ſiccitas magna eſt manifeſta.& quia ſiccitas fit ẽt ab extenſione, eſt ſerrinus pulſus ſignũ caliditatis apoſtematis: & maxime, qñ eſt in mẽbris neruoſis. qđ eſt, quia rigiditas plus fit ibi propter neruũ. Sed bis pulſantis cauſa, hoc eſt martelini, eſt organi duricies. qa agit,ſicut malleus ſup incudem pectiens bis pectit.& ſecunda pulſatio per ſe eſt, hoc eſt ꝓp rigiditatem nerui. Et cauſa tremuli debilitas eſt virtutis.Et tortuoſus ſignificat ſuper ſpaſmũ. Et arcuati cauſa ſimiliter debilitas eſt virtutis: quia æqualiter organi partes ferre non poteſt. Iſtæ ſunt cauſæ ſeptem generũ pulſuum breuiter dictæ. Sed de pulſibus apoſtematũ dicemus,cũ loquemur de ſignis cuiuslibet ægritudinũ. Sed cauſæ trium generũ pulſus iſtis coniunctarũ manifeſtæ ſunt à rebus antedictis,hoc eſt à cauſis malæ complexionis. Et quia iſtæ ſpecies pulſuum nõ poſſunt cõprehendi in aliquo individuo niſi cõparato ad pulſum ſani, qui in corpore tẽperatæ complexionis inuenitur, aut ad aliquã octo complexionũ ſm Galenũ,aut ad quatuor, ſm ꝙ apparet à radicibus naturæ:& iterũ ſanorũ pulſus alter ab altero diuerſificãt & propterea eorũ diuerſificationẽ oportet nos cognoſcere.quia ſi hæc ignoramus,ægrotantium pulſus minime

nime cognoſcemus.quod eſt,quia pulſus ægri non cognoſcitur, niſi propter comparationem corporis ſani, vt cognoſcat diuerſitatem complexiõis ipſius. Et propterea neceſſe eſt ei, qui vult in hac ſcientia perfectus eſſe, vt ſe exerceat in cognitiõe pulſus ſani, vt cognoſcat diuerſitatem complexionis ipſius,& vt cognoſcat cauſas permutantes pulſum. quia niſi hoc cognouerit, poſſet errare, & opinari,quòd pulſus ſanorum eſt pulſus ægrorum.

De diuerſitatibus Pulſuum per res intrinſecas. Cap. XIX.

ET dicemus diuerſitatem pulſus complexionum. Pulſus naturalis calidæ complexionis maior eſt, & velocior pulſu temperatę.et poteſt eſſe vt ſit frequentior. Et frigidæ eſt contrarius paruior, & tardior temperata. & poſſibile eſt vt ſit magis ſubmerſus. Et pulſus ſiccę complexionis eſt cum paritate durus:propterea quia duricies non eſt obediẽs extenſioni. Et pulſus humidæ mollis declinans ad fortitudinem, & magnitudinem:quia in hoc humiditas obediẽs eſt. Et pinguedo, & macies habent ſignificationem in actu pulſus.quia pulſus in corporibus macilentis euidẽtior apparet quam in pinguibus: eo ꝙ in corporibus pinguibus eſt pulſus quaſi ſepultus,& habet ſpiſſitudinem, & propterea habet fortitudinis diminutionem. Et extra res ſunt ex rebus,quę ponunt diuerſitatem in pulſu propter diuerſitatem datam à cõplexione.quia pulſus puerorum ex parte caloris eſt velox, & ex parte debilitatis virtutis eſt ſpiſſus.& pulſus iuuenum eſt fortis propter eorum calorem & fortitudinem, & eſt rarior pulſu puerorum.& pullus ſenum debilis eſt, rarus, & tardus. Et ſexus ſimiliter eſt ex rebus,quæ diuerſitatem ponunt in pulſu.quod eſt, quia pulſus marium eſt fortior, & maior pulſu fœminarum:et pulſus mulierum minor eſt,et debilior,ſed eſt velocior,eo ꝙ velocitas eis eſt loco fortitudinis. Iſtæ ſunt cauſæ mutantes pulſum. Et ſomnus, & vigilia ſimiliter habent operationes in pulſus permutatione.

De cauſis permutantibus Pulſum ab extrinſeco. Cap. XX.

SEd rerum extrinſecarum,quę pulſum permutant, quędam ſunt in quatuor temporibus anni,et quędam in cibis & potibus, & in balneis aquæ calidę. Similiter & accidentia animæ ſunt ex his, quæ permutant pulſum. Et ex his, quæ permutant, antedicta ſunt in cognitione pulſus. Et à rebus,quę ſuperueniunt corpori à quatuor qualitatibus,poteris pulſuum diuerſitatem cognoſcere. verbi gratia, quia cibus, quãdo eſt nouiter in ſtomacho ſuſceptus, pulſum ponit paruũ, & debilem, & occultum. & quando digeritur, ponit contrarium. Et hoc eſt, quia cibus antequam digeratur,calor naturalis ab eo eſt ſepultus, quemadmodum ignis à multis ſepelitur lignis. & quãdo digeritur,tunc calor inualeſcit naturalis.Et propterea in noſtris diximus radicibus, ꝙ cibus ex parte eius eſt ſimilis, & ex parte eſt cõtrarius. Et ſimile eſt in ſomno,& in vigilia. quod eſt,quia ſomnus factus propter cibum nõ fit,niſi quia calor naturalis à cibo eſt oppreſſus, & vigilia pro maiori parte fit facta digeſtione. Sed permutatio propter tempus anni à ſe non eſt multum occulta.quia pulſus veris eſt calidus & humidus,ſicut eſt in habentibus complexionem eandem. & ſimiliter alia tria tempora ſe habent.Et qui opinantur ꝙ pulſus autumni eſt ſimilis pulſui veris in fortitudine,frequentia,aut temperie, penitus errat: propterea quia in illo tempore virtutes ſunt diminutæ propter paucum calorẽ ſpirituum. immo iſto tempore eſt quaſi ſimilis ſenum virtuti: quia iſtud tempus tempori ſenectutis aſſimilatur. Et propterea tunc plurima terræ naſcentia ſeneſcunt. & etiam virtus generatiua in iſto tempore in vegetabilibus,& animalibus debilitatur. Et ſimiliter regiones habent operationem in permutatione pulſus, & complexionem permutant. Iam dictum eſt ſufficienter de pulſibus. & qui petierit vltimorem particularitatem in ſcientia pulſus, perquirat ipſam in libris Spicatorum.

De Vrinis generaliter. Cap. XXI.

ET deinceps volumus loqui de vrinis. Et dicimus ꝙ accidentia,quæ apparẽt de vrina,ſicut ſuperius dictum eſt,quędã ſignificant digeſtionem hepatis,venarum,& membrorum: & quædam ſignificant ægritudinem renum, & veſicæ. Sed primo volumus narrare ſigna apparentia in vrina, ſicut ſuperius dictum eſt,quæ ſignificant digeſtionem hepatis,venarum,et membrorum: et poſtea dicemus vnuſcuiuſque ſignificationem ſpecierum. Et res,per quas ſignificat vrina,ſunt trium ſpecierum.prima eſt vrinæ color, ſecunda eſt ſubſtantia,tertia eſt contentum. Et color vniuerſaliter diuidi in quinq; partes,quas diximus quinque genera.Primum eſt color citrinus. & habet multas ſpecies,ſicut palearis,& citrinus,& poſt aſſar.& poſt illum vacatinus,qui croco aſſimilatur,et poſt illum,qui aſſimilatur croco rubeo. Secundum genus eſt coloris rubei.& illud habet gradus,ſicut color,qui nominatur aſaab, ideſt color rubeus mixtus cum quadam albedine,ſicut eſt in roſa: & qui nominatur chymos, qui eſt vt ſanguis: & rubeus, qui in ſuperficie habet nigredinem, & dicitur azima. Et tertium genus eſt color viridis. & habet gradus, ſicut fiſticus, & ſicut gumar, & ſicut cedrinus,qui in Arabico dicitur elſemet miza: & ſicut nigellinus,& ſicut porrinus. Et quartũ genus continet colorem nigrum. & habet gradus, videlicet quendam qui declinat ad obſcuritatem quandam, & quendam qui declinat ad citrinitatem,& quendam qui declinat ad melanzanum. Et quintum genus dicitur albumæquinoce de vrina, vel de aqua. ſed albus eſt ille, qui vere color albus eſt.& quidam eſt qui ſpermati aſſimilatur,quidã aſſimilatur lacti. Iſti ſunt ſimplices colores vrinę.Et ſunt alij multi compoſiti colores,de quibus dicere hoc non eſt neceſſarium: ſicut color olei zeninus, & qui aſſimilatur loturæ recentis carnis, & ſimiles. Et ſecundum ſignificatum ſumitur à ſubſtantia. & ſubſtantia quædam eſt ſubtilis, quædam groſſa, & quædam mediocris. Et hoc ſumitur quatuor modis. Vnus eſt, vt vrina ſit ſubtilis,& poſtea ingroſſetur. Secundus eſt, vt fit groſſa, & poſtea ſubtilietur. Tertium eſt,vt fiat ſubtilis,et remaneat ſubtilis. Quartum eſt,vt fiat groſſa,& remaneat groſſa. Item quædam ſubſtantia eſt clara, & quædã obſcura: & clara naturaliter ſubſtantiæ ſubtili coniungitur. Tertium ſignificatũ eſt contentorum.& contenta vrinarum ſumuntur à colore,ſubſtantia,loco, & diſpoſitione. nam quoddam eſt album, ſpiſſum, & coctum, & ſtat in profundo vaſis, et ipſius partes ſunt æquales, vt figurã habeat pinearam: & iſtud eſt naturale,quod appellatur in Arabico,& dicitur atenorum. & quoddam furfuri aſſimilatur, & quoddam ſantei aſſimilatur, & quoddam eſt ſanguineum coagulatum, & quoddam aſſimilatur pilis, & quoddam arenulis, & quoddam aſſimilatur partibus ferramenti,& quoddã aſſimilatur terræ ſquãmis. Et hęc omnia ſunt præter naturã: ſicut color rubeus, niger, & obſcurus ſunt præter naturam. & quoddam eſt in parte

superiori, & quoddam in media, & quoddam in infima. Et quoddam est naturale, cuius totum est æquale in omnibus partibus suis: & etiam à quo partes grossæ à subtilibus diuiduntur.

De *significationibus Vrinæ sumptis ex eius Colore.* Cap. XXII.

ET postquam breuiter dicta sunt signa, quæ ab vrina sumuntur, deinceps dicemus eorum significata, & incipiemus à colore. Et dicimus q̃ vniuersaliter colores citrini cum eorum gradibus significant admixtionem choleræ cum vrina. Sed eorum naturalior color est citrinus. & aln qui sunt à cholera, omnes excessum caloris significant: tamen secundum q̃ propinquiores sunt igneo colori, sicut color choleræ vitellinæ, qui assimilatur colori vitelli ouorum de die natorum, quam dicit Galenus calidiorem omnibus speciebus choleræ esse. Sed colores rubei vniuersaliter significant dominium sanguinis, & virtutis debilitatem: & maxime illa, quæ declinat ad rubedinem, super quam est nigredo: sicut significat illa, quæ declinat ad igneitatem, plus quàm super choleram. Et dicitur quòd aliqui in febribus acutis fundẽt sanguinem per vrinã: quamuis in eis non sit vena fracta. & hoc significat periculosam crisim, aut dominium sanguinis quantitatiuum. Et nigra vrina significat adustionem, & super dominiũ frigiditatis. quod est, quia calor, et frigus hęc duo facit. Sed quod à caliditate prouenit, habet signa præambula caliditatem significantia. sed quod à frigiditate prouenit, viriditas, aut fuscedo præcedit, & vniuersaliter alĳ colores frigiditatem significantes. Et aliquando fit vrina nigra propter admixtionem choleræ nigræ propter expulsionem choleræ nigræ, quæ à natura fit, sicut in spleneticis fit. Et omnis viriditas significat frigiditatem, excepta illa, quæ zinaria nominatur, & porrina: nam illæ fortem adustionem significant. Et non est dubium, quin fisticina, & indica seu cœlestis significent super caliditatem. quia videmus vrinas choricorum mixtas viriditati cum citrinitate. & quia viriditas est principium nigredinis, ob hoc causæ, quæ faciunt nigredinem, eædem sunt cum causis, quæ viriditatem operantur: excepto quia in viriditate sunt debiliores. Et vrina alba & clara, sicut aqua, significat digestionis defectum, & virtutis nutritiuæ debilitatem, aut oppilationem, aut vtrumque. Et vrina, quæ spermati assimulatur, significat humorũ phlegmaticorum frigidorum crudorum abundantiam: & vt plurimum apoplexiam, aut similem ægritudinem significat. & pueri hanc habent vrinam, quando epileptici fiunt. Et possibile est vt hæc vrina sit signum crisis in ægritudinibus phlegmaticis. & possibile est vt sit color albus in ægritudinibus acutis. Sed est plurimum perditionis signum: quia significat ascensum choleræ ad superiores partes, & ibi facit apostema. Et aliquando vrina erit rubea, & ægritudo erit frigida. & hoc accidit propter fortem dolorem, vt in colica: aut propter oppilationem viarum, quæ currunt à felle ad intestina: quia tunc est necesse vt ille humor exeat per vrinam. & aliæ causæ assignantur: sed istæ sufficiant. Sed colores compositi, sicut lotura carnis, significant debilitatem virtutis hepatis, aut renum. Et vrina, quæ oleo assimilatur solum in colore, ostium febrem significat: eo quòd pinguedinem liquefieri in membris significat: excepto q̃ hanc nigredo non præcedat. quòd si hoc esset, casum virtutis significaret. & quidam dicunt q̃ hæc vrina in acutis febribus apparens & secundum illos materiarum pinguium signum est criticum. sed hæc accidit raro.

De *significationibus Vrinæ sumptis ex Substantia eius.* Cap. XXIII.

SVbtilis vrina defectum digestionis significat: eo q̃ digestio necessario materiam ingrossare debet: & defectus digestionis fit propter humorum cruditatem, aut propter defectum virtutum, aut propter cibi & potus multitudinẽ. Et ex rebus multum adiuuantibus subtilitatem vrinæ est viarum oppilatio. & propterea vrinæ calculosorum subtiles sunt. & si post subtilitatẽm apparet grossa substantia, signum est q̃ natura incipit digerere. Sed si ab ipso principio apparuit grossa: & in eadẽ grossitie manserit, significat multam humorum ebullitionem à calore extraneo factã. & propter hoc est malum signum. Sed vrina grossa, quæ post subtiliatur, & iterum ingrossatur: quamuis hæc operatio à natura procedat, pigritiam naturæ significat post incœpti operis principium. Et si grossities propter motum humorum fuerit, hoc est bonum signum. quod est, quia significat q̃ natura digerere incœpit. Et quidam hoc reprehendere volentes dixerunt q̃ non sunt aliqua signa tenenda in vrina, nisi ex opere naturæ interioris, sed si ab aere extrinseco fuerint, tenenda non erunt. Sed isti ignorant q̃ aer non operatur in vrina res diuersas, nisi propter præparationem, quam ab interiori natura capit. Et vrina, quæ in principio ęgritudinis à parte naturæ apparet grossa, & postea subtiliatur, lõgitudinem ægritudinis significat. Et iam dictum est, q̃ puerorum vrina naturaliter est grossa, & iuuenum subtilis.

De *Hypostasi Vrinæ, & de eius significationibus.* Cap. XXIIII.

HYpostasis sanitatẽ denuntians debet esse in fundo, & esse alba, lenis, & æqualis, & in forma pineata in fundo: eo q̃ est superfluitas tertiæ digestionis, & de natura superfluitatum est vt sint graues. Alba: quia membra non nutriuntur ex sanguine, nisi postquam est dealbatus, & eis assimilatus. et propterea erit color supfluitatis sicut color nutrimenti, q̃n virtus nutritiua sequitur suũ cursum naturalẽ. Lenis, & æqualis, ppter digestionis tẽperiẽ. Et quia hęc tẽperies æqualis est in omnibus suis partibus, debet esse pineata. propterea q̃ hæc figura proportionis æqualitatẽ omnium suarum partiũ in leuitate & grauitate ostendit. & quia actio caloris in hac forma dominatur, & etiã corpora grauia naturaliter extenduntẽ & dilatantur: sed leuia in seipsis aggreganẽ, & petunt ascensum, quousq̃ acuantur, sicut accidit flãmæ ignis. Sed significatio, quę à loco fumiẽ, est hęc: videlicet, quia illud, quod stat in parte supiori, quod nebula appellat, significat principium apparitionis digestionis, dũmodo sit alba. Et ppter hoc dicit Hippocrates, q̃ si vrina nubem albã quarta die fecerit, crisim in septima iudicabit. sed quæ stat in medio, significat digestionis crementũ. et quæ est in fundo, pfectã digestionẽ significat absolute, dũmodo in hoc perseueret cõuenientibus diebus. Sed si modo apparet, modo vero non, significat naturę debilitatẽ, & illius impedimentum. Et est sciendum q̃ aliq̃n in vrina apparet hypostasis alba, q̃n materia est phlegmatica, nõ cõcta. & hæc differt à naturali, eo q̃ ipsius partes sunt diuersæ. Sed color citrinus hypostasis significat citrinę choleræ dominiũ, quod virtutem impedit digestiuã. & ob hoc signum est malum. Sed rubea solum significat materiam multam, & pigritiam naturæ, quæ ipsam propter sui multitudinem permutare non potest. propter hoc hæc hypostasis longitudinem ægritudinis significat. sed est salubris, nisi malum aliquod apparuerit signum.

Hypostasis est superfluitas tertiæ digestiõis. 3. de differentijs febrium. capite. 6. sed primo Prognosticorum vltimo, vult quod iste humor nõ digestus abbatte.

Nebula dicitur, qñ est in superiori parte. Rasis 10 ad Almã. ca. 10. nephelis, q̃ supnatat: encorema, quæ est in med. ochypostasis i fundo. Ita hoc corrige ibi eram Auic. li. 3 prio fen. 1. doc 3. ca 6. Vide terne Theizir in primo. ca.

signum. quod si apparuerit, significat mortem longo tempore * præcedẽte. quod est, quia hoc malũ signum adiũctum significat quòd hæc materiæ multitudo virtutibus in fine dominabitur, & ipsas vltimo prosternet. Et si eidem bonum signum copulabitur, contrarium significabit. Sed malum, quod hæc hypostasis significat, non est nisi ex parte quantitatis. & ob hoc pro maiori parte est signum salutis. Sed color niger in febribus acutis est vstionis signum. & propter hoc mortem significat. Sed differentia, quæ est inter hanc hypostasim & humorem nigrum, quẽ expellit natura per viam crisis, est quòd hæc hypostasis est in vasis fundo. Sed humor expulsus in vrina est dispersus. & propter hoc diuersitas loci diuersam ponit intentionem, hoc est, quia quando hypostasis nigra est suspensa, minus est mala hypostasi in fundo decumbẽte. quod est, quia significat alicuius digestiõis principium, quamuis sit mala, & minoris est grauitatis. Sed quæ est in fundo, malam digestionem complete significat. Et quãdo hypostasis est obscura, frigiditatem naturę, vel caloris naturalis extinctionem significat. Et hypostasis alba ginaria multitudinem motus humorum, & defectum digestionis significat. Sed corpora hypostasium extra naturam multarum manierum sunt. quia quædam sunt, quæ tritico fracto assimilantur: & quædam quæ oroboassimilantur. & significant hæ membrorum liquefactionem, aut humorum vstionem. & propterea in ægritudinibus acutis sunt malæ. & si habuerint colorem rubeum, humorem sanguineum vstum significant, aut partium hepatis, aut lumborũ significãt adustionem. Et dicitur quòd citrinus in lumbis magis sit proprius. sed laminosum est pessimum. quod est, quia membrorum radicalium liquefactionẽ, & incisionem significat. Sed furfureum aliquãdo fit propter scabiem vesicæ, & aliquando fit propter liquefactionem membrorum. & quod differre facit illud, quod ex scabie vesicæ, aut ab alio, est quòd in ipso pruritus in partibus virgæ sentitur. & vniuersaliter quandocunq̃ hæc accidentia passioni, vesicæ adiunguntur. Et arenosum significat, aut lapidem coagulatum, aut incipiẽtem coagulari. & si fuerit rubeum, lapidem in renibus significat: & si fuerit album, lapidem in vesica demonstrat. Et sanioſum apostematis rupturam significat in vrinæ membris locati. Et sedimen habens pilos similes capillis, humiditatẽ grossam in renibus à calore extraneo generatam significat. Et sanguineum coagulatum apertionem venæ, aut apostema in vrinæ vĳs significat. Et quod dictum est ad præsens de significatis vrinæ, sufficiens est quantum ad nostram opinionem.

* 2.1. precedentem.

De *signis Aegritudinum membrorum intrinsecorum, et extrinsecorum in generali.* Cap. XXV.

DEinceps nos dicemus de signis cuiuslibet ægritudinis in membris manifestis, & occultis. Et secundum quòd dictum est, quædam ægritudinum sunt in mẽbris extrinsecis, & sunt manifestæ per se. & significatio in istis nõ est necessaria nisi in causis. Sed ęgritudines, quę sunt in partibus intrinsecis, tribus modis significatione indigent. vnus est ex parte membri patientis. secundus est significatio qualitatis ægritudinis. tertius est significatio ægritudinis causæ. Et incipiemus à significationibus ægritudinum intrinsecarum. Et dicemus quòd iam dictum est, quòd ægritudines complexionales habent duas species, videlicet materialem, & non materialem. Et hæ duæ species aut toti corpori communicant, aut parti. Et quando materialis ægritudo est in vno membro, aut fixa est in vĳs suis, aut in eius essentia, sicut apostemata, & vlcerationes. Et significatio illius, quæ est in vĳs, est de genere significationum extrinsecarum, vel intrinsecarum ęgritudinum. Sed apostemata intus, & extra fieri possunt. Sed ægritudinum officialium quædam fiunt in partibus extrinsecis corporis, sicut dilatatio, & dissolutio, quæ fiunt manifestæ sensui: & quædam fiunt in partibus intrinsecis corporis, sicut oppilatio, lentor, et asperitas membrorum.

De *signis febris Ephemeræ.* Cap. XXVI.

ET incipiemus à mala complexione vniuersaliter totum corpus ambiente, quæ febris nuncupatur. & incipiemus à febre dici. Et dicimus quòd ipsam semper præcedit aliqua ex extrinsecis causis efficientibus: excepto quòd hæc in ipsa non est ex signis proprĳs. quod est, quia cum febre dici semper hoc inuenitur. sed non cõuertitur, vt semper talibus causis stantibus, necessario febris adsit. Et propterea instandum est, vt signa propria cognoscamus, & etiam communia ad credulitatem fortificandã adducamus, & etiam quia valent ad contrarium remouendum. Et huius febris signa propria sunt duo. Vnum est, quòd pulsus in hac febre varius non est. quod est, quia varietas nõ fit in putridis febribus, nisi propter humorum multitudinem, aut malitiam. Secundum est, quòd vrina suum naturale sedimen non mutat: quia in hac febre vrina non mutat nisi colorem. & hypostasis non egreditur à solito, nisi propter humorum putredinem. & ob hoc necesse est vt i hac febre hypostasis à solito non mutetur. Et ex significationibus aliquando erit, vt in hac febre accidentia fortia non sint, & est lenti caloris non inflammantis. & vt plurimum semel accidit, vel forte ter aduenire potest. & dicitur quòd quando patiens intrat balneum, & horripilationem non tentit, quòd tunc est ephemera. Et hæ sufficiunt significationes in febre dici.

De *febribus Putridis, & de earum signis in uniuersali.* Cap. XXVII.

ET dicamus de putridis. Harum febrium vniuersaliter duæ sunt species: vna in omnibus venis fit, & alia fit in humoribus digestionis membrorum. Et differentia, quæ est in his duabus speciebus, talis existit. quod est, quia febris, quæ fit ex materia existente intra venas, interpolationem non habet, neque typum: quamuis paroxismus aliquando plus fortificetur alĳs diei temporibus. sed febres, quarum materia est extra venas, habent interpolationem, circuitus, & typos. Et causa, propter quam habent circuitus, est, quia humor, qui putrefieri debet, non putrefit simul & semel. quod est, quia in eo præparatio putrefactionis non est completa, sed paulatine in putrefactione procedit. & hic sequitur modus ordinationis. quod est, quia hæc operatio secũdum aliquem modum est naturalis. quod est, quia natura in hoc regimen habet, eo quòd est putrefactio cum digestione. & propterea varietas ordinationis in circuitibus signum est malum. Et non est hæc operatio attribuenda calori putredinali simpliciter, sed calori naturali: eo quòd in materia non naturali operatur, sicut in multis vĳs naturæ reperitur. Et rationes Galeni, quibus conatur attribuere ordinem circuituum substantialiter calori putredinali, hic infringuntur, & nostras radices naturales non sequuntur, quæ super Philosophiam & Metaphysicam inscribuntur. & qui illas non intelligit, hoc non

confitebitur. Et propterea mea ſententia penitus eſt, q̃ natura iſtos circuitus cũ calore intrinſeco operatur: quamuis ſuperuenerit huic calori aliquid extra naturam in quantitate, aut qualitate, in eo q̃ eſt agens in materia non naturali, videlicet in humore ægritudinem faciente. Et accidens, quod cum humore aduenit, eſt ſimile in hoc accidẽti, quod ei aduenit cum cibo. quod eſt, quia incontinenti ſumpto cibo infrigidamur. Et non eſt inter hæc duo differentia, niſi quòd accidens, quod aduenit propter cibũ, eſt naturale, quia cibus eſt naturalis. ſed quod aduenit cum humore, eſt præter naturam: quia calor, cùm materiæ primo obuiat, ſepelitur, & poſtmodum aſſumit victoriam ſuper ipſam, & augmentandõ ad ſuum reuertitur eſſe, quãdo ipſius digeſtio fuerit perfecta. Et iam bene expoſuimus omnia in tractatu, quẽ fecimus ſuper libro de febribus Galeni. Et illæ ordinationes circuituum diuerſificãtur ſm naturam humorum, & quantitatis facientis febrem, ſecundum q̃ infra dicemus. Et cauſa, quare febres, quę ſunt intra venas, interpolationem non habẽt, eſt, quia quando in parte humoris putridi calor accenditur, non poteſt ipſum natura diſſoluere, donec alia particula accendatur. & hoc propter ſolidationem vaſorum contingit. & propter eandem cauſam etiã typus non fit: & etiam quia illud ex eo, quod diſſoluitur à membris ſenſibilibus, non ſentitur. Sed putrefactio, quæ in humore fit, q̃ extra venas eſt, huic contraria exiſtit, propter euaporationem, quæ per poroſitatem mẽbrorum fit. & ꝓpterea ſunt in iſtis circuitibus typi propter ſparſionem humoris ſpũgitiui ſuper membra ſenſibilia, aut humoris ventoſi: propterea quia typus magis appropriandus eſt humori mobili ventoſo ẽ̃ fixo. Et ſigna propria febrium putridarum ſunt duo. vnũ eſt, q̃ vrina in principio hypoſtaſim non habet: propterea quia calor eſt impeditus ꝓpter humoris digeſtionem. aliud eſt, quòd pulſus eſt varius & diuerſus. Item alia ſunt ſigna ſtatum febrium à ſignis ſignificantibus duas ſpecies repletionis, hoc eſt ſecundum vaſa, & ſecundum virtutẽ. Iſta ſunt propria ſigna vniuerſalitatis febrium putridarum.

De ſignis febris Cholericæ. Cap. XXVIII.

Sed ſigna propria vnicuiq̃ febris ſunt hæc. Scias q̃ ſigna febris, quæ fit ab humore extra venas, & in febre cholerica, ſunt typus fortis pungitiuus. Et pulſus in principio iſtius febris eſt parius, rarus, & debilis. & hoc eſt propter humorem, qui calorem obruit naturalem. & propterea refrigeratur corpus in principio paroxiſmorum, ex eo q̃ calor naturalis ab humore opprimitur putrido. Et quando calor extraneus generatus in humore putrido calori naturali admiſcetur, tunc creſcit, & per totum corpus augmentatur. & propter hoc pulſus in eodem ſtatu non permanet, ſed propter caloris crementum creſcit, & fortificatur. Et vrina in hac febre pro maiori parte eſt ignea: & patiens penitus affligitur ſiti: & aliquando his iungitur amaritudo oris. Et dicitur, q̃ quando hæc febris dicitur pura, quòd ipſius paroxiſmi ad plus vſq̃ ad duodecim horas prolongantur. Et circuitus huius febris eſt tertianus: ſed tamen non conuertitur, quia non eſt neceſſarium quòd omnes febres, quæ habent circuitum hunc, ſint de cholera, ſed poſſibile eſt vt ſint duæ quartanæ, aut duæ quintanæ. & hoc non accidit niſi in principio ægritudinum. Iſta ſunt ſignis propria huius febris. Et aliquando ſignificationes iſtæ rebus cõmunibus fortificantur, hoc eſt quia complexio, aer, ætas, & aliud regimen huic humori comparantur. Et aer cum hoc humore comparationem habet modis duobus: vnus eſt ſecundum ſuum tempus naturale, vt eſt æſtas, quæ eſt calida & ſicca: alius eſt, quando egreditur ſuum curſum naturalem ad caliditatem & ſiccitatem: quamuis tempus per ſui naturam debeat eſſe frigidum. Sed febres, quę paroxiſmos non habent, iſtis communicant, exceptis circuitibus, & typo. Et in hoc genere ingreditur febris, quæ cauſus nuncupatur, cuius materia intra venàs eſt: & maxime circa os ſtomachi, & hepar poſita eſt. propterea in hac febre non eſt rigor. Et ſitis fortis huius febris ꝓprium ſignum eſt. Et peior ſpecierũ cauſi eſt illa, quæ fit à cholera zinaria, aut praſſina. Et illius paroxiſmus longus eſt propter inobedientiam humoris illius ad digeſtionem recipiendam.

De ſignis febris Phlegmaticæ. Cap. XXIX.

Accidentia magis propria huius febris ſunt, qã in principio extrema infrigidantur, & eſt tempus frigoris longum, ſed paulatim inualeſcit; & quando incipit calor apparere, redit frigus, & fortificatur ſupereum. Et tempus paroxiſmi iſtius febris decẽ octo occupat horas. Et calor iſtius febris non eſt mordicatiuus, nec furioſus, & ꝓpterea primitus tactui non manifeſtatur. Et huius febris pulſus rarior, & minor eſt pulſu febris tertianæ in quolibet quatuor ſuorum temporũ. Et vrina in hac febre eſt ſubtilis & alba, aut ſpiſſa & obſcura. & ſi calor putredinalis eſt fortis, & phlegma purum non eſt, tunc poſſibile eſt vt vrina ſit rubea, & palpebræ patientis tumidæ erunt. Et in pluribus horum patientium os ſtomachi eſt frigidum. & ſi vomitus eueniet, phlegmaticum euoment. Et aduẽtus ipſius paroxiſmi omni die ſignum proprium non eſt: quia duæ tertianæ hunc eundem faciunt paroxiſmum. Paroxiſmus lõgus eſt propter ipſius humoris tarditatem. & paroxiſmi ipſius plus continuantur quàm cholerę paroxiſmi: quia iſte humor putrefactioni magis eſt appropriatus. Et adhuc propter longitudinem paroxiſmi aduenit humori non corrupto præparatio putrefactionis propter lõgam moram caloris extranei in corpore diu permanentis. & hoc propterea accidit, quia calor febris huius eſt temperatus, & ſubiectum habet humiditatis. Sed in febre cholerica, qa calor extraneus cum ea accenſus cito tranſit, non eſt tempus præparãs ad putredinem in parte non putrefacta. Et vniuerſaliter in hac febre calor intrinſecus eſt valde ſepultus. hæc enim eſt cauſa ad plus continuandos in hac febre paroxiſmos. Et deterior harum febrium eſt illa, quæ ex phlegmate fit vitreo. Et ſimiliter etiam aliquando cognoſcit hæc febris, aere, ætate, & conſuetudine, & complexione. quia hæc comparationem habẽt cum humore hanc facìente febrem.

De ſignis febris Quartanæ. Cap. XXX.

Hæc incipit cum frigore graui, ita quòd tunc accidit patienti ſtridor dentium. Et patiens tũc ſentit membrorum confractionem. & hoc fit propter frigiditatem ipſius humoris, & grauitatem. Et pulſus iſtius febris eſt tardus, rarus, & paruus, pluſquam ſit in phlegmatica: hoc dico in principio paroxiſmi. & dicitur quòd in augmento maior eſt quàm in phlegmatica. quia calor in hac febre manifeſtatur, & febris fortior exiſtit. Et colores vrinæ in hac febre variantur. nam aliquando eſt alba, & ſubtilis ad viriditatem declinans: & aliquando nigra & groſſa, ꝑd rubedinem declinans. Et vt plurimum hæc febris aſſas ſequitur febres. Et tempus huius febris eſt longum. & tempus reuolutionis ipſius eſt dimittens duos dies, & inualeſcit

& inualeſcit tertium. Et quartanæ circuitus eſt quaſi ſicut proprium ſignum in hac febre: propterea quia non inuenitur talis circuitus in aliqua alia febre ſimplici, vel compoſita. Et maior pars hanc patientium ſunt ſplenetici. Et fortificatur ſignificatio i hac à rebus cõibus, ſm q̃ in alijs dictum eſt, vt ab aere, & ab ætatibus, & à complexione, et à ſignis ſignantibus dñium iſtor̃ humor̃.

De ſignis febris, quæ in Arabico nominatur Michabecha, & eſt febris Sanguinea. Ca. XXXI.

Hæc febris typum non habet, eo q̃ ſanguis eam faciens eſt in venis excepto ſi fieret propter apoſtema nominatum phlegmone, quod in aliquo membrorum principalium eſſet generatum, ſicut in hepate, et etiã diaphragmate: quia tunc in hac febre eſſent paroxiſmi tertianarij, ſimiles cholerę paroxiſmis: qa ſanguis qñ ſupercalefcit, ad naturam declinat cholerę. Et propterea in hac febre non eſt differẽtia inter febrem cholericam, quæ habet materiam intra venas & iſtam, niſi in magis & minus: quia non poteſt in corpore fieri febris de cholera pura ſolum, quia talis febris de cholera de neceſſitate mortifera eſſet. quod eſt, quia cholera non eſt apta recipere aliquam digeſtionem, niſi in hoc, q̃ cũ ſanguine eſt admixta, aut cũ materia, qua nutriũtur membra radicalia, hoc eſt ſanguis dealbatus. Et ſigna, quæ ſignificant hanc febrem, ſunt ſigna diſtũ ſanguinis ſignificãtia. & iam nos narrauimus ipſa. Et pulſus hanc patiẽtis eſt in vltimo magnitudinis, & fortitudinis. Vrina eſt rubea, & groſſa. Et ſuſpiria, & inquietudines ſunt propria in hac ægritudine, & in cholerica. excepto q̃ in ægritudine illa fortiora exiſtunt. Et alienatio mentis propria eſt in febribus acutis. Et vere ba Galeni varia ſunt in hac febre. quia aliquando dicit q̃ eſt cholerica continua: & aliquando dicit q̃ eſt aliud à cholerica, & q̃ nõ debet attribui cholericæ, niſi qa nõ habet putrefactionem perfectam: quia natura iſtius febris eſt media inter febrem diei & febrem putridam. & ſententiam meam tu iam nouiſti. Ité febris iſta non habet niſi vnam periodum, & in illo aut ſoluitur aut occidit. Et aliquãdo incipit lenta, & ſemper ad vltimum fortitudinis creſcit. & aliquando eſt contrarium. & aliquando in vno permanet ſtatu. & cauſa huius paroxiſmi aliàs per alios multoties dicta eſt. Iſta ſunt ſigna cognitionis febrium ſimpliciuu. & qui ſimplices cognouerit, compoſitas cognoſcere poterit. & iſta exempla non fuerunt data niſi per modum ſimilitudinis, qa raro inueniuntur. Et adhuc quia maior pars accidentium, quę in his febribus tibi narraui, non verificantur niſi in febribus, quę ſunt de materia humorum naturalibus propinquorum. verbi gratia quia paroxiſmus febris cholericæ maior duodecim occupat horas, quando cholera naturalis eſt putrefacta. ſed quando vitellina, aut zinaria putreſcit, tũc longior erit paroxiſmus, & accidentia erunt peſſima. & pauci euadunt, & maxime exczinaria: eo q̃ aptitudinem digeſtionis nõ habet. quod eſt, quia q̃cunq̃ humor adeo contrarius eſt, vt complexio corporis non poſſit agere digrendo ſuper eum, tũc febris deteriorẽ exitum habet. & quando oẽ̃ potentiæ propinquior eſt, tunc febris ſalubrior eſt.

Nõ poſſe fieri febrem de cholera pura.

Secundo de iſtis febrib. c. 1. & penult. & 9. Meth. med. 1. & 3. Prognoſtic. 7. Sed prima aphoriſ. 12. vt cũ negare. ꝓ q̃ vide Auic. prima quarti tra. 2. c. 5. & Ra. 16. cõti. c. 2. & 17. eiuſdẽ c. 4. vbi vult imponere diuerſa. et 3. Colliget. 8. & 8. Theoricę. c. 4. cõcedit. & Rabbi Moyſes decima aphor. particula ponit et diuerſa.

De compoſitione Febrium. Cap. XXXII.

Et ſcias q̃ compoſitio febris eſt à cauſa locali, aut à cauſa materiali. Item cauſæ materiales tres habent modos. Vnus eſt, quãdo duo miſcentur humores. & tunc materia febris fit inter illos duos humores ſimplices, qui ſingulas poſſunt facere febres, & etiã accidentia tunc ex his mixta erunt. Item alius modus eſt, vt vna ſit putrida, & alia ſit hectica. Tertius modus eſt, vt vnus modus faciens febrem ſit cum apoſtemate, & alius ſine. Et aliquãdo componuntur duæ febres, & miſcentur earum paroxiſmi, abſq̃ eo q̃ materiæ miſceãtur. & hoc propter cauſas locales accidit: ſicut poſſibile eſſet vt vna eſſet intra venas, & alia eſſet extra. & in hoc genere locat febris, quæ hemitritæus nuncupat. Et aliquando humores febrẽ facientes erunt vicini, ſed non mixti. Et poſſibile eſt etiam vt omnes iſtæ ſpecies adinuicem componantur. Et etiam poteſt vnus modus compoſitionis dici, vt ſm magnitudinem & paruitatem, & ſm fortitudinem & debilitatem, hoc eſt vt cauſarum efficientium vna ſit fortis, alia debilis.

De ſignis febris Hecticæ. Cap. XXXIII.

Hæc febris tres habet ſpecies ſm q̃ ab alijs dicit. & accidentia in hac ſm plus & minus diuerſantur. & accidẽtia eius occulta ſunt in principio. Et quandocunq̃ videbis corpus cum calore continuo lento vltra dies tres, quãdo non in corpore incipit manifeſtari, tunc vni lentæ continuæ aſſimilatur. Et ſi patiens eam quaſi non ſentit, nec habet putridas febrium ſignificationes, opinãdum eſt ipſam eſſe hecticam. Ité poſt horas tres ab aſſumptione cibi patientis pulſum conſyderare debes, & caloris quãtitatem. & ſi calorem inueneris augmentatum, & pulſum velocem, aut in aliqua dimenſione magnificatum, tunc iſtã febrem hecticam iudicabis. quod eſt, propterea quia mẽbra malam complexionem acquirunt calidam, & de natura nutribilis eſt ſibi nutriens aſſimilare, neceſſe eſt vt cibus corpori aduenies calorem extraneum debeat adipiſci: quãuis cibus ille frigidus ſit, aut non. & propterea tunc febris fortificatur, & accidentia augmentantur. quod in putridis non conuenit: propterea quia calor extraneus in illis radicaliter non eſt fixus in membris, quę in cibum agere debent. Et cauſæ, quę ab alijs Medicis dantur, accidentales ſunt, ſicut fabulæ cantatorum. quia dicunt q̃ cibus in talibus patiẽtibus & corporibus eſt ſimilitudinem aquæ ſuper calcem proiectæ: quia impoſſibile eſt vt virtus nutribilis à nutriente tantum ſit elongata, vt ipſum eidem ſit contrarium, ſicut aqua calci. reperitur enim q̃ vnumquodq̃ iſtorum alterũ corrũpit. Et raro hęc febris accidit, niſi poſt alias febres, ſicut poſt ephemeram in corporibus ad hanc paratis, aut poſt aliquam ex febribus putridis. Et quando fortificatur hæc febris, marceſcit corpus infirmi, & ſiccatur pellis eius, & deformatur facies, & profundantur oculi. Et cùm venerit ad vltimũ gradum hecticæ, videbis oculos eius quaſi aſperſos cinere, ſicut videtur in oculis eorum, qui tangunt puluerem. & contrahuntur palpebræ inferius, ſicut accidit patienti ſubeth. & pellis frontis eſt tenſa & ſicca, quaſi corium præparatum. & tempora habet tenſa, auricularia, & palpebræ citrini ſunt coloris. & pellis myrach ventris ſit ſicca & rugoſa. & pulſus eius eſt tenſus, ſicut chorda, velox, & debilis. & vrina eſt oleagina. Alia vero ſigna iſtius febris manifeſta ſunt, & in libris ſpicatorum plene enarrata. vnde non eſt neceſſarium ea reiterare.

Contra nonnullos Medicos de talis febris hecticæ.

De ſignis apoſtematum Sanguineorum. Cap. XXXIIII.

De inceps volumus loqui de ſignis apoſtematũ. Et dicimus q̃ ſigna apoſtematum ſanguineorũ ſunt rubedo coloris cum forti calore, et rubore, & dolore magno: ſaluo q̃ membrũ non ſit inſenſibile, & cum hoc extenſionem habeat. & hæc ſanguinis apoſtemata

stemata diuersificeantur ſm magis & minus. Et ſcias q̄ in apoſtematibus iſtis ſanguis mundus eſt à putredine, ſed quando putreſcit, generatur puſtula. Et ſignum * inflationis iſtius apoſtematis eſt, quoniã eſt maioris * inflammationis valde phlegmone. & in his apoſtematibus febris eſt fixa. & in hoc genere ſunt apoſtemata, quæ fiũt in ſubaſcellis, & inguinibus.

De ſignis apoſtematum Cholericorum. Cap. XXXV.

ET ſigna cholericorum apoſtematum ſunt coloris citrinitas, & humorum ſubtilitas, & dolor fortiſſimus ſine extenſione. & fornica deambulatiua huius generis eſt.

De ſignis apoſtematum Phlegmaticorum. Cap. XXXVI.

ET ſigna phlegmatici apoſtematis ſunt coloris albedo cum priuatione doloris, etiam ſi comprimuntur. & vniuerſaliter iſta apoſtemata ſunt apparentia, & oculis diſcreta, & ſimplicia ſunt. Et in cognitione non indigent forti perſcrutatione, compoſita tamen indigent fortiori. & illa per comparationẽ ſimplicium accidentium cognoſcentur.

De ſignis apoſtematum Melancholicorum. Cap. XXXVII.

SEd apoſtemata melancholica cum phlegmaticis communicant in doloris priuatione: ſaluo q̄ in tactu duriora, & in colore obſcura. Et cãcri etiam in hoc genere exiſtunt. & ſic denominãtur, eo q̄ cãcrorum pedibus aſſimilãtur: eo quia venæ, quę eos circundant, ſunt ſanguine nigro repletæ. Iſtą ſunt ſigna apoſtematum, quę in partibus exterioribus corporis apparẽt. ſed de his, quæ in intranei partibus corporis fiunt, dicam, cũm ægritudines membrorum interiorum enarrabo. Ægritudines vero, quæ in ſuperficie cutis apparent, ſunt ſicut variolæ, & morbilli, ſcabies, lepra, & morphea, & ſimiles his. & quædam ipſarum ſigna habent prognoſtica, anteq̄ fiant. quod eſt, quia ſignum prognoſticũ lepræ eſt raucedo vocis, & groſſities eius, & anhelitus ſtructura, & rubedo faciei aliquãdo ad obſcuritatem tendẽtis, cum faciei inflatione, & albedinis oculorum obſcuritate. & rotunditas etiam oculorum ſignum eſt maximum denotans lepram. Sed variolarum ſigna prognoſtica ſunt febris continua, & faciei * inflatio, & tẽporum, & groſſicies venarum cum rubedine, & naſi pruritus, & gulæ, ac colli groſſicies. & hæc ægritudo ſolum ſemel aduenit patienti. Et ſcias q̄ omnis puſtula, quæ in ſuperficie corporis fit cum febre, eſt ſignum expertum, quòd ex genere ęgritudinum peſtilentialium manant: & maxime quæ ex melancholico fiunt humore: & cũm aperiuntur, aduenit eis eſcara ſimilis ignis combuſtioni.

* inflammatio.

Ois puſtula in ſuperfic e corpis, quæ fit cũ febre, ex gne peſtulent.

De Criſi in generali. Cap. XXXVIII.

ET quia febres, & vniuerſaliter acutæ ægritudines non ſanantur niſi per criſim, deinceps narranda ſunt ſigna, criſim laudabilem, & inlaudabilem ſignificantia. Et dicimus q̄ criſis cognitio quinq̄ rebus habetur. Vna eſt cognitio, ſiue diſcretio ægritudinum, quæ criſi ſanantur, ab his, quę ſine criſi ſanantur. Secunda eſt cognitio ſignorum ſignificãtium quatuor ægritudinum tempora: quia non in quolibet iſtorum temporum fit criſis laudabilis. Tertia eſt cognitio ſpẽi euacuationis illius rei, quę ęgritudinem facit. quod eſt, quia res, quæ euacuantur, q̄ñ ægritudini ſunt inconuenientes, tunc ſunt inlaudabiles: & q̄ñ ſunt conuenientes ægritudini, ſunt laudabiles. Quarta res eſt proprie in eſſentia criſis, aut i ipſius prognoſticatione. Quinta eſt cognitio dierum, in quibus criſis fit laudabilis, aut inlaudabilis. Et poſt hoc euenit cõmemoratio bonorũ & malorum ſignorum in ægritudine qualibet, quę conſumitur per criſim, vel ſine criſi, et ſignorum bonorum ſignificantium ſuper liberationem. Et dicimus q̄ diſcretiones ægritudinũ, quæ criſi terminant, ab illis quæ ſine criſi terminantur, ſunt hæ, quæ finiũtur diſſolutione occulta aut manifeſta, & habent à longitudine ægritudinis, aut ipſius breuitate. Quod eſt, ga criſes nõ fiũt manifeſtæ niſi in ægritudinibus, quæ breui tempore finiunt. Et longitudo ęgritudinis, atq̄ breuitas à natura eſſentiæ ægritudinis cognoſcitur, & iſta à rebus extrinſecis, quæ illis ſimiles aut diſſimiles iudicant: ſicut aer, clima, dieta, & exercitium, & ſimiliter complexio, & ætas. Et aliquando breuitatem & longitudinem ægritudinis cognoſcimus à natura membri patientis, ſicut apoſtemata, quæ in membris principalibus generãtur. Et multoties ab accidẽtibus cognoſcimus. quod eſt, ga quædam accidentia breuitatem, & quædam longitudinem ſignificant. Item maior pars accidentium, quæ in ſuperfluitatibus corporum apparent ex ſignis digeſtionis et priuationis eiuſdem, ſimili modo ſignificant ſuper ęgritudinum tempora in longitudine & breuitate: & non ſolum ex parte qualitatis, verũ etiam ex parte quantitatis: ita q̄ quando erunt multa, citam cõſumptionem ægritudinum ſignificabunt, & quando erunt pauca, contrarium denotabũt. Et ægritudines, quæ naturaliter ſunt breues, ſunt cholericę, aut ſanguineæ, ſiue cum apoſtemate membrorum principalium ſint, aut non. quod eſt, quia tertiana pura terminum quatuordecim dierum non excedit, & aliquando per ſpatium ſeptimanæ vnius conſumitur. & ſi fuerit intra venas, acutior erit. & ſm iſtum modum eſt in ſanguinis febre eo q̄ eſt in vltimo acuitatis. Et ſcias q̄ Antiqui nõ dixerunt iſta niſi in ægritudinibus acutis, quæ terminantur in quatuordecim diebus, vel infra. & hoc non inuenitur niſi in iſtis duobus generibus febrium, & in apoſtematibus ſanguineis, & cholericis. Sed phlegmaticarum febrium tempus eſt longum. & digeſtionis ſigna in eis ante tres ſeptimanas non apparent: et aliquando ad ſpacium plurium menſium extenduntur. Et quæ ex cõpoſitione ex phlegmate & cholera ſunt, inter has medię exiſtunt. Et melancholicæ ſpacio ſeptem menſium extenduntur. Et quando res extrinſecæ ęgritudini proportionantur, vt complexio, ætas, & regimen, & hæ ſunt cauſæ longitudinis & breuitatis ægritudinis. Et adhuc ſunt ægritudines habentes proprietatem ex ſua natura longitudinis & breuitatis. ver. g. vt iuuenis habens cholericam febrem ex pura cholera, & in regione calida, & tempore calido, & cum regimine calido, & complexione calida, dico q̄ hæc ægritudo finietur omnino ante ſeptimum diem. Et è contrario in ſene habente febrem ex melancholia, & in hyeme, & regione frigida, & melancholicæ complexionis, & regimen ei ſimile, dico q̄ hæc febris non eradicabitur vſq̄ ad ſex menſes. Et quando non conueniunt hæc cum ægritudine, erit longitudo & breuitas ſm proportionem multitudinis & paucitatis ab eadem. Sed accidentia ſignificantia breuitatẽ ægritudinis ſunt fortitudo caloris, & pulſus magnitudo & velocitas: & vniuerſaliter omnis fortis ęgritudinis motus à forti prouenit calore: & coloris corporis ſubita permutatio ad citrinitatem, vel ad rubedinem ſubito, vel ad maciem. Sed accidentia ſignificantia

cantia ſuper longitudinem, ſunt his contraria. & mediocria ſignificant mediocritatem inter longitudinem & breuitatem. Sed ſigna ſignificantia ſuper quatuor ægritudinum tempora, quæ perueniunt ad criſim, aut non, hęc ſunt. Scias q̄ ſigna principij ęgritudinis ſunt, quando accidentia ſm vnum modum inueniuntur, & non fortia. v. g. tempora afflictionum tũc erunt æqualia, quemadmodum tempora tunc quietis talia erunt. & de huius tẽporis proprietate eſt, vt nullum digeſtionis ſignum in vrina oſtendatur, vel in ſputo, niſi ægritudo prauior efficiatur. Et ſignum augmenti eſt, quando ægritudinis accidentia accreſcunt, & tunc tempus afflictionis prolongatur, & tempus quietis breuiatur. Sed anticipatio paroxiſmi augmentũ ęgritudinis non ſignificat, ſi cum hoc longitudo temporis, aut fortitudo non adiungeretur. quod eſt, quia quando anticipatio paroxiſmi à fortitudine, & velocitate ægritudinis cauſatur, tũc neceſſario ſequitur longitudo paroxiſmi, & fortitudo. Sed quando cauſa anticipationis eſt digeſtionis aptitudo, & humorum ſubtiliatio, tunc paroxiſmus fortior non erit ergo anticipatio ſola augmenti ſignum non eſt. Et ſignum, quod augmento propriũ exiſtit, eſt digeſtionis manifeſtatio: hoc eſt vt nebula ſuſpenſa in medio vrinæ videatur, aut i ſuperficie ipſius. Et ſigna ſtatus ſunt quaſi ſimilia principij ſignis ſecundum tẽpus, quamuis ſm patientis vires diuerſicentur. & tunc in digerendo complet ſuam actionem natura, cũm in vrina cõpleta digeſtio reperitur. Et ſcias q̄ non eſt neceſſarium, vt in hoc tempore accidẽtia fortia ſint. Et ſi quæſieris quæ ſit cauſa, quare tempore ſtatus natura debilitata digeſtionem oſtendat, & in tempore principij virtus fortis digeſtionem occultet, et his contrariũ ſequi debet, quia fortitudo naturæ debet opponi inobedientiæ materiæ; Reſpondemus, quòd eſt ſemper vna comparatio tẽporis inter agens & patiens. & ſicut forma, & efficiens proprium, et ordinatum tempus habet ſibi ad agendum, ſimiliter materia habet ſibi proprium & determinatum tempus ad patiendum. & quamuis formæ veraciter tempus non attribuatur, ſed materiæ, tamẽ hoc eſt dictum in formis abſtractis. verumetiam in formis relatiuis hoc poteſt dici, quod dictum eſt. Et declinationis temporis ſigna ſunt, quando accidentia alleuiantur, & natura ægritudini dominatur, & paroxiſmi abinuicem elongantur, & breuiores efficiuntur. Et ſicut anticipatio ſola paroxiſmi non eſt ſignũ augmenti, ſic poſtpoſitio ſola non eſt ſignũ declinationis. quod eſt, quia poſtpoſitio à paucitate materiæ fieri poteſt, & à naturæ debilitate.

De ſpeciebus Euacuationum, quæ fiunt in Criſi. Cap. XXXIX.

ET ſpecies euacuationum, quæ in criſi fiunt, ſecundum hunc modum ſunt, videlicet per fluxũ ventris, per vomitum, ſudorem, vrinam, & ſanguinis per nares fluxum, & fluxum hæmorrhoidarum, & & in mulieribus per menſtrua. & aliquando criſis fit p apoſtemata: tamen illa criſis laudabilis nõ eſt, niſi fiãt apoſtemata in ignobilibus membris, & aliquando fit per puſtulas iũcturarum. Et vnaquæq̄ ſpecies iſtarum euacuationũ in aliqua ægritudine propria eſt vt plus: & maxime quando criſis laudabilis eſt. Criſis febriũ cholericarum per vomitum, aut fluxum ventris, aut ſudorem, aut per vrinam fit. Et ſanguinearũ per modum alicuius exitus ſanguinis fiet. & etiam aliqñ à communicatione, quam membrum patiens cum alio habet, iuuatur euacuatio. Sicut apoſtema cerebri criticat pluries per fluxum ſanguinis narium, & per hæmorrhoidarum fluxum. & quod in gibboſitate hepatis, criticat per vrinam. & quod in concauitate eſt, per fluxum ventris terminatur: ſaluo q̄ ægritudo ſanguinea non ſit: aut per hæmorrhoidas, aut per menſtrua, ſi ſanguinea ſit. Sed criſes, quę fiũt per apoſtemata, aut per puſtulas, vt pluſimum in ægritudinibus longis fiunt. quæ quidẽ mortiferæ criſes in fine ſunt propter apoſtemata, quę in mẽbris principalibus fiunt. & propterea præcipit Hippo. in aliquibus iſtarum ægritudinum euacuationem in principijs fieri, ſed non digeſtionem expectare.

De diebus Criticis. Cap. XL.

ET dies manifeſti laudabilis criſis, ſunt dies, qui à principio ægritudinis per quaternariam enumerantur computationem. horum primus eſt. iim. et ſecũdus eſt. vij. eo q̄. iiij. hic vtriſq̄ cõmunicat. & poſt hunc. xi. non cõicans. & poſt hunc. xiij. & poſt hunc xvij. cõicans eſt. & poſt hunc. xx. cõicat. & poſt hos. xxiij. xxvij. xxxi. xxxiij. xxxvij. &. xl. & vltra. xl. ſunt ægritudines croniæ. & quaſi non vltra apparent criſes manifeſtæ. Et ante vigeſimum fiũt per quartanariam computationem. & hoc fit, quia fiunt in quartis, & in quartis antecedentibus iudicãtur. ſicut criſis, quæ fit in ſeptimo, quæ iudicatur in quarto, bono ſigno in quarto apparente, ſicut nebula alba ſuſpenſa. & vndecimus quartumdecimum indicat, & decimus quartus decimum ſeptimum indicat, & decimus ſeptimus vigeſimum indicat. ſed poſt vigeſimum non fit indicatio niſi per ſeptimanas. & iſti dies omnes pro maiori parte laudabiles ſunt, & in eis maior pars criſium fit. Sed ſunt alij, qui in bonorum iſtis propinqui exiſtunt, & ſimiliter laudabiles exiſtunt, qui non criticant propter longos circuitus, ſicut tertius, quartus, & nonus, & decimus tertius, & decimus nonus, & vigeſimus ſeptimus. omnes. n. hi dies nullam habent vim indicationis criſis. ſed nonus pro maiori parte indicat vndecimum. Sed dies, in quibus plurimum fit mala criſis, eſt ſeptimus. & hic eſt peior omnium: & vt plurimũ in eo fit mala criſis. Sed quartus eſt indicatiuus huius, hoc eſt quãdo malum apparet ſignum, ſicut eſt nebula nigra. & poſt illum in malitia exiſtit. xij. & poſt hunc. xiij. & poſt hunc. x. & poſt hunc. xv. & poſt hunc. xvi. et poſt hunc. xvij. ſed raro in. xij. fit criſis. Et debes ſcire q̄ iſtæ criſes à principio ægritudinis computantur: & eſt quando manifeſte in operationibus læſio apparet excepto in pariẽte, quia ab ipſo partu incipere debemus, quamuis ægritudo poſt partum per. xxx. dies ſenſibiliter extitiſſet. & breuiter hæ regulæ dicta Hippo. ſequuntur. Et cecidit diuiſio inter Antiquos in his diebus in malitia, & bonitate. Sed iſti dies approbati ſunt à duobus viris, qui priores in hac arte extiterunt: & ſunt Hippo. & Gal. et creditur q̄ veritatem dicant propter experiẽtiam eorum multam. & cauſa horum per plurimos dicta eſt. Et quod nobis videtur ex hoc, declaratum eſt à nobis ſuper * Accuſam Auicẽ. * quam cõmentati ſumus. Et ſcias q̄ dies iſti, quamuis verificẽtur in criſi, neceſſitatem nõ habent, ſed veritatem habent ſm plus. quia Raſis dicit q̄ expertus fuit in iſtrmaria Reloſan in pluribus decem milium hominũ: & in multis ipſorũ verificati ſunt iſti dies laudati, & in aliquibus dies reprobati liberationem habuerunt. & ſimiliter cecidit in periclitatione. & hoc pro parte eſt cum Gal. & pro parte contra. Et Auencoar ſimiliter, vt Raſis eſt teſtificatus: cui in hac ſcientia debet concedi corona, qui vixit centum & triginta quinque annis, & in quadrageſimo anno in hac arte operari cœpit, & in bono obiit ſtatu, & in habitu ſcientię vidit quanta videre, & cognoſcere

De diuerſitate aſſignationis huius. vide Gale. lib de dieb° Decretorijs i fin. & Hip. de Morb. & lib. de Octor. o et libro de Iud. morb° & i de crãs i d. Aphoriſm. & in lib. de Carnibus & in. 6. Epidemiarũ. five tertij diuiſ & 2. aph. 20. & 4. aph. 60. & 16 eiuſ & 6. eiuſ & in comẽt. 2. aph. 15. & 1. Prog. & 2. Prog. & 10 & primo de diet. acut. & 6. & 10. & Rat. 10. ad Alim. c. 3. & 10. Auic. tract. 2. c. 6.

* Cantica * quæ

Auic. uat cõmodatio.

poſſit.

potuit. ergo sui libri credēdi sunt, & ipsius testimonia. Et res, quas iam scire possumus, quia crisis est propinqua, seu velocitas motus ægritudinis, & furiositas ipsius. Et signa, quæ in vrina apparent, & in sputo, & pulsus fortitudo, & ægritudinis natura, & cōtraria harum rerum, tarditatem crisis significāt: quemadmodū si mediocres extiterint, mediocritatem significant.

De signis significātibus præsentem Crisim. Cap. XLI.

ET signa præsentem crisim significantia sunt accidentia fortia, quæ præcedunt, sicut horripilatio fortis, & oscitatio fortis, iquietudo, & alienatio, & doloris capitis fortitudo, oculorū & faciei rubedo, & anhelitus strictura, & tremor cordis, et pulsus, & colli dolor, & ventris, & labrī inferioris motus, & mordicatio oris stomachi, & tremoris typus, & vrinæ cōstrictio, & stercoris, & fortis sitis, & his similia. Et hæc signa si in nocte apparent, significant crisim in matutinis futuram: & si in die appareant, in nocte proxima crisim futuram significant. Et species crisis cognoscuntur propter humorem, aut sm partem, ad quam mouebitur humor. quemadmodū labrī citatio significat vomitum, & rubedo faciei, & nasi pruritus sanguinis fluxum significabit. Adhuc species crisis ab indicationis specie cognoscetur. quia species crisis speciei indicationis similabitur, & cognoscetur, vtrū per sanguinis fluxum, aut per vomitum, aut per sudorem, aut per similia. His ergo quinque bona crisis cognoscitur causis. vna est, vt in statu ægritudinis fiat. item post digestionem bonam. & vt humor, qui euacuatur, similis sit humori ægritudinem facienti. & in die laudabili fiat. & vt sit bonis diebus indicata.

De signis prognosticantibus Salutem. Cap. XLII.

ET postq̄ locuti sumus de crisibus bonis et malis, & de rebus, quæ pro maiori parte significant in acutis ægritudinibus salutem vel mortem: deinceps loqui volumus de alijs signis prognosticis. & incipiemus à signis prognosticantibus salutem. Et ista signa sunt signa, quæ ab operationibus sumuntur, & ab accidentibus, quæ ab operationibus proueniūt. Et aliquando hæc signa sumuntur ab ægritudinibus, quæ aliās ægritudines sequuntur. Prognostications, quæ ab accidentibus sumuntur, sunt sicut quando facies infirmi propinqua est sanorum faciebus, & maxime facies similis sibi sano existēti eo q̄ sanorum facies diuersificantur multum. & si ita sit, signum est salutis. Et q̄n calor æqualis est in toto corpore, signum est salutis. Et extensio intestinorum absq̄ apostematibus. Et venter mediocris inter crassiciem, et maciem. Et superfluitates ab eo manantes colorem naturalem & substantiam habentes significant salutem, & quōd in partibus ventris non sit apostema, & q̄ bene se contineant virtutes nutritiuæ. velut stercus, vt sit æquale inter grossitiē & subtilitatem, & vt sit coloris aurei. quia tunc est signum salutis illius ægritudinis: eo q̄ stercus significat super bonitatem istius virtutis. Et si vrina sit citrina, & hypostasim in fundo habens albam, & continuam, aut suspensam, signum est salutis: & maxime quando residet in fundo: q̄n talis vrina significat salutem in febribus, & in apostematibus intrinsecis. Sputum albū medium inter grossum & subtile, malo carens odore, & quod facile exputur, in pleuresi, & in peripneumonia salutem significat. Sudor in acutis febribus in die critico in calore temperatus, in toto equaliter existens corpore, albi coloris, & malo carens odore, salutē significat. Fluxus sanguinis narū in febribus sanguineis, in apostemate cerebri, & itestinorum in die critico salutem significat. Et signa, quæ ab operationibus sumuntur, sunt in ægritudinibus acutis bonitas rationis, & sensuū claritas: bonitas decubitus, & motus: anhelitus tēperatus, non rarus, nec spissus, nec interpolatus: & pulsus fortis, & paucam habens permutationem: & bonus appetitus. sunt signa salutis, quia bonitatem omnium virtutum significant. Sed signa salutis, quæ ab ęgritudine sumuntur superuenienti, sunt vt superueniens sit contraria causis antecedentis, aut vt ipsa moueat causam ęgritudinis præambulæ ad partem diuersam. Exemplum primæ est febris spasmo repletionis superueniens: propterea quia causa faciens febrem, vel ipsa febris causæ facienti spasmum resistit. Similiter febris superueniens dolori vētris, & ad viriditatē, stante pulsu debili, morsicina est. Et si nigredo adsit cum fortitudine pulsus in die critico, salutem significat. Et similiter quando sanies in illis locis fuerit, aut apostema, salutē significat. Et quando in carne primo apparuerit pustula rubea, deinde ad viriditatem, vel nigredinem conuertitur, signum est malum: quoniam iam extinctionem caloris innati videtur significare. Et si in ægritudinibus acutis apparent in superficie carnis minutæ pustulæ ad similitudinem granorum milij, signum est malum: quia signum est, q̄ materia paucam digestionem recipit. Et dicit Hippo. icteritia veniēs ante septimum diem in acutis febribus, malum est. Reprobatum est experientia in omnibus nostris terris. & si veniat in quinto die, laudabile multum est viua ratione, & maxime in tēporibus calidis, & corporibus calidis. Et hæc est sententia collegiorum Medicorum omnium Persarum, & Indię maioris, & pro maiori parte illorum de Antall. et possibile est, q̄ istud quod dixit, locum in Grecia habuit: quia terra illa hac frigidior existit. Et istud, quod dixit Hip. q̄ erat signum malum, est ideo, quia hæc est vna ex rebus, ex qua prouenit crisis. & omnis crisis veniens ante digestionem, est malum. & possibile est q̄ videri in terris suis crises uenientes per icteritiam ante septimum esse malas, & sine digestione. Et significatio, quæ sumitur à rebus exeuntibus à corpore, hęc est: sicut stercus nigrum, & viride, & fœtens, & cum pinguedine in febribus acutis: quia hæc mortem significant. quod est, quia nigrum aduſtionem, pingue membrorum liquefactionem, fœtēs corruptionem humorum significat. Et in acutis stercus album & liquidum malum est: eo q̄ significat digestionis debilitatem: & quia cholera ad partes superiores ascēdit. & similiter est in vrinis in hac febre. item album stercus futuram icteritiam significat. Sed stercus habens colores varios super longitudinem ægritudinis habet significare, & super abundātiam diuersorum humorum. & si causa medicinæ fuerit, salutem pronunciat in qualibet ægritudine. Et si in principio exterit cholera nigra, siue superius vel iferius, mortem significat: eo q̄ cūm talis humor apparuerit à principio ægritudinis, significat aut super abundātiam ipsius humoris, aut super debilitatē virtutis, aut vtrunq̄. Et dysenteria proueniens à melancholia, aut acetositate mortem denunciat. Quando stercus cholerę pure assimilatur, malum est cum appetitus defectu. Similiter casus appetitus cum sanguinis fluxu malū. Nigra hypostasis in acutis febribus mortem significat. Eodem modo vrina aquosa & subtilis perseuerans in pueris, mala est. quod est, quia corū naturalis vrina debet esse grossa. Vrina aquosa in ægritudinibus acutis mortem denunciat. & vrina turbida, quæ nō clarescit, mala est: eo q̄ significat supra fortitudinem extranei caloris, aut vigiliarum. Vrina furfurea, & laminosa i acutis febribus mala est, si vitium renum, aut vesicæ non affuerit quia membrorum liquefactionē significat. Et signum discretiuum inter vtrunq̄ est renum, aut vesicæ dolor, & vomitus niger, & screatus existit malus. & si cū hoc fuerit fortēs, mortē habet significare. Sudor in die non critico apparens, ex quo febris alleuiationem non habet, malum est. & si cum hoc est frigidus in ceruice, & capite, malum est. & si in capite solo pelor: quia lōgitudinem ægritudinis significat in lenta, & in acuta significat mortē. Sanguis guttatim exiens de naribus, paucus, & niger in causo mortem significat. quod est, quia magnitudinem apostematis dicit esse in cerebro. Hęc sunt signa accepta ab operatione. Quādo oculi lumen effugient, & inuoluntarie lachrymauerint, signum malum erit. Et si veloces fuerint, et rubicundi, & vnus altero minor apparuerit, signum est mortis. Et rubedo oculorum iterum super spasmum cerebri habet significare. Et eodem modo, quando labia astringūtur. Et quādo ifirmus à capite ad pedes se iactauerit, mortis est signū: quoniam intolerantiam virtutis denunciat. & vniuersaliter quandocunq̄ infirmus non steterit ad modum sani, signum est malum. & similiter quando vult sedere, saltando sedet. Et eodem modo, quando se adhæret, capiendo, seu sustentando se vbiq̄, signum est mortis. Et quando infirmus non audit, nec uidet, cum debilitate virtutis, signum est mortis proximæ. Et quādo anhelitus interdum fortis, & quandoq̄ occultus fuerit, malum est: quoniam perturbationem mētis significat, qa eorum consuetudo est. & cum fuerit anhelitus eius intercisus, est signum malum: quoniam spasmum in musculis pectoris esse denunciat. Et somnus, quādo lęsionem, vel dolorem inducit, signum est malum. Et signa, quæ ab ægritudinibus præcedentibus sumuntur, sunt sic sumenda. quia quando noua ægritudo præcedente fortior erit, aut in membro nobiliori, signum est malū, sicut si in synanchia in quarto die humor ad pulmonē descendat, patiens in septimo morietur. Et similiter eius ægritudo, significans ægritudinem, vel fortitudinē causæ efficientis ægritudinem, mala est: sicut repletio reumatis in capitibus phthisicorum mala est, & singultus in ægritudinibus acutis, qa spasmū significat. & aliq̄n accidens superueniens opponit ægritudini præcedēti, sicut hydrops festinantibus post febres acutas.

De signis uniuersalibus Ægritudinum membrorum intrinsecorum. Cap. XLIIII.

DEinceps volumus loqui de signis ęgritudinum membrorum intrinsecorum. Et dicemus quod iam dictum est superius, q̄ hic tria requiruntur, vt membrum ægrum, & quiditas ęgritudinis, & causa ægritudinis. & causa hic intelligitur differentia ægritudinis, hoc est ipsius proprietas. Et ea, quæ istas res significant pro maiori parte sunt accidētia, quæ actionibus & passionibus membrorum superueniunt. & hæc apparent aut in corpore, aut in superfluitatibus corporis. Sed accidentia quæ dicta sunt, pro maiori parte super ęgrum membrum significant solum, quādo illa actio, aut passio membro, cui superueniunt, est illi propria: sicut casus appetitus ægritudinem oris stomachi significat. Sed si illa accidentia illi membro nō sunt propria, illud membrum ægrum non significant. sicut priuatio motus digiti non significat proprie ægritudinem solum in digito esse. quod est, quia potest esse propter ægritudinem nerui ad aliud membrum venientis. Item possibile est vt accidens actioni membri superuenientis membrum ægrum, & ægritudinem significat. & hoc accidit, quia hoc accidens proprium ambobus existit.

sicut

Ex aphoris. 2. par. apho. 49.

Ex aphoris. 2. par. apho. primo.

Ex pgnost. lib. 2.

sicut dolor acutus pungitiuus panniculosum membrũ ægrotare facies, significat q hunc dolorẽ efficit humor cholericus. Et oxyregmia, quæ cum magna ventositate egreditur, significat q ægritudo in ore stomachi existit, & humor frigidus huius causa existit. Et mẽbrum existẽs supra dorsum corporis membri, in cuius opposito sentitur ægritudo, signum est supra membrum læsum in tempore, quo erit passio membri læsi. sicut dolor, qui est super hypocondrijs, significat q egritudo est in stomacho. Et illud, quod non est proprium signum, est sicut dolor ilij, qui potest esse vt sit ægritudo colica,
Vide. 1. de Locis affec. aut ægritudo renum. Et exeuntia à corpore similiter super ægrum membrum habẽt significare à parte quantitatis, & forma ipsorum. A forma, sicut corpuscula, pilus, & similia super ægritudinem renum, & squamosum super ægritudinem vesicæ, sine febre corpore existente. Et significant à parte quantitatis, sicut magni annuli exputi cum tussi à pulmone prouenire significãt: & parui à fistulis ipsius oriri significant. Itẽ exeuntia à corpore significant ex parte loci, aut à modo exitus ipsorum. sicut à sanguine ab ano existente, quia significat q ægritudo est, aut in intestinis, aut in hepatis concauitate. & si per viam vrinæ egreditur, ægritudinem in gibbo hepatis, aut in renibus, aut in vesica significat. Et significatio quæ à modo exitus sumitur, est sicut sanguis exiens cum tussi, qui à pulmone cognoscitur venire. & si cum rascatione egreditur, à colatorio venire significat. Adhuc similiter dolor, & pulsus super membrum ægrum significant, quamuis hęc sint ex genere accidentium actionum superuententium: saluo q illorum actiones diuersificantur sm diuersitatem regularium vniuersalium, & particularium. Et ferrinus pulsus significat q ægritudo in membro est neruoso. & undosus significat ipsam in membro carnoso. Sed quando dolor pungitiuus, & à latere mouetur, significat morbum esse in mẽbro panniculoso. & si est lentus, significat ipsum in mẽbro carnoso. & si est pulsatiuus, tunc in membro arterioso ipsum esse significat. & si est latitudinalis sine pũctione, significat ipsum esse in mẽbro non ossuoso, nec in neruoso, sicut est in splene & hepate. et si extenditur in latitudinem, significat ipsum in neruo, aut vena esse. & si assimilatur fixioni corporis grossi fixi, significat q est in lumbis, aut grosso intestino. & si sit frangitiuus, in membro ossuoso esse significat. Isti sunt modi, quibus membrum ægrum potest cognosci. Actiones vero proprias alicuius iterare hic non oportet, ga tu hoc scis in libro Sanitatis. Sed quod hic est optimum, sunt aliquantæ distinctiones eorum, quæ ex corpore egrediuntur. & dicimus q exeuntium à corpore sunt duæ species. vna est, cuius exitus est naturalis: sicut vrinæ, stercoris, & sputi. & alia est, cuius exitus naturalis non est: sicut sanguis, & quorundam membrorum partium.

De his, quæ egrediuntur à corpore, quæ ægritudines significant. Cap. XLV.

ACcidentia vero exitus eius, quod exitum habet naturalem, non significãt pro maiori parte nisi quiditatem ægritudinis, vel causam. & iam de illis secuti sumus. Sed res, quæ exitum non habent naturalem, significant membrum ægrum pro maiori parte. & quod hic dicere volumus, est signum exitus sanguinis. Et dicimus q sanguis exiens, aut exit à superioribus partibus corporis, aut à partibus inferioribus. Et qui à partibus exit superioribus, aut exit per os, & cum sputo: aut cum rascatione, & à colatorio prouenit: aut à stomacho, & hi aũ vomitu: aut à pectore, vel pulmone, & fit cũ tussi. Sed qui à pulmone prouenit, est quattitate multus, & simul & semel prouenit, & sine dolore, & est arterialis. Sed qui à pectore prouenit, est cũ dolore, & est paucus, & simul & semel nõ exit, & colorem sanguinis pulmonis non habet, excepto q ab aliqua exeat arteria: & in eo sunt guttæ coagulatæ. Et aliquando à capite descendit, & mouet tussim. & autumant alii qui vt à pulmone descendat: sed ab eo diuersificatur in substantia & colore, quia pro maiori parte est sanguis coagulatus. & adhuc significatio sumitur à signis repletionis cerebri. Et aliquando à gutture prouenit, & cognoscitur per dolorem spatularum. Sed sanguis, qui à partibus inferioribus corporis egreditur, aliqñ ab orificijs venarũ ani egreditur. & natura hoc vtitur per viã euacuationis, qñ nimia quantitate, aut qualitate exuberat. & hoc cognoscitur ab accidentibus orificiorũ ani euenientibus. & hoc idem si superfluat, non est laudabilis. Et aliquando per eandem viam egreditur sanguis propter apostemata, aut intestinorum vlcerationẽ, aut propter virtutis hepatis debilitatẽ, aut pp malã sanguinis qualitatẽ, quã natura beneficio mũdificationis expellit. Et communicat sanguis exiens ab intestinis, & propter debilitatem hepatis in hoc, quia ambo lotura carnis assimilantur. Et proprium signum in intestinorum vlceratione est dolor sensibilis in membro ægrotante, & q paulatim sanguis egreditur, quia superfluitatibus est admixtus. Item qui ab hepate prouenit, ab accidentibus proprie debilitatem hepatis significantibus cognoscitur, & sine dolore est. sed quod expellit hepar propter malitiam ipsius, cognoscitur per colorem, quia est sanguis niger adustus. Sed sanguis, qui ex vnis vrinæ egreditur, aliquando à vesica prouenit, aliquando à renibus, & aliquando ab hepatis gibbositate. Et qui ex renibus exit, egreditur propter duas causas, aut propter venæ apertionem, aut propter ipsorum renum scissuram: sicut accidit ꝓpter lapides in eis generatos: quia multotiẽs in eorum substantia generatur, sicut dicit Gale. & postea lacerant lapides ipsorum carnes, & egrediuntur. & quãdo hoc accidit, dolor incipit in loco ipso, & durat quousq virtus expulsiua expellit ipsos. & vt plurimum generatur in concauitatibus ipsorum propter separatiuæ virtutis debilitatem, quæ separare non potest aquosam partem, ex qua renes nutriuntur à parte terrestri. Et aliquando generatur propter virtutis assimilatiuæ debilitatem, quæ partem, ex qua mẽbrum nutriri debet, non potest assimilare, & sic ad lapidem conuertitur, & non ad partem renum: aut vesicæ conuersionem habet. Et hoc accidit propter fortem caliditatem & siccitatem, aut propter frigiditatem & siccitatem: sicut accidit in superfluitatibus, quæ in aquæ canalibus colliguntur. & aliquando accidit propter grossorum ciborum, & terrestrium usum. et aliquando hæ causæ omnes insimul aggregantur. Item adhuc sanguis ex renibus egreditur propter virtutis nutritiuæ debilitatem. quod est, quia nutriri non possunt ex humiditate sanguinea in eis existẽte. Sed harum passionum differentiæ hæ sunt. quia quæ à debilitate renum causatur, ab accidentibus renibus superuententibus cognoscitur: sicut à colore, qui eis accidit propter malam complexionem, & totius corporis maciem, & coitus debilitatem. Et differentia illius sanguinis, qui fit propter apertionem venæ, ab eo, qui propter virtutis nutritiuæ fit debilitatẽ, est, qa qui egredit propter venæ apertionem, ponit vrinam talem, qualis fit sanguis ab ipso rei principio. sed qui à debilitate prouenit renum, lotura carnis assimilatur. & hoc idem in principio valet, nec q subito apparet. Et differentia inter sanguinem ex

scissura

scissura venæ prouenientem, & sanguinem ex orificijs exeuntem, est, quia qui ex orificijs egreditur, sine dolore est, quemadmodũ sanguis ex naribus exiens: & qui ex scissura, exitum cum dolore habet. Item qui ex vesica prouenit, semper cum dolore egreditur. quod est, qa sanguis ex hoc membro vt plurimum egreditur propter humores acutos ipsum lacerantes. Et qui à gibbositate hepatis egreditur, ab accidentibus debilitatem hepatis denotantibus cognoscitur. Sed accidẽs, quod fluxus ventris nominatur, quanq̃ de eo Gal. sufficienter nõ sit locutus: declaratum tamen est in Ægritudinum libro, q sit ab intestinorum hepatis, & stomachi debilitate, & aliquando à debilitate membrorum totius corporis. & cum hic dico debilitatem, malã membrorum sine materia complexionem intendo. Et similiter propter malam complexionem materialem hæc accidẽtia fieri possunt: hoc est propter materiam in quolibet istorum membrorum, aut in pluribus collectam. & tunc hæc mala complexio solum membrum ægrum non significabit, sed etiam ipsius causam denotabit. Et incipiendum est à signis, quæ quãdo huic euacuationi conIunguntur, membrum hoc ægrum significant propter ipsorum dũas. Et dicimus q dũa, quæ est iter fluxum ventris, q ab ægritudine materiali fit in aliquo mẽbro, vel in pluribus, & inter fluxũ, qui ab ægritudine fit nõ materiali, est, quia ille, q ab ægritudine fit materiali, habet manifestum exitum humoris ipsum facientis cum egestione. et si fit sine materia, non sic manifestatur. Et debes scire, q si à stomacho prouenerit, ab accidentibus stomacho superuenientibus, quòd manifestatur stomacho habẽte complexionem malã materialem, aut non materialem. & cum hoc penitus coniungitur mora cibi in stomacho pauca. quod est, quia q à stomacho prouenit, est propter vnam duarum rerum: aut propter virtutis expulsiuæ festinationẽ, vt citius expellat: aut propter retentiuę debilitatem, vt non retineat. & quodcũq horum fuerit, necesse est vt pauca cibi in stomacho fiat mora. Et aliquãdo accidit, vt fluxus ab intestinis proueniat, sicut dictum est: & hoc ab accidentibus intestinis superuenientibus cognoscitur: & quia in stomacho causa festinantiæ supradictæ non est, sed in ipso cibus tempore naturali moratur. Et qui ab hepate aut venis prouenit, aut ab aliquibus alijs membris prouenit, vt à capite, & his similibus, cognoscitur si materialis est. similiter à signis significantibus dominium humoris in membro, & ab accidentibus illi membro proprijs, aut ab ipsius operationibus. Auençoar enim testificatur de illo, qui fluxum chronicum patiebatur, q fluxus iste in hora somni fortificabatur, & in hora vigiliarum aleuiabatur. & per hoc arguebat, q humor hoc faciens esset in cerebro: & suam intentionem in curando cerebrum adhibuit, et curatus est. Et ego eandem rem isti similem feci in quodam fluxum ventris patiente: quia medicatus à multis Medicis, & à me longo tẽpore fuit, & nihil proficut habebat, ita quòd de ipsius salute desperaui, sed ipsum visitabam sicut amicum. & qa magnus erat, tandem percepi vnum ex suis brachijs, alio frigidius, & macrius: & autumaui ob hoc, q fluxus ab illo brachio ortum habuit: eo q virtutes ipsius membri, attractiua, & digestiua deperditæ essent propter malam complexionem frigidam non materialem super ipsum dominantem. Et ego intentionem meam ad illud membrum calefaciẽdum apposui: cum fricationibus, balneis, & similibus localibus reducere bonam & naturalem humiditatem conatus fui: & postea mẽtem apposui, vt calorem naturalem, atq humiditatem hãc cum rebus conuenientibus conseruarem, donec ipsum ad oẽs suas virtutes naturales reduxi, nec medicinam propriam aliquam fluxui propriam facere curaui. & propter hãc rem breui tempore curatus est. Sed fluxus, qui fit propter oppilationem, quæ fit in mesaraicis venientibus ab hepate ad intestina, significatur per chylũ exeuntem cum egestione: quamuis tardet in stomacho, & intestinis tempore naturali, aut propinquo eidem: & quando hoc accidit alicui, fit et inacies tempore breui, ita q breuiori quàm alijs fluxibus accidat. Sed quando ægritudines istæ componuntur, difficile est eas cognoscere. Et scias q maior pars istorum signorum conIecturabilis est. & propterea volens ista cognoscere indiget acuto ingenio cum perseuerãtia perscrutationis: & quando æstimabis vnum, incipe eleuare cum medicina leui fm ęgritudinem, quam opinatus fueris. & si lucratus fueris ex hoc, continua medicinam: quia tunc scies q opinatus es verum. & si non, dimitte. Sicut qñ credideris q causa fluxus sit oppilatio, dabis res aperitiuas. & si lucratus fueris, tenras hanc medicinã, & credas q hæc opinio est vera. & si non, incipies citò restaurare illud, quod tecisti cum medicina illa. Et opinãtur quidam Medicorum q hæc oppilatio sit de genere supposito ægritudinibus, & causis ægritudinum. Et si credideris q causa ægritudinis sit caliditas. studebis curare cum rebus parum frigidis. & si videris, q prodeunt, credas pro certo tuam opinionem, & incipe ægritudinem leuare. Hæc sunt illa, propter quæ cognosces membra læsa. Et quædam cognosces per accidentia mẽbrorum communicantia cum mẽbro læso, sicut tussis, quæ accidit causa pleuresis, aut causa apostematis hepatis, aut tractione ollis trachea tracti causa apostematis hepatis. sed hæc signa nõ sunt propria signa læsionis mẽbri, nisi contingantur alia signa cum eis: sicut tussis, & rascatio, quæ non significat super pleuresim, nisi sit ibi dolor pũgitiuus lateris, & febris cõtinua. Adhuc scias q in quibusdam membrorum ægrorum est ægritudo per se primo, et in quibusdam propter aliorum mẽbrorum communicationem fit. & cognitio ægritudinis, quæ propter colligantiam fit membrorum, est q membrum compatiens propter augmẽtum, vel diminutionem ægritudinis membri per se ęgri aggranatur, aut aleuiatur. v. g. quia vertigo, & aliq capitis ægritudines, quæ augmentantur, quando stomachus nauseat. aut quando corruptos in se continet humores, aut quando à cibis vacuus non est: tunc dicere debemus, q hoc non accidit capiti, nisi propter cerebri ad stomachum colligantiam. Et adhuc hoc indiget perscrutatione. qa possibile est, vt alicuius membri ægritudo propter alterius membri ægritudinẽ accrescat. aut esse potest, vt in vno membro sint ægritudines plures: quarum vna est sibi propria, & prima, & altera propter alterius membri colligantiam. Et aliquando ægritudo, quę propter colligantiam fit, pp propriæ ægritudinis augmentũ recipiet crementum: & autumabit forte quis quòd propter colligantiam solam hoc prouenire possit. Item adhuc esse potest vt duæ ægritudines propter colligantiam esse possint: vt ægritudo cerebri propter stomachum, & ægritudo stomachi propter aliud membrum. Et ne in hunc errorem decidat speculator, oportet vt circa hoc pluries perscrutetur. & quando eius opinio super aliquam istarum fuerit firmata, tunc remotionem ipsius cum medicina æqualitati propinqua attendet, hoc est cum medicina ad aliquam extremitatum, non multum declinante. Et si experientia hoc ipsum inuenerit, & perpendat, in ipso perseueret.

& si non, ad aliam opinionem se conuertat.

De signis

De *signis Aegritudinum, & causarum ipsarum in generali.* Cap. XLVI.

ET positō nos de rebus vniuersalibus fuimus locuti, per quas membra ægra cognoscere possumus, deinceps loqui volumus de rebus, per quas ægritudines, & ipsarum ægritudinū causas cognoscamus. Et dicimus q̄ rerum, super quas nos oportet adducere signa vniuersaliter, sunt aut mala complexio materialis, aut non materialis. Et signa, quæ malam complexionem materialem significāt, vt dictum est, sunt illa, quæ dominationem humoris significant, aut in toto corpore, aut in vno membro ægro. Et adhuc similiter, vt dictum est, ea quæ ex corpore egreditūr, humorem facientem malam complexionem materialem significantisicut vomitus, & egestio, aut sputum. & hæc sunt signa conuenientia super genus causæ operatiuæ. & de his iam locuti fuimus. Et rascatio rubea signat ēt super causam, & speciem operantem: sicut rascatio rubea significat fortitudinem sanguinis, & viridis fortitudinem humoris combustī. & ideo significat in ægritudinibus pectoris mortem. Et rascatio bona est alba, plana, æqualis, & quæ cū facilitate expuitur. Et apostemata significant demonstrationem super humores operantes ea per signa significātia super fortitudinem humorum. Et dolor significat super causam, quæ operatur: ideo q̄ dolor acutus significat q̄ humores sunt calidi: sed dolor martellinus, & dolor similis punctiōi acus grossæ non sunt nisi ex humoribus frigidis, sicut dolor colicæ: aut causa humoris lapideati, sicut accidit in renibus causa arenularum. Et apostemata similiter ex signis causarum facientium manifestantur. & q̄ pulsus in re apostematum signum habet proprium, ob hoc de ipso nunc loqui disposuimus. Et dicimus q̄ apostematum calidorum pulsus tensus est paruus, velox, spissus, varius varietate fortia. Et tensio vero fit propter materiam organum extendentem. paruitas vero propter durticiem, & organi asperitatē fit. velocitas, & spissitudo propter recompensationem fortis magnitudinis fiunt, quam amittit. fortitas vero fit, quia virtus organum extendit: quia & non est organum obediens, & ipsius partes non æqualiter extēduntur. & ob hoc vna alteri resistit: & propterea ille motus ferræ motui assimilatur. Sed apostematum cholericorum pulsus spissior sanguineorum pulsu est, propter ipsorum fortitudinem caloris: & magis ad fortitatem declinat, eo q̄ cholerę siccitas indurat membrum. Sed apostematum phlegmaticorum pulsus paruus, & rarus, & tardus est, propter fortitudinem frigiditatis, et virtutis debilitatem. & indispositio fortia omnino nō existit propter humoris facientis humiditatem. Sed humorum melācholicorum apostematum pulsus durus est, & asper propter humorum siccitatem, & est tardus, & rarus, & ad fortitatem manifeste declinat, & cum his omnibus est occultus, & rarus. Et de rebus, per quas cognoscuntur apostemata, quę fiunt in principalibus mēbris, est febris. & ideo hæc est vna de rebus, quæ ostendunt de apostematibus, quæ consueuerunt facere fatiem: quia apostema, quod non facit fatiem, non habet calorem extraneum, sicut apostemata, quę sunt causa ventositatis, aut duricīei. Sed membra, in quibus visibiliter manifestantur, sunt cerebrū, hepar, stomachus, & intestina gracilia, & splen, & renes, & vulua, & vesica. Ista sunt genera signorum, per quæ species ægritudinum cognoscūtur ām regulam huius artis vniuersalē. Et si ego non recolerem signa, & cursum, qui currit in hac arte, hoc est dicere, si ego non cōsyderarem in vnoquoq̄ membro consyderationem propriam, tunc consyderatio vniuersalis sufficere videret: sed volo sequi vestigium Gal. ad maiorem cautelam, s. ad loquēdum de rebus particularibus: eo q̄ hæc est via quæsita in hac arte. Et nos narrabimus ægritudines membrorum manifestorum, & narrabimus signa significantia super ipsa cum cautela, & complemento verborum particularium, quæ cū vniuersalibus dici non possent. Et etiam, quia multa signa ex his cùm accipiūtur particulariter, non sunt signa: eo q̄ plus apprehendunt quàm ægritudo ipsa, vel quàm membrum ifirmum. Et propter hoc necessarium est loqui super omnia accidentia, quę sunt propria vnicuiq̄ ægritudini. verbi gratia, quia dolor pungitiuus in latere cum febre, & tussi, & pulsu serrino signū est apostematis diaphragmatis. Sed maior pars ægritudinum membrorum interiorum, quæ indigent demonstratione, sunt apostemata, vel mala complexio materialis, vel non materialis. Sed secundum Gal. consyderationem in res particulares narrare oportet. Sed de his breuiter dicemus, ægritudines membrorum proprias narrantes signa super eas significantia ostendemus, à cerebro incipientes. Dicimus q̄ omnes malæ complexiones eidem superuenire possunt, vt calidę, frigidæ, siccæ, & humidæ. & vniusciuusq̄ istarū signa significantia dispositionem plenius ostendentur: sicut oculorū rubedo, & faciei, & actualis calor dominium sanguinis, aut humoris calidi significat. Et proprietas malæ cōplexionis calidæ aut frigidæ est, vt eidem dolor coniungatur, tamen in complexione calida fortior existit. sed humida vel sicca dolorem nō efficit, nisi parum. Sed quando est sola humiditas, tunc sola grauitas sentitur. & humida complexio cerebri cognoscitur à capitis grauitate, & à multo somno, & à sensuum capitis hebetudine. Et siccitatis signa his existunt contraria. Et possibile est vt complexio adueniens capiti sit principaliter adueniens ex capite. Et possibile est, vt ab alio veniat membro: sed pro maiori parte accidit causa stomachi. & signum huius est, quoniam soda promouetur, quando angustiatur stomachus ad vomendum, vel quando à cibis vacuus existit, aut quando cibaria corrupta sunt in stomacho. & istud est generale. quoniam dolor capitis augmentatur, quando augetur stomachi ægritudo: & minuitur, quādo minuitur. Et possibile est, q̄ accidat ex colligantia duarum venarū, quæ nominatæ sunt in Arabico guideç, & sunt venæ sommiq̄ accidit in capite dolor, qui dicitur hemicrania. & signum huius est signa significantia repletionem occipitij. Et possibile est vt accidat ex colligantia totius corporis. & signum huius est signa significantia repletionem vniuersalem. Et cerebro aduenire possunt omnes species apostematum calidorum, & frigidorum.

Et aliquando membrum ægrum cognoscitur, & ægritudo à propriis ipsius operātionibus in ipso: sicut in ægritudine fixa in cerebro cōcomitantur alienationes, quæ diu continuantur cum eo. q̄ si propter colligantiā alterius membri existant, sicut accidit propter apostema diaphragmatis, concomitantur alienationes, quæ non continuantur cum eo. Item accidentia, quæ sensibus aduenient, sunt cognitionis species ægritudinis membri proprię: sicut apostema cholericum in cerebro factum malas præbet cogitationes, & quasi festucarum de pannis euulsionem adducit, & vigiliarum multitudinem, & cum mala dispositione de somno excitātur. Et quod ex sanguine fit, minus vigilare facit, q̄ illud, quod de cholera fit: & habet risum, & lætitiā. sed quod à cholera fit, sequetur ira, & furor. Sed quod de melancholia fit, & illud alienationem sensuum promouet: excepto

excepto quòd timor, & planctus hoc concomitantur. Sed quod ex phlegmate fit, corruptionem animalium virtutum præbet, & non intendit facere malum. Sed signa propria dominij humoris apostema facientis in cerebro sunt sicut rubedo faciei & oculorum, & caliditas tactus, & fortitudo pulsus. quoniā ista significāt abundantiam sanguinis: & maxime quādo associabitur eis regimen conueniens, sicut ętates, complexiones, et tempora. Et non quæras vt rememorem tibi signa multotiens: quoniam rememorari debes eorum, quæ tibi dixi. Et pulsus super apostemata significans habet à sua proprietate varietatē tremoris. quod est, quia est in mēbro panniculoso propter certamen, quod est inter virtutem & organi extensionem. Et hoc accidens in apostematibꝰ calidis plus manifestatur. In apostematibus vero phlegmaticis, & melācholicis mollicies. & humiditas, quę est in apostematibus phlegmaticis, quasi vincit ferrinam dispositionem, quam à parte membri consequi debet. Et pānículi, qui in cerebro apostemantur, sunt pia mater, & dura mater, & aliquādo ipsa substātia cerebri apostematur. & hoc maioris est periculi, & fortiora habet accidentia. quod est, quia ex hoc consequitur paralysis, aut apoplexia. Et dicit quòd aliquando cerebri rete apostematur. & hoc sequitur dolor pulsatiuus propter arteriarum multitudinē. & ipsius propria signa sunt albi oculi, fortis rubedo, & palpebrarum grossities, et motus difficultas. et febris, ut dictum est, propria in istis apostematibus existit: sed tamen in apostematibus calidis est acuta, & in mollibus est lenta. Hæ sunt ægritudines, in quibus necesse est inducere demonstrationem, & proprie in ægritudinibus cerebri. Sed epilepsia, & apoplexia, & similes ægritudines neruorum, omnes istę ægritudines sunt manifestæ sensui. & iam diximus earum causas in libris Ægritudinum. Et quæ remanent loqui, sunt signa, quæ sunt propria cuiusque causæ causarum ægritudinum. Et hoc inuentum est in eis pluribus ex causis. & est inuentum in eis ex colligantia aliorum membrorum, sicut est relaxatio. quia iam declaratum est in libro Ægritudinum, quòd humor qui facit, est causa phlegmatis: & potest esse quòd sit causa melancholiæ. Sed si est ex aquositate, aut ventositate, in hoc est differentia inter Medicos: etsi potest esse, vt sit in cerebro principaliter, et ex colligantia aliorum membrorum. Sed cognoscere ista signa maxime potest sciri per præterita: quia istæ ægritudines eueniunt pluribus de causis. Ecce quæ significant super ipsa, sunt signa, quæ significant super abundantiam humoris. & quòd eius, quod inuenitur ex colligantia alterius membri * dicta sunt, iam fit via, per quam demonstratur. & hoc est, quòd ægritudo multiplicatur in membro ex colligantia, & minuitur ex minoratione. & iterum quia membro læso non stat fixa ægritudo. & ideo, quia omnia ista accidentia manifestant quòd hæ ægritudines non sunt in membro principali. Et scias quòd differentia, quæ inter ægritudines materiales & non materiales existit, est, quia materialis dominium illius humoris ostendit. & quæ prima essentia à non materiali existit, si causa hoc efficiens à rebus exterioribus causetur, hæc erit malitia pauca, & perseuerantia erit breuis: sicut dolor capitis, qui à calore prouenit Solis, & sicut ægritudo, quæ nominatur terabi, quæ ab aere serenissimo, qui mēbra nutritiua læsit, contingit. & quæ mala cōplexio à secūda existit essentia, est sicut spasmus, aut & hectica, quæ à nimia siccitate fit. & hæc spasmi species ab alijs spasmi speciebus diuersificatur: quia paulatim aduenit, & eius timor est magnus. Hæc sunt signa ægritudinis.

De *signis ægritudinum* Oculorum. Cap. XLVII.

INcipiamus nunc signa ęgritudinis oculorum. Dicamus quòd hæ ægritudines sensui visus manifestantur. & in hoc non indigemus nisi cognitione causę. & hūc meum sermonem complebo, cùm de oculorum medicatione sermonē ordinabo. sed hic dicam signa, quæ cognitionem ægritudinum oculorum manifestant. Hęc ęsio est, quæ aduenit neruo, per quem ad oculum spiritus currit animalis, aut quæ eidem accidit spiritui. Et neruus, qui ad oculum dirigitur, lædit aut mala complexione materiali cum apostemate, vel oppilatione: aut propter malam complexionem sine apostemate, vel oppilatione. Et signa malæ complexionis cum apostemate in oculis sunt manifesta: sicut pulsatio, rubedo, & calor. & signa oppilationis sunt sola grauitas. Et signa malæ complexionis oculorum manifestantur, secundum quòd omnis mala complexio manifestatur. Et oppilationes, quæ in eo sunt, fiunt sicut ægritudo, quæ nominatur abinnasal: & est oppilatio facta inter corneam & humorem crystallinum. & hæc oppilatio apparens est. Hanc vero ægritudinem præcedit vaporum eleuatio ad partes superiores. Et potest esse vt isti vapores propter colligantiam stomachū ascendant, quos stomachus transmittit cerebrot & etiam possunt à solo cerebro eleuari. Et differentia inter istos est, quia vapores à stomacho venientes crescunt, & decrescunt propter bonitatem digestionis stomachi, & malitiam ipsius. Sed quando à cerebro fiunt, in sua fixione firmantur. tamen & in eis, qui à cerebro fiunt, aliqua additur malitia propter stomachi malitiam. Et dicunt quòd vapores à stomacho ascendentes ambos oculos æqualiter turbant. Sed oppilatio, quæ propter decursum aquæ superioris aduenit, vt plurimū vni soli oculo accidit.

De *signis ægritudinum* Aurium. Cap. XLVIII.

ET auribus etiam fit ægritudo propter duas species malæ complexionis, vt materialem, & non materialem. & fiunt in ipsis apostemata, & oppilationes, & dolores, & generaliter ægritudines, quæ sunt omnibus alijs membris generales, dolorum, & apostematum, & pustularum, & similium. & hæc signa sunt signa propria ęgritudinum ipsarum. Et signa calidi apostematis auricularum sunt dolor infixiuus grauistquia membrum est neruosum, & chartilagino sum: & pulsus serrinus. Et scias quòd maior pars humorum facientium talia apostemata est humorum subtilium propter obtusitatem, vel duricīem substantiæ ipsorum membrorum. & aliquando cum his apostematibus fit febris continua: & maxime quando apostema est in radice loci nominati sumach. Et maior pars ægritudinum, quæ fiunt in aure, est exuffiatio, & tinnitus, propter intus vētositatis expulsionem & inclusionem. & dicitur, quòd hoc esse, potest acuitate sentiendi. & demonstratio super hoc est, quòd ibi non est signum superabundantiæ humorum.

De *signis ægritudinum* Nasi. Cap. XLIX.

NAso superueniunt oppilationes. & apostemata cum complexione mala materiali, et nō materiali. Et propria apostemata in ipso sunt, quæ deriuata sunt à nomine illius vermis, qui ramēse nominatur. hic est ille, qui multos habet pedes. & [illegible] istius ægritudinis ab eisdem, quibus & aliæ ęgritudines, cognoscuntur signis.

De ægritudinibus Oris. Cap. L.

ÆGritudines vero oris oculis manifestantur: & ob hoc perscrutatione signorum ipsorum non indigemus.

De signis ægritudinum Gulæ. Cap. LI.

ET gulæ fiunt apostemata, & ægritudines, quę etiã eldaucha dicuntur, i. strangulator, & Persæ appellant ascheam. Et cognoscuntur à dolore ibi existente, & cum constrictione deglutionis. & quando crescit, constrictionem facit anhelitus. & potest fieri, ut hic extinguat spiritum. Et causa huius à signis humorum ibi dominantium cognoscitur. Et pulsus in hoc apostemate est vndosus: & est, quia hoc apostema in membro est musculoso. et diuersificatur hoc apostema secundum magnitudinem & paruitatem: & secundum hoc
* a.l. particularia eorum * terminationes iudicantur. Et hoc ex signis bonis est, vt apostema in partibus exterioribus manifestetur, aut propter tumorem, aut aliud signum, aut propter dolorem per tactum. Et ipsorum species secũdum
Quarto de Locis affect. c. 2. Hipp. & in Aph. 18. sect. 5. & alibi.
Gal. sunt quinque. Vna est, quæ fit in meatu gulæ, quæ extremitatem epiglottidis attingit. Secũda est, quę nec foris manifestatur, & in gula non apparet: sed ex hoc patiens quasi strangulationem percipit. Tertia est, quãdo gula exterior est inflata. Quarta, quando intus, & extra tumet. Quinta, quãdo lacerti colli appodiantur: ita q̃ spondili intus contrahuntur.

De signis ægritudinum Pulmonis. Cap. LII.

ET pulmoni multæ ægritudines fiunt, quarum quædam sunt communes, & quædam propriæ. communes sunt sicut apostemata, vlcerationes, & continuitatis solutio: propriæ vero, sicut tussis, & ægritudo, quę dicit beth horra, i. difficultas anhelitus. Et apostema pulmonis cognoscitur à forti anhelitus strictura, & a concussione fixa cum ipso propter istius membri ad cor propinquitatem, & pectoris grauitatem, & a forti tinctura pomorum maxillarum, & ab omnibus signis dominationis sanguinis cognoscitur. Et propterea quia vt plurimum in hoc mẽbro apostema à sanguine concreatur: quod est, quia choleræ sparsio in eo propter suæ subtilantiæ molliciem esse non potest, & etiam propter mistam humiditatem ad ipsum transmissam: & tamen nec etiam propter hoc apostema phlegmaticum nisi raro in ipso conficitur. Et dolor in apostemate istius membri signum non est: quia hoc membrum insensibile est. Et pulsus necessario est talis, qualis apostematum calidorum: excepto quia in eo vndositas est manifesta propter molliciem membri. Et solutionis continuitatis istius membri signum est: quia simul & semel sanguis egreditur multus, rubeus, arenosus, & cum tussi. & hæc fiunt aut propter causas extrinsecas, aut propter reuma descendens, aut propter percussiones in pectore factas. Et sputum similiter apostema pulmonis manifestat, dummodo coniungatur cum signis prædictis. quod est, quia posset fieri etiam
* a.l. pelliculis
in apostematibus, quæ fiunt in * panniculis costarum. Et ex signis laudabilibus in apostemate pulmonis est sputum album, & æquale, & quod suauiter egreditur quemadmodum illaudabile est signum, in quo dominium aliquorum humorum manifestatur, & maxime sputum nigrum, & post illud est citrinum, & post illud rubeum. Et sputum rotundum, quod Hippoc. dixit esse summum malum in pulmonis ægritudine, est, quia significat perditionem super humiditatem naturalem: sed tussis non est signum nisi causæ efficientis. Et causas ipsius tu ex aliis libris nouisti.

De signis ægritudinum Pectoris. Cap. LIII.

ET ægritudines, quæ manifestiores sunt in pectore, sunt apostemata, & oppilationes. Et apostemata vt plurimum fiunt in pellicula interiori tegente costas, quæ ægritudo nominatur xazibera, quæ in lingua nostra pleuresis nominatur. Et in his apostematibus propria signa sunt dolor fixus extensiuus, febris acuta, & tussis cum sputo, & pulsus serrinus. Et aliquando hæc apostemata fiunt in musculis, qui subpanniculo sunt. & tunc hæc passio apostema lateris dicitur, & tunc hæc signa sunt posteriora dictis signis. Similia tamen ipsius accidentia sunt debiliora, & minus timorosa. nec dolor adeo fixus est, quia non est in membro panniculoso, nec in pulsu serrinitas sic manifestatur. Et aliquando apostema fit in panniculo pectus diuidente. Et aliquando diaphragma apostematur, & sequif hic sensus alienatio, & iquietudo magna.

De signis ægritudinum Stomachi. Cap. LIIII.

ET stomacho aduenit̃ species complexionis malæ, vt materialis, & non materialis: & aduenit̃ apostemata, & vlcerationes. Sed species malæ complexionis non materialis, quando remissa est, à rebus extrinsecis est creata: & illæ sunt illius signa demonstratiua, sicut aduentus aeris, vel cibi frigidi. Sed si fuerit intensa, erit aut mala complexio calida & sicca, quæ hecticam inducit: aut erit frigida & sicca, & senectutis erit hectica. Et signum ambarum ægritudinum est, quòd in hoc membro illa signa manifestantur, quę in ambabus ægritudinibus his manifestari solent. quod est, quia membrum hoc fortiter dematur. & quando patiens supinus iacet, tunc percipit stomachi dispositionem foueę alicui similem esse. & stercus molle egreditur & indigestum, & vniuersaliter ipsius virtutes omnes debilitantur. Sed mala ipsius materialis complexio huiusmodi esse potest, aut vt ipsa sit imbibita, vel in concauitate ipsius fixa, aut ab alio membro transmissa. & potest esse vt res ambæ adinuicem componãtur. & hoc potest aut ab vna, aut à duabus materiebus esse. v.g. sicut si in ipso sit humor cholericus, & ipsi humor phlegmaticus transmittatur. Et si ipse fuerit phlegmaticus humor, ab eo ructus proueniet acetosus: & si fuerit cholericus, fiet fumosus. Et differentia, quæ est inter humorem fixum & transmissum, est: quia transmissus per secessum, aut vomitum exit. sed imbibitus & infixus neutrum horum attentat, sed conatur ad vomendum, & nihil proficit. Et signum appropriatum cholerę est tremor labrj. Et humoris melancholici in stomacho signa sunt virtutis vi sibilis impedimentum, & acetositas acerba in ore. Differentia vero, quæ est inter complexionem materialem & non materialem, est propter humorem per vomitum, vel secessum exeuntem. Et in passione stomachi vrina grossa materialem complexionem peccantem significat. Sed apostemata fiunt aut in fundo stomachi, aut in ipsius ore. & horum quædam sunt calidæ, quædam frigidæ, & quædam ex genere cancri, & quædam sunt ventosa. Et omne apostema, quod in stomacho soporatur, sequit febris, & dolor fixiuus & maxime, quando in ore stomachi oritur. quod est, quia illa pars magis neruosa existit, & est colligantiæ princeps. & ob hoc periculosior ea, quæ in fundo existit. & eidem syncopis, & sensus alienatio sequitur. & frigida apostemata sequuntur dolores debiles, & febris lenta. Et apostemata, quę in stomacho cancerosa fiunt, sine dolore, et febre fiunt. & si esset, hecticę assimilaretur, aut mixtis

mixtis febribus. Et proprium signorum horum apostematum est ructus putridus corruptus cũ operationum debilitate: hoc est, quia cibus egreditur indigestus, & alia accidentia his similia. Et vniuersaliter signa, quæ dominium humorum significãt, illa eadem sunt signa, quę significãt illum humorem, qui hoc facit. & vt plurimum attestantur ei complexio, ætas, & regimen. & alia his similia iuuant ad hoc cognoscendum. Sed vlceratio, quæ in eo fit, cognoscitur ab ardore vel combustione, quæ in eo fit, & propter paucam mordicationẽ. raro tamen fit, vt vlceretur stomachus, nisi sit etiam vlceratio in gula, aut ore.

De signis ægritudinum Hepatis. Cap. LV.

ET hepati accidũt oppilationes, & apostemata, & species malę complexionis omnes. Signũ apostematis hepatis, non tamẽ proprium, est febris, atq; tussis, & illius loci dolor. & q̃ quasi proprium est grauitas loci, qui trachea nominat: & maxime qñ in gibbositate hepatis apostema existit. Et sæpe signa apostematis costarum cum signis apostematis hepatis commiscentur: quia sæpe dolor apostematis hepatis peruenit ad eundem locum, ad quem dolor apostematis pelliculæ costas tegentis reperitur. & tunc hic nullum proprium signum reperitur. & cũ his omnibus accidit tussis: tamen in hepatis apostemate non fit multum sputum. Et aliquando erit sputum in apostemate pannicu li: maxime quando apostema saniem facere incœperit. et propterea sputum in principio signum sufficiẽs non erit. Nec est differẽtia, ppria inter apostemata hepatis, & pleuretica, nisi in qualitate doloris. quia in pleuresi est dolor fixus, & extensiuus: & qui in hepate, est aggratiatiuus. Et in pulsu etiam differentia existit: quia in pleuresi est serrinus, in hepate vero vndosus. Et dicitur quòd aliquando apostema fit in hepatis lacerto. & figura apostematis hepatis est lunaris. sed figura apostematis lacerti est oblonga, vel quadrata, & vnus angulus ipsius est grossus, & alter subtilis.

De signis ægritudinum Splenis. Cap. LVI.

ET spleni omnes species malæ complexionis accidunt, & oppilationes, & apostemata, & ventositas iflatiua. Et signa apostematis splenis sunt dolor grauis, & febris, & accidẽtia, quæ corpori aduenit̃ propter huiusmodi membri ægritudines. Et oppilationis signa sola grauitas existit. Et signa ventositatis inflatiuæ solus dolor est extensiuus. Et ex apostemate & oppilatione splenis sequitur macies totius corporis. Et ideo dicit Hipp. quando splen crescit, tunc corpus attenuatur: & quando decrescit, tunc corpus inspissatur.

De signis ægritudinum Renum. Cap. LVII.

ET renibus accidũt species malę complexionis, & oppilationes, & apostemata. Et discernũtur à vesicæ ægritudinibus, propter lapidis & arenæ generationem. Et magis propria species malæ complexionis, quæ renibus conuenit, est ægritudo quæ bolbarabris nominatur, quæ in Latino diabetica dicitur, & cum forti siti, & vrinæ fluxu, & febre. Et apostematis calidi sunt signa, dolor aggrauatiuus in renibus sentitus, & dolor in alcatim factus cum febre, vrinæ constrictione. & quando patiẽs super latus sanum decumbit, videtur vt alius ren super ipsum suspendaẽ. & hoc prouenit, quando est in statu, aut declinatione. & in maiori parte in his apostematibus fiunt febres errantes, aut iunctæ in apostematibus frigidis & lentis: ideo quia febris non aduenit apostematibus membrorum principalium, nisi quando apostemata erunt parata saniẽ facere. Sed signum generationis lapidis in renibus est dolor fixus ab ipsius generationis principio, quouscq; natura illos abiicit extra, secundum illos, qui dicunt q̃ lapides isti in substantia renum generantur. & ideo aliquãdo cum istis sanguinis exitus adest. Et quod verius apparet, est q̃ in concauitate renum generantur. & dolor, qui est in hac ægritudine, & accidentia doloris accidentibus, quæ in colica inueniuntur, similãtur: propterea quia stomachi distemperantia & vomitus his duabus ægritudinibus cõiter accidũt. & catus similiter appetitus. Et differentia istarum difficilis est maxime in ægritudinum principio: sed in fine manifeste diuersificantur propter in colica ventris esse constrictionem, & humorum cognitionem, & multam ventositatem. & etiam lapides generati in renibus arenam ostendunt in vrina. Et signum discretiuum in hoc est operatio clysteriorum. quia si patiens propter clystere requiem inueniet, sicut accidit Gale. sine dubio hic dolor colicus erit: & si propter clysteria aggrauatur, procul dubio renalis est. causa est, quia clysteria intestina replent, & distensionem in eis operantur, & tunc opprimuntur renes, & dolor fortificatur. Sed signa, quæ vlcerationes significãt, est dolor vlceratiuus sine grauitate, & extensione, cum exitu sanguinis, aut saniei. Et aliquando egrediuntur cum vrina frustra frustis carnium similia. & hoc accidit, quando in substãtia renum corrosio fit.

De signis ægritudinum Vesicæ. Cap. LVIII.

ET in vesica manifestiores ægritudines, quæ in ipsa generantur, sunt lapides, qui in ipsa generani, & apostemata, & vlcerationes, & strangutia, & sine voluntatæ vrinæ exitus. Sed signum lapidis in vesica est dolor, qui in vesica sentitur cum virgæ prurtu, & virgæ erectione, & relaxationes sine causa manifesta, & vrinæ cruditas, & albedo ipsius cum subtilitate, & difficultas exitus vrinæ, & arenarum apparentia in ipsa. Sed constrictio vrinæ fit aut propter membrum mandãs ipsam, aut propter meatum, qui à renibus ad vesicam tendit. Et his duobus vnum est commune accidens. & hoc est vrinæ difficultas. Sed diuersificatur in ipsis: ut si à renibus, ibi dolor sentitur: si autem à meatu, ibi dolor adest. Et aliquando constrictio fit vrinæ ab ipsa vesica, aut à meatu qui ad ipsam progreditur vesicam. & ista duo similiter in vno accidente communicant: hoc est, quia vesica repletionem recipit, similiter & meatus. sed diuersificahtur in hoc. quia quod à vesica prouenit, quando vesicã præmitur, & vrina exit. sed quod à meatu prouenit, non emittit vrinam, etsi vesica exprimatur. Et oppilatio istius meatus fit à lapide, aut ab humoribus grossis sanguineis, vel sanguine coagulato, aut propter complexionem frigidam dominantem, aut propter apostema, aut furunculos. Et signa harum ægritudinum sunt: quoniam, si fuerit ex lapillulis, significatur ex arenulis præcedentibus. & si est ex coagulatione sanguinis, signum est sanguis anticipatus. & si ex sanie fuerit, signum est apostema, quod præcessit. & si ex humoribus grossis fuerit, significatur ex exitu præcedentis humiditatis. & cognoscuntur istæ dispositiones per signa eadem conuenientia. & si adinuicem istæ dispositiones coniungantur, difficile cognoscuntur à Medico, quare quiete debet medicinare, consyderando primam intentionem. & si ex illa lucratus fuerit, sequatur illam. & si non, dimittat. Et si pustula, aut vlceratio est in vesica, quod ab ea egreditur, furunculis, aut laminibus assimilatur. sed si hæ ægritudines fiunt in renibus, quod ab eis exeat, frustis carnium assimilabitur.

De signis ægritudinum Inteſtinorũ. Cap. LIX.

ET inteſtinis vt plurimum fit ægritudo, q̃ dicitur colica, apata, vlcerationes, & ſanguinis fluxus. Sed ſanguinis fluxus vlcerationem concomitat. & iſte ſanguis cum fæcibus egreditur à principio mixtus: & aliq̃n ex ſubſtantia inteſtinoꝝ egreditur. et ſignũ huius eſt dolor, qñ euacuantur humores, et fæces. Et qñ apoſtema eſt in inteſtinis groſſis, hoc modo cognoſcit quia cũ patiens mordicationẽ ſentit, cogit aſſellare. ſed quod ab apate exit, cum fæcibus non eſt admixtũ. Et ſi fuerit in ſubtilibus, ꝓpter dolorẽ aſſellare non cogẽt. & quod ab eis egredi et, cum ſtercore erit admixtũ propter vię longitudinem. Siſr ſi apoſtema in ſubtilibus fuerit, dolor circa vmbilicũ ſentietur: & cũ in inteſtinis fuerit groſſis, dolorẽ ſentiet inferius. Et ſigna colicæ calidę manifeſta ſunt, & vſr ea, quæ ſignant dñium humorũ in oẽm patientem. Et quæ ꝓp ventoſitatẽ fiunt, ſunt dolor extenſiuus, & tortio inteſtinoꝝ. & ſi tortio fuerit cũ rugitu, groſſam ventoſitatẽ ſignificat. & q̃ fit propter apoſtema, cognoſcit à fortitudine doloris, à febre, à ſiti, & ab accẽtibus oñdentibus dñationem humoris apoſtema facientis. Et ægritudo fortiſſima, q̃ iliaca noiatur, fortiora habet accẽtia & mala, ita q̃ patiẽs cogitur vomere ſtercus. Et vt plurimũ hoc accidens eſt ꝓp apa in ſubtilibus inteſtinis factum. et põt fieri ꝓp ſtercus putrefactum in eis, aut ꝓp humorẽ groſſum uiſcoſum, aut propter herniã factã ex deſcenſu inteſtinoꝝ, aut ꝓpter venenũ receptum. Et vſr hæc ęgritudo iteſtinis ſubtilibus eſt ꝓpria. & hæc ægritudo attribuit virtuti expulſiuæ, cũ ſuum naturalẽ motũ non habeat, aut debet attribui vſr oppilationi. & aliq̃n propter priuationẽ choleræ, q̃ ad inteſtina cõſueuerat tranſmittiꝛa per modum abſterſionis adiuuat ad ſecũ debitã expulſionẽ. Et oppilationes fiunt in illis ꝓp humores, aut apata, aut propter malã complexionẽ frigidã & ſiccã, q̃ vias cõſtringit: aut propter alias res poſitionem eorum corrumpentes, ſicut ventoſitas, quæ ea facit tortuoſa, & herniam.

De ſignis ægritudinum Vuluæ. Cap. LX.

ET vuluæ ægritudines fiunt, ꝑbus oẽs ſpecies male cõplexionis cõicant: ſicut ab his, q̃ præceſſerũt ſibi manifeſtũ eſt. & ſæpe ipſi accidunt apata. Et hoc fit cum dolor fixus, & pulſus ſerrinus: eo q̃ mẽbrum ſit in oſum. & febris accidit eidẽ: eo q̃ ſit mẽbrum principale aliquo mõ principalitatis. Et ex ægritudinibus ꝓmagis in ipſa ꝓprie ſunt, eſt ægritudo, q̃ nõ nutricatur, q̃ difficile à pregnatione cognoſcit: eo q̃ ablatio menſtrui, & groſſities ventris cõicant ambabus. Et ſignum diſcretiuũ eſt, quia tranſit terminum motus embryonis abſq; motu. et hoc accidit multis annis, quia portari poteſt, donec ab ea moriat, aut abſoluat. & hoc ſm virtutis tenore. Et aliq̃n ei accidit, vt eã ferat pluribus annis, demũ parit ſtruſtũ carnis: & aliquæ mortuũ. Item propria eſt ægritudo vuluæ illa, q̃ ſuffocatio dr matricis, quæ fit propter menſtrui ſanguinis corruptionem in vulua, & euenit ei ſyncopis, et difficultas in anhelitu, & priuatio ſenſus & motus, & debiliter ſentitur pulſus eius. & accidit eidem duricies, & ipſius oris oppilatio. Et hoc accidit ex reliquis apoſtematis diu induratis in orificio matricis. Et ſpecies malæ cõplexionis matricis, ſi materiales ſint, ab his, quæ ab ipſa egrediuntur, cognoſcuntur, & ſi non ſint materiales, à ſiccitate ipſius percipiũtur. Et generaliter ſigna, quæ ſignificant complexionem [illegible] ſigna ſignificantia complexionem matricis: & de cetero inſtabimus ſuper cauſas, quę operantur putredinem. Et completus eſt tractatus iuxta noſtram intentionem.

AVERROIS COLLIGET LIBER QVINTVS.

SVMMA LIBRI.

De Cibis, & Medicinis.

Quæ ſit huius Quinti libri intentio. Cap. I.

IN primis ſciendũ eſt quid ſit cibus, & quid medicina: & quot ſint eorũ operationes, & qualiter operantur & proprie medicinę: eo q̃ habẽt multas opationes, quas Medici appellant virtutes primas, ſecundas, & tertias, & proprietates. & cũ hoc dabimus cognitionem harum iſtarum medicinarum, quæ operantur quamlibet iſtarum operationum: & poſtea ſpeculabimur in operationibus earum: hoc eſt vtrum via, qua apprehendimus, eſt per viam ſyllogiſmi ſolum, aut per viam experientiæ ſolum, aut per viam continentem vtrunque. & hoc totum erit, poſtquam receperimus à Naturalibus quod erit recipiendum. Et quando compleuerimus hoc, recordabimur propriorum ciborum & medicinarum, quorum multiplicata eſt ſcientia, & experientia in terminis naturalibus, & teſtificata ſunt à communitate Medicorum, aut à maiori parte. Et poſtea narrabimus modos compoſitionis, & recordabimur eorum, quæ manifeſtiora ſunt ſectæ componentium. & narrabimus naturam complexionis ſecundum viam, quam nobis oſtendent regulæ illę. et quando compleuerimus hæc, tunc cõpleta erit noſtra intentio in hac particula.

De quiditate Cibi, & Medicinæ. Cap. II.

DIcamus quòd cibus eſt illud, quod ponit naturales partes cibati. & hæc pars eſt in ſpecie partis diſſolutæ. Sed medicina diuerſificatur ab hoc ideo quia quamuis ipſa ſit ex rebus, quæ ponunt naturales partes cibati, illa pars non eſt in ſpecie partis diſſolutæ, ſed habet in ſe rem actiuam, & alterationem. Et propterea, quando ſuperuenit hæc diſpoſitio ſuper diſpoſitionem ægritudinalem, quæ eſt contraria, vocatur illa operatio curatio. Et hæc eſt intentio definitionis, qua Gal. definiuit cibum, & medicinam: dicens quòd cibus eſt illud, quod patitur à corpore, & medicina eſt illud, à quo patitur corpus. Sed ſi nos non intelligeremus ex verbis hoc, quod dictum eſt, non eſſet intellecta certitudo cibi, & medicinæ. Et iam opinatus eſt vnus ex noſtris ſocijs, qui nominatur Ahuberti Auenſufu, quòd illud, quod diximus in hac definitione, eſſet quaſi contrarium verbis Galeni, & ſuper hoc eidem multas tranſmiſi epiſtolas, quouſque hoc plene intellexit.

De Operationibus primis, quas operantur medicinæ in corpore humano. Cap. III.

ET operationum, quas operãtur medicinæ in corporibus humanis, quædã ſunt primæ, ſicut eſt caliditas, frigiditas, ſiccitas, et humiditas. Et quędã earũ ſunt ſecũdę, ſicut maturatio, digeſtio, mollificatio, reſolutio, & apertio, & multa alia ſimilia iſtis, q̃ enarrare debemus, qñ declarabimus naturam medicinarum, quæ

quæ faciunt hoc, & fuerunt vocatæ ſecundariæ: quia ſequunt menſurã mixtionis primarũ virtutum. Et quædam earũ ſunt tertiæ, quæ ſunt proprię in certis mẽbris, & ſunt quaſi conſequentes ſecundarũ. Et eſt conueniẽs in primis narrare quõ hę habẽt agere in corporibus has operationes, & quõ habent pati à corporibus eaꝝ paſſiones. et hoc ſciemus, qñ ſciuerimus per quem modum nutritur nutritus. Et dicamus, iam declaratũ eſt in Naturali philoſophia q̃ membra, quæ primo nutriuntur, ſunt membra ſimilia: ideo quia cibus primo cõuertitur ſm ordinem, quem habet in corpore cibati, in humiditatem ſimilẽ humiditati fixæ in membris cõſimilibus, & miſcet cum eis ꝑ eundem modum, quo miſcẽtur admulcẽm res liquidæ propterea qa non eſt alter modus, per quem natura poſſit reſtaurare rem diſſolutam omnibus partibus mẽbri niſi ꝑ modũ mixtionis. et qñ erit ꝓmixtum ſm hũc modũ, tunc habebit eſſentiã in ipſo: & poſt hoc aſſimilabit illud mẽbro, hoc eſt qa dat eidẽ vnam coagulationẽ ſtabilitatis ſimilẽ ſtabilitati membri. Et eſt ibi declaratum q̃ hoc fit per decoctionem, & decoctio fit per calorem qui eſt in cibato: non q̃ calor ſit primus motor in hac re, ſed eſt anima nutritiua: propterea quia operationes caloris non ſunt determinatæ, nec ordinatæ ad vnum finem manifeſtum. Et poſtq̃ ita eſt, videndum eſt qũo dicitur cibus eſſe temperatus, aut medicina: & qũo dicitur ſuper quemlibet eorum vt ſint diſtemperati: quamuis melius ſit appropriare temperantiam cibo, ſicut eſt melius appropriare diſtemperantiam medicinæ. propterea quia cibus habet propter ſuam virtutem, & ſuam præparationem vt cõuertatur ad humiditatem ſimilem humiditati radicali, q̃ eſt in membro cõſimili, & calori intrinſeco ſimili calori, qui eſt in cibato, ita vt ſint idem ſm oẽm modum. et hoc eſt ſolum in eo, qui eſt temperatę complexionis, vel ꝓpinquus ei. & per hunc modum dicitur q̃ cibus ſit temperatus, ſicut erat panis grani, & carnes gallinarum iuuenum, & ſimilia iſtis. quia quantitas partium præſtitarum corpori ab iſtis cibis eſt idem cum partibus, quæ fuerunt diſſolutæ. Sed temperantia medicinæ eſt ꝓpinqua huic: ſed diuerſificantur in quantum non habet virtutem reſtaurandi partem æqualem quantitati rei, quæ diſſoluta eſt ex corpore. et ꝓpterea non poteſt hõ nutriri ex tẽperata medicina, & ſi comedat ex ea tantũ, quantum comeditur ex cibo. Sed qñ dicimus q̃ medicina ſit temperata, intelligitur eius temperantia, q̃ quando comeditur ex ea quantitas, quæ non eſt ſenſibilis, comparando eam quãtitati partium diſſolutarum à corpore: quòd tunc non inducit in corpus rem extraneam. quia ſi homo comederet ex ea quantitatem ſenſibilem ſm q̃ comediſſet de cibo, induceret in corpus ex neceſſitate rem extraneam: quamuis difficile ſit inuenire medicinam temperatam in operationibus omnibus. Et ſm hoc debes intelligere, q̃ quando dicimus quòd medicina eſt calida, & frigida, humida, vel ſicca, & dicimus etiam de cibo, noſtra intentio non eſt niſi æquiuoca: ſicut tu ſcis q̃, quando dicimus de vino q̃ eſt calidum in ſecundo gradu, et ſimiliter crocum, non intendimus vt ſit idem calor. Et poſtq̃ declaratum eſt quid ſit cibus temperatus, & medicina temperata, & qualiter operentur in corpore, ex hoc potes intelligere viam, per quam dicimus eſſe diſtemperatos. & hoc dicimus in qualitatibus primis: ideſt quomodo calefacit medicina, refrigerat, & humectat, & exiccat. Quia medicina, quę conuertitur in chylum calidiorem temperato chylo, aut in calidiorem q̃ eſt pars corporis, hoc eſt ad partem calidam: illam medicinam dicimus calidam. quia calor dicitur q̃ ſit vna rerum, quæ calefacit hominem plus debito, & quod generatur ex hoc chylo, eſt calidius debito, & ſanguis, qui eſt materia caloris naturalis, eſt calidior debito. Similiter humiditas radicalis, in quam cõuertitur ſanguis, eſt calidior ſuo modo, & ſic de neceſſitate calefiunt omnes corporis partes. Et ſic dicitur de medicina frigida, quia non refrigerat, niſi quia conuertitur in locis digeſtionis ad diminutum calorem, magis q̃ calor corporis ſit, ita q̃ chylus, qui ex ea generatur, eſt diminutus à calore corporis. & non dicitur veraciter vt refrigeret, quia calor naturalis non habet aliquam viam generandi frigiditatem. & ſic debes dicere in ſanguine & humiditatibus, quæ ſunt in membris, et in humiditate & ſiccitate omnium partium corporis. Et quando Medici ſpeculantur operationes medicinarum in corpus, facile eſt eis dicere qualiter calefactum: ſed difficile eſt eis dicere qualiter refrigerant. ita q̃ Gal. dicit ſicut fugitiuus, q̃ nõ fit niſi per diuiſionem medicinarum in partes. Et ſi non refrigeraret medicina, niſi per diuiſionem ipſius in partes minutas: ergo neceſſarium eſſet nobis dicere q̃ eẽt frigida in actu. ſed hæc medicina non eſt frigida in actu, neq; etiam calida eſt calida in actu. ſed hæc res ęque bene competit medicinæ calidæ, ſicut medicinæ frigidæ: quia res conuertibiles, quando conuertuntur in partes minimas, facilius conuerſionem recipiunt. Et quamuis medicina ſit paſſibilis à corpore per viam quam diximus: non eſt impoſſibile vt patiatur ab ea per alium modum. Nam vides q̃ cibus eſt paſſibilis à corpore: & tamen inuenis cibum, qui mutat corpus ſecundum aliquem modum, & ſm aliquam latitudinem. & ſi hoc inuenitur in cibo, qui eſt appropriatus paſſioni, & tamen uincit aliquo modorum: ergo hoc maxime debet inueniri in medicina, quæ victoriæ appropriatur, & mutationi. quia veraciter debemus dicere q̃ quamuis aliquãdo vincatur, tamen non deſerit propriam ſuam virtutem, hoc eſt ſubſtãtialem. Sicut dicitur q̃ arbor Ægypti occidebatur, dum erat in Ægypto, & quando remota fuit abinde, nutriebat. Et dicit Ariſt. q̃ in terra Latinorum ſunt duo flumina, ex quorum vno ſi ouis biberent, generabunt maſculos, et ex alio fœminas. Et hoc non eſt, niſi propterea quia cibus ex vna parte eſt ſimilis, & ex alia diſſimilis: & ex parte ſimilitudinis eſt patiens, & ex parte diſſimilitudinis eſt agens. Et hic eſt modus medicinarum, q̃ dicuntur calidæ aut frigidæ in potentia, hoc eſt propter præparationem, quam habent. quia nõ eſt in aliquo compoſitorum calor in actu, niſi in animalibus propter eorum perfectionem. & indigent calore extrinſeco magis. & propterea nõ Inuenitur in eis temperantia elementorum, ſicut in animalibus. Sed res ſimplices, quæ non nutriunt, ſicut quatuor elementa, non dant corpori, qñ aduenient ei intus vel extra niſi qualitatem. ideo, qñ obuiant noſtris corporibus, mouent corpora: ſed non mouentur à noſtris corporibus. propterea quia qualitates, cũ quibus operãtur elementa in corporibus, ſunt i actu, ſicut eſt calor in igne, & frigus in niue. Et qñ elementa mouent corpora, ipſa non mouentur, i. non conuertuntur. Et quando Medici uolunt de menſuris præparationum narrare, quæ ſunt in medicinis, quia indigent hoc in medicatione, ordinauerunt gradus per modum comparationis corpori temperato, & poſuerunt quamlibet qualitatem in quatuor gradibus, ſcilicet calidum in primo, ſecundo, tertio, & quarto. & ſic de frigido, ſicco, & humido. & de humido non videtur quòd poſſit tranſire tertium gradum. Et quod pertranſit quartum gradum eſt res venenoſa, quæ corrũpit corpus. & iſtæ ſunt viæ primarum actionum, & paſſionum medicinarum.

De operationibus Secundis, & Tertijs in generali, quas operantur medicinæ in corpore humano. Cap. IIII.

ET nos volumus incipere narrare de virtutibus secundis, & tertijs, & dicere naturas medicinarum, quibus hoc operantur, & qualiter operantur. Et dicamus quòd medicinæ, * quæ sunt cõpositæ ex elementis, quando alterantur à corpore, aut alterant corpus, quædam eorum sunt, quę assimilantur ei, quod est in eis ex virtutibus elementorum, sicut sunt illæ, quæ dant caliditatem, frigiditatem, siccitatem & humiditatem similem in qualitatibus, quæ sunt in illis: & quædam actionum aut passionum, quæ non assimilantur ei, quod est ex virtutibus elementorum, sed sunt operationes consequentes primas virtutes elementorum. & hoc est propter locum subiecti, in quo operantur: sicut illæ, quæ habent indurare, mollificare, denigrare, rubificare, & similia. Et locus subiecti, in quo manifestatur istæ operationes circa quodcunq; membrum, si indeterminatum fuerit, appellabũtur istæ virtutes secũdæ. Et quando operabuntur in proprium membrum, tunc dicentur virtutes tertiæ: sicut sunt medicinæ, quę provocant vrinam, & q̃ mundificant pulmonem, & q̃ generant sperma, & quę frangunt lapidem, & similes istis.

* a.l. quia

Et postq̃ dictum est de virtutibus secũdis, & tertijs, dicendum est de natura operationum istarum medicinarum manifestorum. & incipiamus à secundis. Et dicamus q̃ istarum medicinarum quędã sunt maturatiuę, hoc est quę faciunt sanies, et quædam earũ sunt mollificatiuæ, quædam iduratiuæ, & quædam aperitiuæ, & quædã oppilatiuæ, & quædam euaporatiuæ, et quædã petrificatiuæ, & quædã stypticæ, & quædã lenitiuæ, & similes his. Et debes scire q̃ medicina, q̃ est appropriata alicui operationi, nõ dicitur habere illam proprietatẽ, nisi comparatione ad corpus temperatũ, uel ad propinquum temperantiæ. & Medicus expertus in hac arte, q̃n cadit ad manus ipsius aliud corpus distemperatũ, debet arbitrari medicinã fm mẽsuram, quã videt esse magis iustã, & magis conuenientem in virtute medicinæ, q̃ habet facere operationem istam in tali corpore. & experientiæ habent hic locum magnum. ver. g. postq̃ sciuerimus q̃ medicina maturatiua est illa, cuius calor est æqualis calori corporis, debemus intelligere hanc proportionẽ propriam vnicuiq; corpori per se, & facere comparationem propriam tali corpori. Et hoc non fuit solum in cõplexione propria vnius indiuidui, sed etiam in vnoquoq; membro per se: propterea quia medicina, quæ facit sanem in testiculis, non facit sanię in aure. & nõ oportet q̃ Medicꝰ has res tradat oblitioni. & experiẽtia habet i istis vŕs, & arbitrŕs magnũ posse.

De medicinis Maturatiuis. Cap. V.

DEinceps narranda est natura illius medicinę, quę operatur operationes supradictas: & incipiendum est à maturatiuis. Et dicamus q̃ maturatio est operatio caloris naturalis in substantia materiæ, sicut dictum est in alio loco. Et maturatio est ordinata fm ordinem, quem habet digestio in cibo, hoc est in tribus digestionibus. Et quando spargitur ad aliud membrum materia, quæ egreditur à natura in quãtitate, aut qualitate, aut in vtrisq; simul, & putrefit illa materia, tũc generatur in illo membro de necessitate vnus calor mixtus ex naturali & extraneo. Et si materia illa est apta recipere digestionẽ, fit ibi sanies, & maturatur. ideo quia alba sanies est media inter digestionem perfectam & diminutam: eo q̃ est alba, quia materiæ non sunt aptæ ad recipiendum digestionem pro maiori parte, nisi q̃n egreduntur à sua natura in quãtitate. sed q̃n egrediuntur à natura etiam in qualitate, tunc est in eis digestio difficilis: hoc est quãdo tendunt ad malã qualitatem, sicut ad humores adustos, & similes illis. ergo ars conueniens in simili re est cõfortare virtutem membri. quia calor naturalis est quasi sepultus in membro, super quod est sparsa hæc materia. & propterea est necesse vt medicina habeat ex sui natura, vt faciat digestionẽ: sicut medicina q̃ assimilatur calori intrinseco, q̃ debet esse tẽperata in caliditate et humiditate: vel sit declinans aliquãtulum ad calorẽ, & ꝓpterea ga calor intrinsecus, g̃ est in mẽbro, põ esse refrigeratus, ꝓpter multam materiã sparsam in eo, aut ꝓpter qualitatẽ. Et q̃n comparamus talẽ medicinã, qualis est hæc, corpori humano, dicimus ipsam esse tẽperatam. & q̃n comparat parti dñanti in ipsa ex partibus elementoꝝ, dicimus q̃ est talis, aut talis. Et de medicinis tẽperatis est aqua calida tẽperati caloris, & oleum dulce oliuæ, q̃n guttatim cadit super apostema: & sicut cataplasma factum de farina tritici coctum cum aqua & oleo dulci. Et debes scire q̃ medicina, quæ facit saniem in vna complexione, non facit in alia. & fit in quolibet membro corporis, sicut dictũ est superius. & propterea Medicus expertus debet ex se ponere gradus istis medicinis. v.g. ga medicina, q̃ inducit sanię, quasi in primo gradu est calida, ut cataplasma supradictũ: & supra illam in gradu est q̃ facta est ex pane propter salem, qui ibi est: & sup hãc illa, quæ facta est ex fermento. Et gdam dicunt q̃ medicinæ oppilatiuæ sunt maturatiuæ: sed hoc est p accidẽs, sicut cerorũ factum ex cera & oleo rosato, ꝓpterea ga q̃n pori claudunt, calefit mẽbrum, et materia maturat. Et quidã dicunt q̃ medicinæ maturatiuæ maturant, ꝓpterea quia faciunt in materia rẽ, propter quã est facile naturæ diuidere ipsam materiam temperando qualitatem materiæ, aut subtiliando ipsam. Et põt esse ut in vna medicinarum inueniatur maturatio cum omnibus istis modis, & erit in cõposito per artificium: in simplici vero p naturam. Et etiam dicitur q̃ medicina maturat: propterea ga rectificat in qualitate caloris naturalis illud, quod permutatũ est p calorem extrancum. & per hanc viam dr̃ q̃ psyllium maturat apostemata calida. et fm hunc modum q̃ res frigidæ maturant apostemata calida. Et definitio, qua definiuit Gal. maturationem, non verificatur nisi i apostematibus, quæ sunt difficilia ad maturandum ꝓpter nimiam debilitatem caloris naturalis, aut ꝓpter quantitatem, aut propter frigiditatem.

De medicinis Mollificatiuis. Cap. VI.

ISTæ medicinæ appropriantur multum in hac arte medicinis, quæ dissoluunt apostemata dura, densata, lapidea, quasi habẽtia insensibilitatẽ. Et ista apostemata gñaliter hũt ab humoribus grossis, q̃ sunt, aut melancholici, aut phlegmatici grossi, aut compositi ex ambobus. Et quia hæc apostemata sunt indurata propter frigiditatem, necesse est vt res, quæ ea mollificant, sint calidæ. quia res, quę sunt congelatæ per frigiditatẽ, dissoluuntur per caliditatẽ, si sunt resolubiles, sicut plũbum, et stãnum. ga ista apostemata cũ maturant, humectant: & de necessitate est vt medicinæ, quæ hũt permutare, quamuis sint calidę, vt habeant aliquã siccitatem, vt vincant illam humiditatẽ frigidã. Et medicinæ, quę probatæ sunt per experientiam in hoc opere, sunt calidæ in secundo vel tertio gradu, & siccæ in primo: sicut ammoniacum, bdellium, styrax, & medulla cruris vituli, & sepũ hircinũ, & boumũ. Et est necesse vt sint mẽsuræ harũ medicinarũ fm mensuram, quam habẽt caloris & siccitatis: ideo quia medicinæ, quæ sunt fortes in calore

calore & siccitate, nimis habent dissoluere, & posset remanere pars grossa ex materia, quę conuerteretur in naturam lapidis. Et est necesse, sicut diximus, vt per te ponas gradum in fortitudine harum medicinarum: propterea quia pinguedo est debilior ammoniaco, & bdellio. Et pinguedo gallinę debilior existit pinguedine anseris, & anatis: quia res istę diuersificãtur secundum aliquam complexionem, aut ad aliquod membrum.

De medicinis Induratiuis. Cap. VII.

DE necessitate est vt medicinæ induratæ sint frigidæ: propterea quia induratio cum grossitudine non est nisi à frigiditate. Sed illud, quod dicit Gal. de humiditate in his medicinis, nihil est: propterea quia humiditas non habet nisi solum humectare, & non indurare. & melius esset vt poneret siccitatem cum frigiditate: quia de illa frigiditate fit duricies cruditatis. Sed istæ duæ qualitates sunt vt plurimum passiuę, & non actiuę. quia duæ actiuæ sunt caliditas & frigiditas: quamuis earum operationes diuersificentur secundum humiditatem & siccitatem. & hoc declaratum est in Quarto Meteororum. Et istę medicinę habent latitudinem. & istę medicinę sunt sicut semperuiuũ, psyllium, & portulaca. & si infrigidant & incrudant, non faciunt hoc nisi per frigiditatem.

De medicinis Oppilatiuis. Cap. VIII.

ISTę medicinę sunt ex his, quę claudunt poros, & natura sunt terrestres sine mordicatione: quia mordicatio est vna ex rebus, quę cito faciunt medicinam egredi ex poris aut vt sint conglutinatiuę vt gummi, & terrestre, quãdo non est conglutinatiuum, sicut amylum. Et est necesse vt istę medicinę sint multum remotę à mordicatione: & propterea debent esse temperatę complexionis, vel declinantes ad frigiditatem parum. Et si quęseris quomodo oppilant istę medicinę corpus interius, quãdo assumuntur: Respondemus quòd hoc potes scire per hoc, quod est dictum superius: quia claudunt intestina propter chylum factum ex eis, & similiter hepar, & venas, & membra ipsa. Et istę medicinę oppilatiuę diuersificãtur secundum diuersitatem complexionis membrorum: sicut dicitur quòd dactyli oppilant hepar, & aperiunt oppilationem pulmonis.

De medicinis Aperitiuis, & Abstersiuis. Cap. IX.

ISTę medicinę sunt vnius generis, & inter ipsas est parua diuersitas. quia medicinę, quę abstergunt fortiter ex membro, & lauant ipsum, neque habent posse penetrandi in poris, dicuntur abstersiuę, sicut aqua mellis, & aqua melonum, & farina ordei, & fabarum. & quę habent virtutem penetrãdi propter partem igneam, quę est in eis, dicuntur aperitiuę. Et quędam istarum medicinarum plus operantur extra corpus, quàm intra: & quędam plus intra, quam extra: & quędam operantur æqualiter. Et quę plus operantur extra, sunt quę habent aliquantulam bauracitatem, nec in eis est multa grossities. & propter partem subtilem, quę est in eis, penetrant intus: & propter largitatem intranearum viarum, penetrant cito. Et res viscosę mundificare non possunt. & si cum eis iungeretur corpus stypticum aliquantulum grossum, tunc mundificarent: propterea quia sunt instrumentum naturæ aperitiuæ, quæ est in eis. quia hæc stypticitas coniũcta retinet eas in meatibus, donec compleuerint suas operationes. Sed extra corpus non possunt ita operari propter stricturam pororum, & propter stypticitatem. Et propterea absinthium aperit oppilationes hepatis, & non potest poros exteriores aperire propter stypticitatem, quæ est in eo. Et istæ medicinæ debent esse amari saporis cum stypticitate. Sed medicinæ, quę ambas operationes faciunt, sunt inter harum naturam mediæ, videlicet illę, quæ habent aliquantulam amaritudinem cum bauracitate sine stypticitate: sicut radix lilĩ cœlestis, & similia eis. Et tu iam scisti quòd medicinæ, quæ sunt aperitiuæ vnius membri, non sunt aperitiuę alterius. Et propter hoc dare debes vnicuique harum rerum gradus: quemadmodum facis reliquis medicinis, & virtutibus.

De medicinis Euaporatiuis. Cap. X.

QVia autem euaporatio non fit nisi in quantitate membri euaporati, & augmentum ipsius quantitatis non fit nisi propter calefactionem membri, necesse est vt medicinæ euaporatiuæ sint calidæ. Sed earum calor debet esse temperatus: quia medicinæ, quæ habent distemperatum calorem, euacuant & desiccant, nec debent habere substantiam grossam. & istæ medicinæ sunt sicut chamęmilla, malua, & oleum vetus. Et debes scire quòd euaporatiuæ sunt contrariæ oppilatiuis: hoc est, quia sunt frigidæ, scilicet oppilatiuæ, de quo dictum est superius. quia quando membrum refrigeratur, diminuitur quantitas sua propter quantitatem sui ad frigiditatem, & terr̃ stricta tem: quemadmodum augmentatur quãtitas eius propter propinquitatem ad caliditatem ipsius naturæ aeris. Et scias quòd non fit augmentum quantitatis ex his, quæ apponuntur, vel eueniunt extra, nec fit diminutio propter aliquid, quod resoluatur ex eo. & hoc probatum est in Naturali philosophia. Et medicinæ facientes hanc operationem sunt hæ eædem his, quæ indurant, sed primo inuiscant. et si diu permanẽt in membro, indurant ipsum. & possibile est vt mortificent ipsum, cùm diu permanent super illud.

De medicinis Aperientibus ora venarum. Cap. XI.

ISTæ medicinæ sunt calidę complexionis, & habent grossam substantiam, & sunt de genere medicinarum aperitiuarum: tamen sunt fortiores eis. Et habent quasi tres gradus operationum. primus est abstergendi: secundus est aperiendi: tertius est elargandi ora venarum. tamen calor istarum medicinarum aperitiuarum non est conueniens vt sit calor corrosiuus, quia corrosio claudit. & istę medicinę sunt sicut allium, & fella, & proprie fel bouis.

De medicinis Stypticis. Cap. XII.

STypticę medicinę, quę stringunt orificia venarum, sunt natura frigidę & terrestres, & fortis siccitatis. & propterea fuit sapor earum stypticus. & propterea claudunt orificia venarum, quia frigiditas, quę non est terrestris, est debilis operationis. Et hęc est differentia, quę est inter stypticum & oppilatiuũ. quia oppilatiuum est in materia, q̃ est tenet subtilitatem, & stypticum est in materia grossa. & hęc sunt sicut galla, balaustia, acacia, & similia. Vide cõtra. Zam.

De medicinis Mitigatiuis dolorum. Cap. XIII.

DIcitur quòd prima via mitigandi dolorem est, vt remoueatur causa doloris. Et secunda est, vt stupefiat membrum, ita vt non sentiat dolorem, sicut fit cũ opio. Tertia est medicina, quæ facit in

membro illud,quod repugnat rei, quę inducit dolorẽ: & iſtud eſt verax mitigatiuum. quia in primo modo cadũt multa genera medicinarum: ſicut medicinarum purgantium in eis, & medicinarum digeſtiuarum. & ſecundus non mitigat niſi per accidens,quando priuat ſenſum membri,aut ipſum indurat.quæ res non eſt facienda,niſi quando uitare non poſſumus:ſicut dictum eſt in libro de Ingenio ſanitatis.ſed tertius eſt verax mitigatiuus: propterea quia præſtat ſine medio illud, quod reſiſtit cauſæ doloris.Ergo neceſſe eſt quòd medicinæ,quæ hoc faciunt,ſint temperatæ,ſimiles calori naturali,aut parum calidiores intantum,inquantum calor naturalis eſt refrigeratus à calore naturali debito membri propter reſolutionem factam in ipſo. Et propterea poſſunt iſtæ medicinæ mitigare dolorem,qui eſt ex caulis calidis,et frigidis per eundẽ modum:eo quòd augmentant calorem naturalem,qui eſt inſtrumentum naturæ,qui eſt medicinalis per omnem partem:& tunc dominatur natura ſuper malam complexionem, quæ facit dolorem,& ipſum remouet. Et quamuis iſtæ medicinæ ſint in hoc gradu,neceſſe eſt vt ſint ſubtilis ſubſtantiæ,penetrantes,& velociter permutabiles ad calorem naturalem,& tunc adiuuabũt digeſtiones propter earum ſubtilitatem. Et propterea appropriantur iſtæ medicinæ duabus virtutibus ad remouendum dolorem:vna eſt ad multiplicandum calorem naturalem: & alia ad præparandum humorem ad digeſtionem, qui eſt cauſa doloris,ad hoc vt ſit facile permutabilis à natura. Et res magis conuenientes in hoc ſunt pinguedines,& olea.& pinguedinum, ſicut pinguedo gallinæ,& anatis,& pinguedo anſeris eſt melior ſecũdum Gale. de oleis oleum vitellt ouorum, & oleum dulce oliuæ calidum parum. Et generaliter,quando dolor eſt mordicatiuus,res quæ mitigant,debent eſſe dulcoratiuæ.vnde medicinæ,quæ habent qualitatem mordicatiuam,& proprie ſtypticæ,multum ſunt remotæ à mitigatione doloris.Et medicinæ frigidæ,& oppilatiuæ habent augmentare dolorem: eo quòd reſiſtunt diſſolutioni humoris.Sed medicinę,quę in Arabico nominantur muſcabecha, variantur ab iſtis: eo quòd ſubſtantia earum aliquantulum groſſior exiſtit: & cum hoc ſunt aperitiuę pororum cum euaporatione membri. Sed generaliter natura earum eſt propinqua naturę ipſarum medicinarum prędictarum, quę indigent pauca abſterſione.

De *medicinis generantibus Carnem*. Cap. XIIII.

Iſtę medicinę indigent pauca abſterſione cum pauca exiccatione.ſed abſterſio eſt, vt auferatur ſordicies, quę eſt in vulnere, & ſiccatio eſt ad ſiccandum humiditatem: quia in digeſtione vniuſcuiuſque membri inueniuntur iſtę duę humiditates, hoc eſt ſubtilis, & groſſa.

De *medicinis Cicatrizantibus*. Cap. XV.

Iſtæ medicinæ debent eſſe ſtypticæ, & fortiter ſiccæt propterea quia cutis eſt illud,quod fit à natura poſt generationem carnis,& cutis eſt ſiccior carne. propterea neceſſe eſt vt exiccatio iſtarum medicinarum ſit fortis:ſicut gallæ,& balauſtia.

De *medicinis Cauſticis*. Cap. XVI.

Iſtæ medicinæ debent eſſe in fine caliditatis cum groſſitie ſubſtantiæ:& tunc facient opus,quod facit pruna, ideſt carbo.

De *medicinis Corroſiuis, & facientibus Carnem cadere*. Cap. XVII.

Iſtæ medicinæ conſumunt carnem, non tamen faciunt quod faciunt cauſticæ.& hoc accidit,quia habent caliditatis minus,et ſubtiliorem ſubſtantiam. Et quæ faciunt cadere carnem, ſunt debilioris putrefactionis.& non dicũtur putrefactiuæ, niſi propterea qa corroſio,& caſus carnis non ſunt niſi propter calorem extraneum.& in calore extraneo eſt aliqua putrefactio de neceſſitate.Et medicinæ putrefactiuæ ſunt ſicut auripigmentum rubeum,vel citrinum. Et vtimur medicinis facientibus cadere carnem in vulneribus, quando volumus quòd caro bona in eis naſcatur: ſicut putrefactiuis in locis corroſiuis.

De *medicinis Attractiuis*. Cap. XVIII.

Quædam earum operantur prima qualitate, & quædam proprietate. Quæ operantur per primam qualitatem, trahunt quodlibet adueniens.Sed quæ trahunt proprietate, trahunt rem propriam,ſicut adamas ferrum.& generaliter omnis attractio,quocunque modo fiat,non fiet niſi per calorem. Et ego debeo declarare operationes, quæ à proprietate fiunt completæ.Et medicinæ,quæ trahunt propter primam qualitatem,in eo quòd eſt qualitas abſolute, hoc eſt illud,quod facit caliditas,inquãtum caliditas, ſunt duarum ſpecierum. vna eſt,quæ trahit per calorem naturalem,qui eſt in ea,ſicut res quæ vocatur moſchec almeſia, ideſt putredo facta circa orificium foraminum apumt & alia trahit per calorem putredinalem, ſicut fermentum,& ſtercus columborum. Sed medicinæ, quæ vocantur bezahar,quæ curant à venenis,quędam faciunt hoc à tota ſubſtantia, & quædam faciunt propter primam qualitatem,quæ eſt in eis:hoc eſt quando reſiſtunt qualitati generatæ à veneno. propterea quia venenum ingreditur hanc diuiſionem:hoc eſt,quia venenorum quoddam eſt venenum per primam qualitatem,& quoddam eſt à tota ſubſtantia.& hanc diuiſionem poſtea declarabo. Et medicinæ pręſeruatiuę dicuntur medicinæ,quæ reſiſtunt putrefactioni, aut propterea quia tenent aperta loca,quæ parata ſunt oppilari:aut quia reſiſtunt putredini,aut propter vtrunque.

De *medicinis Confortantibus*. Cap. XIX.

Iſtæ medicinæ ſunt,quæ aſſimilantur complexioni membri in tota ſubſtãtia.Et propterea dicunt quidam quòd quodlibet membrum comeſtum confortat ſimile membrum comedentis. Sed medicinæ, quæ confortant, inquantum ſunt medicinæ confortatiuæ, neceſſario calor earum debet eſſe fortior parumper calore membri,& ſimiliter ſiccior: propterea quia membra non terrentur,neque debilitantur,niſi propter qualitatem frigidam,& humidam.& hoc ſecundum plurium accidit proprie in membris principalibus. Et generaliter non debilitatur operatio mẽbri vt plurimum niſi propter frigiditatem,quæ eſt conuenientior ad inducẽdam læſionem:hoc eſt quia aſſimilatur virtutibus dominantibus ſuper ipſum ex virtutibus elementorũ, ſicut eſt cerebrum: quia ideo quòd ſuper ipſum dominatur frigiditas & humiditas,læſio, quæ ſuperuenit ei propter has duas qualitates,eſt maior. Et propterea eſt neceſſe ꝙ natura medicinæ, quæ confortat membrum, reſiſtat parti,à qua prouenit læſio membri. ver. g. quia medicinæ,quæ confortant hepar,neceſſario debent habere manifeſtam ſiccitatem,è cõtrario in medicinis cordialibus. & quędam ſunt,q̃ confortãt à tota ſuba,ſicut aurum,

aurum,& margarita cor.Et quædam ſunt, quæ confortant propter qualitates primas,& ſecundas:ſicut ſtypticitas,& amaritudo,quæ ſunt in roſa. Et medicinæ odoriferæ ſunt ſupremæ omnibus medicinis, quæ confortant principalia membra:& maxime in rebus teſtificatis ab experientia, & proprie corde. Et propterea muſcus plus cõfortat inter cætera odorifera: nam etus aromaticitas prævalet omnibus aromaticis.

De *operationibus Tertiarum virtutum*. Cap. XX.

Iam diximus naturam medicinarũ, à quibus prouenium operationes ſecũdę:deinceps debemus narrare naturam medicinarum, quæ faciunt tertiam operationem. Et dicamus ꝙ iſtarum medicinarũ quædam ſunt quæ franguht lapidem,& quædam quæ prouocant menſtrua,& quædam quæ generant lac, & quędam quæ generant ſperma,& quædam quæ diminuũt lac & ſperma,& quædam mundificant pectus. Sed medicinæ,quæ frangunt lapidem, nõ ſunt multum calidæ,ſm ꝙ Medici dicunt:propterea quia calor,qui indurat,& petrificat,eſt fortiſſimus. & ꝓpter hanc viam calor extraneus indurauit lapides. & propterea eſt neceſſarius in earum fractione calor ſuauis, et non fortis, in quo ſit aliquantula humiditas,comparando calori, qui indurauit lapides, & cũ ſubtilitate:eo ꝙ ſcis, ꝙ res, quæ induratæ ſunt propter calorem & ſiccitatem, non diſſoluuntur niſi per frigiditatem & humiditatem. Et cum dico frigiditatẽ, intelligo diminutum calorem à calore,qui coagulauit lapidem. & ſic intelligo cum dico humiditatem:ideo quia non operantur iſtæ medicinæ in lapidibus, niſi per operationem ſimilem operationi alicuius decoctiõis, & per viam iſtã diuidit eum calor naturalis,& expellit.Et tales medicinæ ſunt ſicut aſparagus, cicer rubeum, & amygdalę, quæ tendũt ad amaritudinem.Et non eſt remotũ, vt hęc operatio non fiat à tota ſubſtantia. Sed medicinæ,quæ prouocant vrinam, debent neceſſario habere caliditatem cum ſubtilitate. quia caliditas cũ ſubtilitate adiuuat virtutem actiuam,quæ eſt in renibus, videlicet ad trahendum illam aquoſitatem:& diſcretiuã, quæ eſt in hepate,etiam adiuuat in cognitione iſtius aquoſitatis caloris.& dicitur ꝙ medicinæ, quæ faciunt hoc, habent conuenientiam cum membris vrinæ à tota ſubſtantia: ſicut ſunt apium,fœniculum,daucus,& ſimiles illis. Sed medicinæ, quæ lac generant, ſunt quæ habent calefacere humores phlegmaticos, & habẽt iuuare virtutem digeſtiuam,quæ eſt in membro, vt cõueniatur ad ſanguinem. Et ex generantibus lac ſunt quædam, quæ ſunt cibi:& illa ſunt conuenientiora in hoc opere. & ſunt cibi, ex quibus fiunt humores temperati in caliditate & humiditate ęqualibus humiditati et caliditati ſanguinis. Et medicinæ,quæ,ꝙ vocant menſtrua per os ſumptæ, ſunt de genere medicinarum, quæ generant lac: ſed neceſſe eſt vt ſint calidiores eis:eo ꝙ habent aperire orificia venarum, & ſubtiliare ſanguinem. Et quando hoc accidens eſt paruum,tunc ſufficiunt ſolum medicinæ, quæ generant lac.ſed ſi ex toto ceſſaret menſtruum,non ſufficiunt illæ:ſed ſunt neceſſaria ęa, quæ ſunt ſimilia pulegio,& mentaſtro,& opopanaco,& coſto, & ſchœnantho,& caſſiæ lignęæ,& ariſtolochiæ,&ſimilia his. Sed medicinæ,& cibi qui generãt ſperma, ſunt calidi & humidi & ventoſi:ſicut faſeoli rubei,cępe,& nuclei pinearum. Sed medicinæ, quæ mundificant pectus & pulmonem, & adiuuãt ad excreandum materias incluſas in ipſis, ſunt quæ habent virtutem digeſtionis, & inciſionis ſine forti calore, vt non indurent. Et quandoq̃ adiuuant ad excreandum ſputa medicinæ,quæ habent

lenitatem & viſcoſitatem, quando difficultas ſpuendi erit propter ſubtilitatem materiæ:quia ſpargitur, & circunfluit ante aerem,& educi nõ poteſt. Et medicinę digeſtiuæ, & huius materiæ abſterſiuę ſunt ſicut nuclei pinearum recentes, & butyrum cũ melle cannę & amygdalis. Et ſemper ſis memor eorum, quæ diximus ſuperius:hoc eſt, quia diuerſificantur operationes iſtarum medicinarum per diuerſitatem complexionis alicuius membri etiam plus et minus.& à te pone gradus et via cognitionis harum rerum vt plurimum eſt experiẽtia.

De medicinis operantibus à forma ſpecifica: et de differentia inter eas, et illas, quæ operantur per primam, ſecundam, & tertiam virtutem. Cap. XXI.

Deinceps volumus dare differẽtiam, quæ eſt inter medicinas, quæ operantur per primam, ſecundam,& tertiam virtutem,& illas,quæ operantur per proprietatem, quã appellant Medici totam ſubſtantiam,& qualiter operantur. Et dicamus ꝙ operationes medicinarum ſumũtur duobus modis. Vnus eſt operationes, quæ appropriãtur proprijs virtutibus elementorum:ſicut eſt calefacere calori,& refrigerare frigori:quia huiuſmodi ſunt ſubſtantialia,& ſequunt eorum ſubſtantiam. et ſimiliter inciſio,ſubtiliatio,& alię operationes ſecundæ,& tertię,ſicut dictum eſt. Et propterea poſſumus apprehendere occaſiones harum operationum bono arbitrio. Sed alium modum medicinarum operationis appropriare nõ poſſumus primis virtutibus elementorum ſubſtãtialiter: verbi gratia attractio,quam facit magnes in ferro: propterea quia attractio,inquãtum eſt attractio,quamuis ſit appropriata calori,non ꝓpterea vt trahat,abſolute accidit vt trahat ferrũ,ſed propterea quia trahit tali attractione propria.& hoc accidit propter proportionẽ,& conuentiam,quæ eſt inter ipſum & ferrum. Et hæc proportio, & conuenientia non eſt niſi in menſuris mixtionis elementorum in eis,hoc eſt in trahẽte & attracto. Et propterea eſt poſſibile inueniri in vna re proprietates infinitas. & hoc eſt comparando entibus quaſi infinitis. Et hæc operatio eſt, quaſi ſicut accidens in ipſis virtutibus elementorum,quæ ſunt infuſæ in re,quæ habet hãc proprietatẽ,& non inſunt ſubſtantialiter. Et propterea eſt impoſſibile ſcire per arbitrium mẽſuram mixtionis,propter quã fit hęc operatio in ipſo ente,ſicut ſcitur operationes, quæ prouenium à materia, quæ non ſciuntur niſi per arbitrium. Iſtud eſt eſſe proprietatis,& totius ſubſtantiæ.Sed complexio non quæritur, nec arbitratur in hac ſpecie,ſed in alijs.Et qui quęrunt in qua ſpecie harum operationum operentur medicinæ laxatiuæ:eis reſpondendum eſt, quia habent hanc operationem per modum attractionis, inquãtum eſt attractio, & per proprietatem. Propterea quia nos videmus, ꝙ quando reperitur vna ex iſtis medicinis purgantibus, ipſa attrahit humorem proprium ei,& à quacunq̃ parte ſit in corpore, vel ꝙ ſit in partibus infimis corporis, aut in partibus ſupremis:ſicut ſcammonia, quæ curat ægritudinem formicæ pedis: eo ꝙ mouet hunc humorem cholericum,qui eſt in pede,ad excũdum extra cum medicina.et hoc non fit niſi per viam attractionis. Et medicinæ purgatiuæ non habent hanc ſolã virtutem, hoc eſt attrahẽdi humorem proprium eis, ſicut turbith phlegma trahit,& ſcammonia choleram,& lapis lazuli melãcholiam: ſed etiam trahunt propriũ humorem, & ex proprio membro, ſicut faciunt guma, & ꝙdam * ſerapinum, quod trahit à neruis, & à iũcturis humores

Medicina ſolutiua attrahit per ꝓprietatẽ, quæ eſt ꝓportio mixtionis elementorum. Meſue in de conſolida tone medicinarum, inciſione prima & cap. de Neu barbare per ꝓprietatem cœleſtẽ Gale. in de Simpli. Medi. a limil ratione. Vide quarta primi ca. * q̃dã virtute & in de Vir cor. ca. 20 virtus illa eſt ꝓprietas re ultans ex mixtione elementorũ, & influentia ſuperiorum.

* faga pen.

res phlegmatieos grossos & viscosos. Et apparet ꝙ medicina cum hac operatione attractionis habeat operationem cognoscendi humores: propterea quia humores, sicut scitur, sunt in maiori parte in sanguine in potentia: & ipsa cognoscit eos, & ipsos attrahit. Et quando trahuntur humores ab instrumentis ciborum ad intestina, & ventrem, tunc mouetur virtus expulsiua ad expellẽdum eos, nec est remotum, vt virtus expulsiua, quæ est in hoc membro, in quo est humor, sit iuuatrix opationis medicinæ in illo humore: hoc est, quia cùm medicina incipit attrahere, & natura incipit expellere. Et propterea, quando virtus expulsiua est multum fortis, fit propter hoc magna euacuatio: quamuis medicina non fuerit multum fortis. Et manifestum est, ꝙ attractio non potest fieri nisi cum apertione orificiorum venarum: & illa apertio non habetur nisi per calorem: & sic fit similiter attractio. Et propter hoc totum appareꝛ ꝙ medicinæ purgatiuæ non opantur nisi per vnum calorem proprium, qui est in eis, qui habet proprietatem trahendi talem humorem. Sed quærendum est, & dicamus per exemplum. Ponamus ꝙ scammonia habet proprietate sua trahere choleram solum, sicut habet magnes trahere ferrum solum: ergo quando bibitur ex ea pluſquam sit eius dosis, nõ debet alium purgare humorem. & iam certificatum est per omnes Medicos, & experientia scit, ꝙ si fuerit quantitas maior debito, purgata cholera fortiter, postea purgat phlegma, post melancholiam, & sanguinem. & sic apparet ꝙ alia virtus hoc faciat a proprietate. Ad hoc respondere debes, ꝙ iste calor proprius, quem habet medicina purgatiua, per quem attrahit, nõ habet ipsum solũ in se & in actu, sicut habet magnes, qui trahit ferrum propter suam formam specificam. quia medicina non acquirit illum calorem nisi à corpore: & calor non dat illum calorẽ nisi in quantitate determinata in illa. et propterea, quando recipitur aliqua quantitas indeterminata, non stabit in hac proprietate. ergo attractio medicinæ non est propria alicui humori, nisi per viam cõparationis, & proportionis determinatæ in illa medicina, & non omni quãtitate accidente. ꝙa quando egreditur ab illa quantitate, tunc trahit solum illud, quod trahit per attractionem. Et non oportet vt hæc omnia dicantur, nisi in medicina, quæ inuenta est per experientiam, vt non trahat nisi vnum humorem proprium: eo ꝙ inueniuntur medicinæ, quæ trahunt diuersos humores: sicut dicitur de agarico. Et non est remotum quia omnes humores habent propinquitatem in vno genere. Et hoc est etiã causa, si duplicaretur quantitas medicinæ, quæ est propria vni humori, vt purgaret alium humorem. sicut dicitur quod medicinę, quæ trahunt melancholiam, trahunt humores phlegmaticos: quia conueniunt cum ea in vna qualitate.

De Venenis. Cap. XXII.

VEnena operantur in corpore quatuor operationibus virtutum. sicut tu vides ꝙ plura operantur qualitatibus primis, sicut opium, quod priuat sensum, & motũ sua frigiditate. vnde si sumeretur pauca quantitas, postquam esset refrenata aliqua medicina contraria, esset medicina. Et quædam operantur à tota substantia: hoc est quia permutant corpus penitus ex toto. sicut aurum conuersum in calcem, quod non potest aliquo modo esse medicina. Et quædam interficiunt fortitudine attractionis: sicut dicitur de elleboro albo. Et quædam occidunt, remouendo calorem vitæ. & hæc sunt, quæ purgant sanguinem.

De medicinis Bezabar. Cap. XXIII.

MEdicinæ, quæ vocantur bezahar, quæ curant à venenis, operantur has passiones cõuersim: hoc est quia quædam permutant sua qualitate venenum, quando sunt contrariæ: & quædam hoc operantur à tota substantia: & quædam hoc faciunt sua attractione. Et istę medicinę *bedazaricę non curant nisi reciptantur, cùm est in corpore dispositio venenosa facta à veneno, & tunc dãt corpori vnam virtutem, quæ est contraria virtuti venent. & sic curatur venenũ quasi per accidens. propterea quando illas comedit homo sanus, sunt sicut venenum, exceptis granis citri, & similibus illis. Propterea dicũt Medici ꝙ medicinæ bedazar sunt mediæ inter medicinas & venenũ. Et nos sic non intẽdimus: quia mediũ & extrema sunt vnius generis: et quę sunt vnius generis, sunt similiaꝛet sic nõ est in bedazaris cũ veneno. et ꝓpea melius est dicere ꝙ bedazar sit in fine contrarietatis cũ veneno: ga medicatio cõtrarietatis semp debet attribui cõtrarietati. Sed causa, quare bedazar occidit sanũ, non est nisi quia nõ habet prodesse, nisi quando in corpore est dispositio venenosa. Et est, vt istæ medicinę faciant duas operationes in corpore humano. Vna est, vt venenosa, quãdo recipitur, non existẽte in corpore dispositione venenosa. Et alia est iuuatrix, quando in corpore est dispositio venenosa. & sunt sicut venenum ex vna parte, & medicinæ ex alia: non ꝙ sint medicinæ ex parte, ex qua sunt venenum. quia nõ est extraneum, vt dicatur ꝙ diuersificantur actiones vnius agentis diuersificatis dispositionibus subiecti locorũ. Hoc est, qd̃ potest dici bono arbitrio de operationibus medicinarũ, qualiter operantur.

* Forte melius legẽt bezahar, & sic semp in hoc capitꝰ.

Vide Cõtradicũ. Zim.

De modo cognoscendi uirtutes Medicinarum, & Ciborum. Cap. XXIIII.

DEinceps habemus perscrutari, si possunt comprehendi argumento operationes medicinarũ, quæ non sunt expertæ: aut sit cognitio inuentionis earum per experientiam: aut si in hac inuẽtione cadit res, quę contineat argumentum & experiẽtiam: & si ceciderint, vtrum sufficiant modi, qui dicti sunt à Medicis. Sed dicamus ꝙ operationes medicinarũ, ſm ꝙ dictum est, sunt quatuor, primæ, & secundę, & tertiæ, & propriæ. Sed cibus non habet nisi vnam operationem, hoc est, quòd nutrit. Et cibi naturales non conueniunt nobis nisi in tota substantia. propterea quando perscrutari erimus de hoc, si poterit comprehẽdi per modum argumenti demonstratiui in hac perscrutatione, cadet perscrutatio inquisitionis proprietatis, si potest assignari aliqua ratio, vel non. Et dicamus quòd iam dictum est in primo Posteriorum, ꝙ cognitio rerũ est duobus modis. Vnus, vt habeatur cognitio sui esse solum: & hęc vocatur demonstratio esse. Et secundus dat nobis cognitionem causę illius esse: & hęc vocatur demonstratio causę. Et quando sunt in vna & eadem scientia, differunt ſm hũc modum. quia quod dat causam, non stat nisi per primam causam, ꝓpinquam sine medio. verbi gra, si tu quęreres quę sit causa diei, respõdemus, quia est propter lumen Solis. sed quod dat esse rei solum, non stat per primam causam, sed stat per principia mediata. & si non sint mediata, non sunt ipsa & eadem causa. sed hoc scitur per conuersionẽ ęqualẽ, aut per res magis notas apud nos. Verbi gratia ponamus vt velimus rationem assignare, ꝙ Luna sit rotunda: eo ꝙ ipsius lumen paulatim augmentatur in figura rotunda, sicut arcus. quia hoc principium, hoc est augmentatio sui luminis paulatim, nõ est mediatum: propterea

propterea hoc idem non est causa rotunditatis Lunæ: propterea ꝙ rotũditas Lunę nõ est propter hoc, ꝙ augmentatur paulatim in hac figura rotunda, sed augmentatur paulatim in hac figura, quia rotunda. & est conuersiue: propterea ꝙ cuius rei lumen augmẽtatur paulatim in hac figura, est eius forma rotunda: & omnis res rotunda luminosa augmentat lumẽ suum in hac figura. Et etiam inuenimus principia, quæ dant esse rei solum in hoc, ꝙ nota sunt per se, & nõ propterea vt sint prima causa in re. sicut dicitur ꝙ stellæ, quæ non scintillãt, sunt nobis propinquiores. & hoc principium est notũ apud nos per sensum: ꝓpterea prodest dicere ꝙ stellę errantes sunt propinquiores fixis. Et debes scire ꝙ hęc pricipia, quæ nos iuuant ad sciendum esse rei solum, sunt posteriora in esse & cognitiõe causa, & sunt priora ea in cognitione comparatione ad nos: propterea quia priuatio scintillationis errantium est propter earũ propinquitatem ad nos: & propinquitas earum ad nos est prior in natura & cognitione. Et principium cõuersiuum potest nobis dare cognitionem causę rei, quando probatur per mediũ terminũ. quod fit in vero syllogismo, ga in hoc probatur terminus maior, & minor virtute mediꝰ. ga quãdo inuenitur terminus maior in toto medio, & medius in toto minori, tunc probatum est esse maioris in minori. & hęc demonstratio potest dare causam esse, & nominatur demonstratio causę. Sed quod dat solum esse, est inductio: hoc est quia scitur ex inquisitione partium, quę sunt sub illo vniuersali. quia quando fuerit quęsitum prędicatum, cuius esse volumus habere certitudinem vniuersaliter, tunc quęruntur oẽs partes vniuersalis. Et si inueniantur, tunc constituetur, ꝙ hoc prędicatum est in toto vniuersali. & hæc species nominatur declaratio esse maioris in medio virtute minoris. quia quãdo inuenitur maior in toto minori, hoc est in omnibus partibus, et totus minor est totus medius, tũc argumentatur maiorem esse in toto medio. Ergo quando quęruntur multa ex particularibus in vna specie: & inueniatur vnum prędicatum in omnibus, non opinando vt sit aliqua pars in subiecto, in qua nõ inuenia tur hoc prędicatum: & est certificatum, ꝙ non videbitur per hoc, quod videtur à partibus, per hunc modum declarationis cognoscitur esse vnius prędicati in tota illa specie à parte experiẽtię in omnibus suis partibus. Et per hanc viam habemus cognitionem maioris partis specierum principiorum artis Medicinæ. Et principium, quod nobis dat esse rei solum, est post conclusionem, vt non sit cõuersiuum super medium terminum. & in hoc modo cadit demonstratio esse. verbi gratia, si cut volumus declarare esse virtutem nutritiuam hominis per vnum principium, quod dicet, omne animal est nutribile. & het argumentum hoc sic. omnis homo est animal: omne animal est nutribile: ergo omnis homo est nutribilis. propterea quia hoc principium non prodest nobis nisi ad tribuendum virtutem nutritiuam homini, sed non vt virtus nutritiua sit causa propinqua homini. Et quare non iuuat nos in dando causam rei? quia non conuertitur maior super medium: quia omne nutribile non est animal. Et in sũma dico, ꝙ demonstrationes, quæ nascuntur à causis remotis, vel sint affirmatiuę, vel negatiuę, sunt demonstrationes esse, et non demonstrationes causę: quia demonstratio causę est prima & propinqua. Et omnes istæ res faciles sunt ei, qui studuit in Logica per aliquod tempus, & perfectius cognoscet iuuamentũ, quod faciunt in hoc loco, et etiam necessitatem. Et postquam ita est, sicut dictum est, debemus pscrutari de proprietatibus. Et dicamus, videndum est, si possit inueniri via, qua possimus cognoscere ꝙ proprietates sint per comparationem alicuius alterius rei, sicut est ad comparationem corporis hominis. Et dicimus ꝙ hoc non potest sciri, nisi vno duorũ modorum. Vnus est, vt sit natura, propter quam prouenit hæc operatio, manifesta apud nos perfectę, aut per primos intellectus, aut per demonstrationem. Alter est, vt inueniant res proprię posteriores illi naturæ. & ad hæc vt sint illæ res, & proprietates æquales in vno prædicato. & etiam vt sint illæ eædem res posteriores magis notæ apud nos ꝙ proprietates. & vt sint illæ res, propter quas possint sciri proprietates absq; medio. Quoniam species harum demonstrationum, quãuis sint ex rebus, quæ sunt quasi per accidens, sunt tamẽ veraces. & nos vellemus, si posset esse, inuenire hoc quęsitum virtute illarum demonstrationum. Sed videtur ꝙ iam sit sententiatum, ꝙ natura, qua operatur proprietas, non possit sciri perfectę: quia proprietas non est nisi vna operatio existens per se, transiens ab vno ente ad aliud propter proportionem mensurarum elemẽtorum, quam habet vnum ens cum alio. Et hæc mensura comprehẽdi non potest per modum arbitrij: neq; etiam potest sciri hoc plus quàm sit hæc cognitio, quæ non est perfecta. Neq; etiam inuenitur hic aliud accidẽs posterius, quod significat super hanc naturam veraci significatione. Etiam neq; est aliqua, nisi proprietas eadem, * quãdo sentiturꝰ quæ quia tunc significat super hanc naturam. & si est impossibile hoc scire, eodẽ modo est impossibile inuenire in eo, quod habet proprietatẽ, vnum accidẽs æquale proprietati ad hoc, vt significet super proprietatẽ, & sit manifestius apud nos ꝙ ipsa. quia non est conueniens inuenire hoc, nisi quando inueniretur vnum accidẽs magis notum, quod significaret perfecta significatione super naturam, propter quam fit hæc proprietas. Et propterea quia proprietas sequitur proportionem mensurarum entium, possibile fuit inueniri in vna re proprietates quasi infinitas. & res, quæ est propinqua infinito, non potest sciri perfectę per arbitrium: neq; etiam possumus inuenire signa significantia substãtialiter super hanc naturam. Et postquam ita est, debemus perscrutari, si possibile est apprehendere primas opationes per viam demonstratiuam, aut nõ. Et dicamus ꝙ via, qua perscrutati fumus sup proprietates, erit eadem cũ via, qua hic erimus scrutati. quia si posset apprehendi arbitrio medicina temperata, aut distempata in fine ęqualitatis, hoc non esset nisi cum cognosceremus naturam, quæ hoc operatur perfecta cognitione. Quia quando nos tractamus de medicina, si est calida, aut frigida, aut tempata, nos non intelligimus hoc, nisi quia habet per sui naturam & præparationem, permutando se à corpore humano, vel vt permutetur à corpore humano: & corpus postmodum ab ea recipit vnam qualitatem permutatam cõparatam, ꝓportionatam qualitatibus naturalibus, quæ sunt in corpore: quam ꝓportionẽ diximus tempantiam esse, aut distempantiam. Ergo vtinam ego scirem, quæ natura est hæc, propter quã pręparatum est corpus humanum pati has passiones: & quæ est illa, quæ præparata est ad agendum: & cui rei habemus comparare, hoc est cui rei debemus comparare mensuras elementorũ, quæ sunt in illa. Propterea quia hęc operatio nõ dicitur nisi comparatiue ad corpus humanum. Et ꝓpterea apparet prima fronte, ꝙ debet fieri comparatio inter complexionem ciborũ & medicinarum, & complexionem hominis: ita ꝙ mẽsuræ elementorum, quæ inueniuntur in cibo & medicina, in qualitate æquales sint his, quæ in homine inueniũtur. & hoc est, quod dicitur cibus temperatus, & medicina temperata. Et quod egreditur à temperãtia ad vnam extremitatum,

tatum, est illud, quod est augmẽtatum aut diminutum in illo extremo. Hęc est melior ratio, quę possit assignari proportioni & comparationi ciborum, & medicinarũ corpori humano, & opationibus ipsius. Sed vnum nobis obuiat, ꝙ si ita est, nullus cibus debet dici temperatus hoi, nisi caro humana. Et forte posset esse ꝙ carnes gallinarum per modum similitudinis remotæ, essent temperatæ complexioni hominis: aut complexio carnium hœdi similiter. Sed de terræ nascentibus nullum temperatum poterit inueniri. & minus debet esse calida corpore humano: quia corpora animaliũ sunt calidiora nascentibus terræ: & propterea nõ inuenitur in terræ nascentibus calor in actu. Et postquam nõ est via cognoscendi hãc naturam perfecta cognitione ab hac parte comparationis, quæ est inter naturam corporis & complexionem, qua operant medicinæ has operationes, fortasse poterit cognosci à parte comparationis, & proportionis mensurarum elemẽtorum, quam habet medicina à seipsa: hoc est quia medicina, in qua dominabitur calor in seipsa, illa dicitur calida: & illa, in qua dominabitur frigus, dicitur frigida. & sic de sicco & humido. quia medicina, in cuius partibus dominabitur pars ignea, illa erit conueniens, vt ex ea generetur calor magis: sicut videtur in sulphure, & in similibus. Hæc est vna via, quæ posset sustineri in parte. Sed etiam illa est corrupta in pluribus suis partibus. ideo quia inuenimus multas res, quæ sunt in suis cõplexionibus calidiores, & quãdo nos comparamus eas corpori humano, hoc est, quando eas comedit homo, inueniuntur frigidiores, sicut mustum & vinũ antiquum: quia in eo, s. musto apparet calor manifestior, postquã tu vides, quia bullit, & comparãdo ipsum corpori humano, est frigidius. Et videmus res, in ꝙbus frigiditas est magis manifesta, et cõparatiõe ad corpus nostrum sunt calidiores: sicut vetus vinũ. Et si tu dicis, hoc prouenit à virtute corporis: ergo sumus in eo quod prius eramus, & non sumus egressi. Et quare volo in hoc conari, quia in terræ nascẽtibus & animalibus omnibus dominatur calor: & si refrigidarent propter dominãs in eis, nõ est frigiditas illa à parte, qua sunt terræ nascentia, aut animalia in actu. Sed quędam eorum inueniuntur calida cõparatione corporis humani, & quædam frigida: & non solum frigida, verum etiam mortifera propter frigiditatem. & illud, quod est mortiferũ, non est mortiferum ex parte qua frigidũ est in actu: quia vinum, quod est viuificatiuum, est frigidum in actu: ergo non prouenit nisi à parte permutationis, quam recipit à nostro corpore. & hęc permutatio aut est ad magis calidum, aut ad magis frigidum. & si ad magis calidum, ergo caleſit, & non refrigerat: si ad plus frigidum, ergo in corpore nostro est frigiditas in actu i quarto gradu, aut vltra. ergo sunt occupati omnes passus vel transitus, & est nobis necesse tentare nouum passum. Et dicemus parum de esse olei. Oleum est ex rebus, in ꝙbus dominatur humiditas & caliditas: eo ꝙ partes aereę in eo sunt manifestæ multũ. Et si aliquis quæreret quomodo potest esse vt in eo partes aereæ dominẽtur, cùm videamus ꝙ ingrossatur, & congelatur, & inspissatur à frigore: & dicit ꝙ non congelantur à frigore nisi substantię aquosæ. Debemus respondere, ꝙ non cõgelatur propter frigiditatem, nisi propter multã conuersionem suarum partium ad aquam, et ab illa conuersione prouenit hoc. & multum subtiliati sumus super esse olei super Quarto Meteororum: & ibi sunt soluta omnia dubia. & propterea nõ potest haberi ex hoc certitudo nisi per experientiam. Et quomodo non debes hoc credere? quia tu vides, ꝙ quãdo ponimus in ignem multas res, non subito alterantur propter calorem naturalem; qui est in ipsis: & quando comeduntur ab aliquibus animalibus, incontinenti alterantur propter calorem naturalem, qui est in ipsis animalibus. Sicut dicitur quòd cùm struthionibus datur ad comedendum aurum, & incontinenti extrahatur à stomacho, inuenitur multum diminutum. & hoc est veritas, quamuis aurum dure patiatur ab igne. nec potest dici, quòd calor struthionis sit fortior igne: nam verbum esset vanum. Ergo hæc res non est nisi illud, quod sequitur à tota substantia in calore struthionis, & non propter fortitudinem qualitatis caloris. & hoc est manifestius in cibis ꝙs in medicinis: propterea quia cibus est illud, quod habet per suã naturam, vt cõuertatur, & alteretur à cibato, ita vt sit cum cibato idem in specie. & manifestũ est quòd hæc conuenientia, quę est inter cibum & cibatum, non est nisi à tota substantia. & propterea vna & eadem res vni animali est cibus, & alteri est venenum: sicut elleborus coturnicibus, & napellus zaratro, quod Latine sturnelli nominantur. sed medicina eo ꝙ operat in corpore propter primas qualitates opinantur quidam, vt illud arbitrio possit comprehendi.

De *inuestigatiõe uerificationis signorũ rationabilium, operationum Ciborũ, et Medicinarũ.* Cap. XXV.

ET Galenus, et alij Medici conati fuerunt facere regulas demonstratiuas, vt probarent operationes harũ medicinarũ in corporibus humanis: quarum non sint nisi signa opinantia, sicut ostensum est superius. et vt ipsum honoremus, dicimus ꝙ habent veritatem pro maiori parte, sed non necessario: & etiã quia mouent hominem ad experientiam. Et propterea dicit Galenus, ꝙ duo instrumẽta, quibus hæc ars fuit inuenta, fuerunt ratio, & experientia. & etiam conferunt ad habendam cognitionem rerum expertarum, vtrũ sint cibales, aut medicinales. verbi gra sint duo cibi: vnus sit facilis vel leuis, alter vero grauis & durus: nos dicimus ꝙ facilis & leuis citius alterabitur, eo ꝙ citius recipiet diuisionem à calore naturali, & citius patitur. Et adhuc plus, si conati essemus in his rebus ad accipiendum per vnam viam causam & esse simul, esset valde difficile. & quando habebimus experientiam esse, facile erit nobis dare causam per hunc modum speculationis. & erit hæc ars ratiocinatiua. Et quando vna medicina non complebit intẽtionem nostram hac ratione, poterimus ad alią transire. sed qui non haberet nisi experientiam, non posset hoc obtinere. Et iam dilatatus est Galenus in diuisione harum duarum rerum: nisi ga demonstrationes, & sentẽtiæ datæ à Galeno, & quibusdam Medicis venientibus post eum, sunt breues respectu illarum, quæ hic dici possunt: eo ꝙ intenderãt ad loquendum super naturam medicinarum ex parte saporum, & odorum, & velocitate conuertendi ab igne. & si poneremus omnia hęc esse signa, erunt propriora naturarum, quæ tenentur has operationes facere in corpore humano. Sed signa substantialia necesse est vt sint æqualia naturis, quæ manifestant super eas: & tunc poteris ire à nouissimo ad primum, & à primo ad nouissimum. Et si non fueris pscrutatus speculationes huius artis per hanc viam, ignorabis naturam medicinæ calidæ, inquãtum absolute calida extitit, & frigidę inquantum frigida. nec etiam scies naturam medicinę calidæ in eo ꝙ est calida pfecte, nec frigidæ in eo ꝙ frigida est. Verbi gratia, si cognitio Medici i medicina calida non esset, nisi propterea ꝙ habet saporem acutum, aut amarum, aut salsum: et ꝙ natura, quæ habet calefacere, facit hoc: tunc est eius speculatio in hac arte multum

tum diminuta: propterea quia multæ res sunt calidę, et non habent saporem amarum, neq; acutum: sicut carnes passerum, & columbarum iuuenum, & similium. Quia cibi, & medicinæ vniuersaliter sunt terræ nascentia, aut animalia, aut mineralia: & sapores non dominantur nisi in terræ nascentibus, aut animalibus. Et nobis necesse est vt istarum rerum arbitrium sit rationale ad affirmandam naturam medicinarum calidarũ, frigidarum, siccarum, & humidarum: & postea studebimus in rebus, quæ significant has naturas. Ergo primo consyderanda sunt signa, quibus possimus cognoscere quãtitatem harum mensurarum à complexionibus medicinarum. Et dicimus ꝙ res, quibus possunt sciri, sunt res superuenientes vnicuiq; qualitati rei cõplexionatę: propterea quia complexionatum est corpus consimile in partibus: & ista superuenientia sunt differentiæ, quæ aduenient ei à mensuris mixtionum illarum. Et quædam istarum differentiarum sunt, quæ continẽt omnia corpora consimilia, & sunt omnes enumeratæ in Quarto Meteororum: quarum quędã sunt quæ congelantur, & quædam non: & quædam dissoluuntur, et quædam non: & quædam sunt lenes, & quædam asperæ: & quædam sunt, quæ sunt extensibiles, & quædam non. Et quædam sunt quæ sunt proprię quibusdã corporibus consimilibus: sicut odores, & sapores, & colores. Et quædam quibus est dominatio manifesta vnius elementorum per se, quando sentiuntur per tactum calidæ, frigidæ, humidæ, aut siccæ. & hoc non inuenitur nisi in rebus, in quibus est caliditas, frigiditas, humiditas, aut siccitas in actu. Sed cùm nos pscrutati fuerimus cibos et medicinas, nos tẽtabimus eos, in eo ꝙ sunt partes rei compositæ. & hoc est proprium in medicinis, & cibis, quæ sunt partes terrę nascentium, & animalium. Et quædam illarum sunt, quæ indicant per earum operationes, & loca. & si sunt partes animalium, iudicantur à regimine illorum animalium, et à specie illorum ciborũ. & generaliter necesse est vti in animalibus comparatis rebus, quibus vsi sumus in cognitione complexionis hominis in opatione, regione, & loco. Et cùm dico hic operationem, intendo operationem animæ: hoc est nutrimentum, sensibilitatem, & concupiscibilitatem, & alias operationes animæ, quæ dictæ sunt. Istę sunt viæ, quibus possumus per hanc artem iudicare. & quãuis non sint fortes, sine eis non possumus esse, nec ipsas diminuere. Sed dicẽdum est de vnaquaq; istarum ꝙ melius esse poterit. nec petendum est vltra illud, quod dictum est, sicut dicit Aristo. quia non debemus quærere à traulo sermocinari, nec à muto loqui. & in his non est aliud, nisi vt recipiant à Naturali, & ab eo quod videmus, quod facit natura: quia demonstratio non habet veracem viam in hac arte.

Quo pacto cognosci possint complexiones Ciborum, & Medicinarum per generales differentias corporum mixtorum. Cap. XXVI.

ET dicamus ꝙ res, quæ sunt manifestiores, à ꝙbus possumus habere certitudinem cõplexionis corporum consimilium, est cõgelatio, & spissitudo, humectatio, resolutio, dissolutio, tactilitas, viscositas, subtilitas, grossities, mollificatio, duricies, combustibilitas, & non combustibilitas, oppilatio, & apertio: & quædam congelatio à calido, & quædam à frigido. Eorum, quæ congelant à frigore, quædam sunt, quę inspissantur primo a calore: & quædam, quę non sunt inspissata primo à calore: & quædam, quæ inspissantur ab vtroq; Et eorum, quæ dissoluunt, quædam dissoluuntur à calido, & quædam à frigido. Et eorum, quæ humectantur, quędam humectantur à calido, & quędam à frigido. Sed quæ congelatæ sunt à calore, calor & siccitas super eas dominatur, vt est sal, & species eius. Sed quæ cõgelata sunt à frigore, si in primis essent inspissata à calore: & ista spissitudo esset propinqua spissitudini, quæ fit à natura aerea, aut aquea, sicut spissitudo butyri, hæc erunt necessario calida. & idè est de oleis, gummis, & similibus. Et quæ cõgelatæ sunt à frigore, & natura terrestris super eas dominatur, si calor prius eas inspissauerit tergo frigiditas & siccitas dominabuntur in eis: sicut sunt ossa, cornua, pãniculi, & limilia. Sed quæ sunt congelatæ à frigore, nec sunt prius inspissatæ a calido naturaliter, hæc spissitudo erit frigida & humida: sicut est argentum viuum, & similia. Et quę res sunt inspissatæ à calore, & coagulatæ à frigore, sunt propinquæ æqualitati: sicut est cachimia. Et res quæ dissoluuntur à calore, semper coagulãtur à frigore: & quæ coagulantur à frigore, dissoluuntur à calore. Ideo cùm nos videmus res, quæ sunt dissolutæ à calore, debemus inspicere, si coagulatæ sunt à frigore, nec inspissatę sunt à calore, iudicamus ipsas esse frigidas & humidas. Et si sint inspissatæ à calore cum dominio partium terrestrium, iudicamus ipsas esse frigidas & siccas: sicut ferrum, & multa metalla. Et si cum hac spissitudine dominantur partes aereæ, tunc eas iudicamus humidas declinantes ad caliditatem: sicut est pinguedo intestinorum. & sunt res, quæ dissoluuntur à frigiditate & humiditate, vt sunt species salis. Sed res, quæ sunt inspissatę à calore, pro maiori parte sunt calidæ & siccæ: excepto ꝙ illa spissitudo non sit fundata in substantia aerea, sicut sperma: quia tunc illa substantia erit humida, aut temperata, sicut lac coctũ. Sed res, quæ sunt inspissatæ à frigiditate & humiditate, si calor est in primis opatus aliquam coagulationem, debet dici ꝙ sint calidæ & humidæ, vt est ius pingue. Et si sint inspissatæ, ita ꝙ calor in primis nullam fecerit coagulationem, debẽt dici vt sunt frigidæ & humidæ, sicut lac, quod coagulatur multa frigiditate. Et debes scire, ꝙ potest esse, ꝙ opationes, quas faciunt caliditas & frigiditas in rebus istis, possunt esse naturales, aut accidentales. ideo debemus iudicare sup generato illarum, si est naturale. quia complexio, propter quam medicina hoc facit, erit naturalis: sicut est spissitudo spmatis, & complexio, quæ facit non naturale, est non naturalis. sed accidentalis: sicut spissitudo, quæ fit in musto, quando ad ignem decoquitur. Sed res, quæ inspissantur à calore & frigore æqualiter, sunt aereæ et aqueæ, & earum partes sunt conglutinatę simul: sicut oleum oliuæ, & alia olea, quæ possunt recipere has operationes. quia oleum inspissatur & congelatur à frigiditate: propterea quia partes aereæ, quę sunt in ipso, cõuertuntur ad aquam. & iterum inspissantur à calore: propterea quia resoluuntur partes aqueę, & remanent aereæ cum terrestribus in eo dominantibus. Et res, quæ non inspissantur à calore, vel à frigore, sunt aqueę cum pauca terrestreitate: & calor eas consumit, antequam inspissentur. Nec etiam frigus potest eas inspissare propter paucam terrestreitatẽ, quę est in eis: eo quia non inspissat frigus, nisi quando extrahit caliditatem existentem in eis, & spargit humiditatem, & tunc aduenit siccitas, & illa de causa erit coagulatio, & inspissatio. Et quando duę res recipiunt cõgelationem, & inspissationem ęquali tempore, aut propter vnum motorem ęqualem in subtilitate & grossitudine, sunt in vno gradu ęquales in caliditate & frigiditate. Sed si vna earum plus inspissatur, coagulatio ipsius est velocior. & cùm motor ipsius est fortior, habet inęqualitatem sm hoc. Sed res lenes, & viscosę habent dominium aquæ & terrę:

& terræ: & propterea sunt frigidę, & grossę. sed lenes habent dominium aeritatis cum pauca terrestreitate: & propter hoc de facili diuiduntur, eo quia aereitas, quæ admixta est ei, est elementum humidum. & ideo leuiter ab alio diuiditur: & modica siccitas, quæ est admixta ei, leuiter recipit passionem. Et res humidæ recipiunt extensionem propter partem humidam aqueam, quæ est in ipsis. et propter dominationem partis terrestris cum aquosa, sunt difficiles diuidi in duas partes, propterea res lenes sunt propinquę, vel faciles, vt permutentur digestione propter facilem diuisionem earum: quia calor in eis plus dominatur. quia hæc est vna ex rebus, quæ adiuuant ad velocitatem digestionis: quia difficultas diuisionis partium fatigat naturam. Et scias ꝙ viscositas, & spissitudo significat siccitatem propter dominationem partium terrestrũ, si est medicinalis. & si est cibalis, est difficilis digestiõis: ideo quia forma corporis difficile suam deserit naturam. Et subtilis substantia, si est aerea, significat caliditatẽ & humiditatẽ: & si ignea, significat calorem & siccitatem. Et mollities significat corpus humidum. & propterea res molles facile permutantur, sicut fructus recentes, & humidi. & durę significant contrarium. Et spissitudo & mollicies, & subtilitas & duricies non significãt nisi super virtutes patientes in re: hoc est humiditatem & siccitatem, & nõ super agentes. Et oppilatio & euaporatio dicit ſm duos modos. vnus, qui debet sic veraciter appellari: & est talis operatio, hoc est augmentum vel diminutio quantitatis. sicut nos videmus mustum facere ex seipso euaporationem in vtre clauso, & crescit quantitas sua vltra mensuram primam, non existente additione substãtiæ in ipso, & aliquando frangit vtrem. & sicut videmus in nebulis, quæ constringuntur, & oppilantur in seipsis, & redeunt ad paucam mensurã, nihilo ex eis exeunte: & elargãtur, & crescunt, nullam additionẽ recipiẽtibus. Et causa in hoc est, ꝙa aer est maior aqua, & terra. & quando res appropinquat naturæ aeris, eius quantitas plus crescit: & quando appropinquat plus naturæ terræ, & aquæ, diminuitur plus. & propterea res vaporabiles sunt aereæ, & sunt calidæ & humidæ: & quæ sunt clausæ, & oppilatæ in seipsis, sunt frigidę & humidæ. ꝓpterea quia euaporatio non est nisi dilatatio substantiæ aereæ, & non est augmentũ rei vententis ab extra. & sic est oppilatio per contrarium. Et propterea ponitur fermentum in pane, ad hoc vt faciat ipsum spongiosum, & in eo dominetur aereitas, & sit facilis ad digerendum. ꝓpterea quia corpus aereum leuius est ad permutandum propter suam humiditatem: quia substantia sicca est dura ad permutandum, & digerẽdum. Alter vero modus est, qui dicitur vaporatio, vel oppilatio propter dispositionem corporis, quod habet foramina larga, vel stricta. quia quod habet largos poros, dicimus esse vapore sum: & quod habet strictos, dicimus esse oppilatum. quia naturalis intellectus est intelligere istas res in substantia corporea earum, & nõ propter largitatem, aut stricturam foraminũ. quia hęc sunt verba vulgarium: quàuis etiam illud adiuuet digestionem propter facilitatem digestionis. Sed res combustibiles sunt de necessitate igneæ, sicut sulphur: aut aereæ, sicut fumũ. & propterea velociter permutant ab igne. Et si diceretur sic in digestione, hoc non conueniret nisi rebus, quæ comedũtur. sed si nos intelligeremus, ꝙ hoc esset verax ſm Galenum, nõ esset necesse attribuere medicinæ oppilationem & subtilitatem: quia possibile esset vt res essent grossæ substantiæ, & de facili permutarentur: quia haberent foramina magna, per quæ posset ignis de facili transire. & propterea super eas dominabitur ignis, & comburentur subito. quod facere nõ potest calor naturalis: propterea quia est humidus, & est debilioris caloris ꝙm ignis. quia res supradictæ nõ sunt faciles ad comburendum, nisi propter accidentia largitatis suorum foraminum, sicut arundines. Sed res, quæ intendunt habere vaporationẽ, et oppilationem à substãtia sui corporis, hoc est propter raritatem suam, aut spissitudinem suam à partibus substantiæ suæ: & illæ habent comparationem cum calore naturali, qui operatur in corpus nostrũ. Sed res, quæ non recipiunt combustionẽ, sunt res terrestres, & aqueæ. Hoc est, quod potest dici in significationibus vniuersalibus suguentibus naturis corporum consimilium.

De cognitione Medicinarum, & Ciborum per rationem sumptam à Sapore. Cap. XXVII.

DEinceps volumus narrare de saporibus, odoribus, & coloribus. Et dicimus ꝙ spẽs saporum, quę sunt manifestiores, sunt dulcis, vnctuosus, salsus, amarus, acutus, ponticus, stypticus, acetosus, & insipidus. Dulcis significat complexionem calidam, sed calor ipsius est temperatus æqualiter ad cõparationem complexionis humanæ ſm Galenũ. Sed vnctuosus dictus est: quia pars aerea dominatur super ipsum cũ modica aquositate. & propterea calor ipsius est minor, ꝙm calor dulcis. Supra complexionem salsi dominatur pars ficca adusta, in qua mixta est pauca humiditas: & calor suus maior est calore vnctuosi. Et super naturam amari dominatur complexio ficca terrestris. & hoc potest nasci à calido, & frigido. & significatio, quę separat vnum ab alio, est ꝙ significatio eius, quod fit à frigore, est vt sit dulce, postquam fuit amarũ: sicut sunt glandes, xylocaracta, & aliqua ex cucurbitis. Et amaritudo, quæ fit à calore & terreitate, reuertitur ad amarum, postquã fuit dulce. Et hoc fit, propterea ꝙ amaritudo sequitur duas species complexionis, aut calidam & siccam, aut frigidam & siccam: quemadmodum in uenitur color niger per calorem, & frigus. Et hoc, quod diximus breuiter de amaro, non senserunt Medici, qui nos præcesserunt: & etiam Galenus non appropriauit ipsum nisi calido seorsum. Sed quomodo non cogitãt hoc, ꝙ opium est in fine amaritudinis, & inducit paralysim propter suã frigiditatem? Et quamuis possent dicere ꝙ non prouenit amaritudo à parte frigida: Nos dicemus tam est amaritudo dominans in suo sapore: & sapor fortis est in iudicio sup naturam ibi: vnde debet iudicari, ꝙ fit magis calidum ꝙm frigidum: ꝓpterea istę res accipiendæ sunt à Naturali. Et qd nos diximus de amaro, inuenitur i libro nostro, qui dicit liber de Plantis. & amaritudo, quę prouenit à calore, est calidior salsedine: quia admiscetur salsugini aliquãta humiditas. Et significat hoc aqua maris maioris. ga est nimis salsa, & est multum amara, & non potest in ea viuere aliquod animal ꝓpter multam amaritudinem: propterea quia amaritudo est in vltimitate contrarietatis nutrimento animalium, & est contrarium dulci propter siccitatem solum. & propterea interficit intantes, quando multum ea vtuntur: propterea quia sunt in vltimo humiditatis. & vniuersaliter non ingreditur natura amaritudinis in re cibali, propterea quia non est nisi medicinalis: & dulcis ingreditur in cibos, & medicinas. Et quod dominatur super acutũ est multus calor cũ multa siccitate & subtilitate: & propterea calor illius est fortior omnibus alijs. Isti sunt sapores significantes super species rerum calidarum. Et vnusquisq; eorum habet in sua specie gradus. quia quoddam dulce est calidum in gradu primo, & quoddam calidum in secundo, aut vltra.

Contra Medicos de sapore amaro.

Nota instanũ de Opio.

vltra. & sic de salso. Et sapores, qui significant in medi
cinis super complexionem frigidam, sunt pontici, stypticj, acetosi, & insipidi. Sed insipidi magis debent attribui isaporabili ꝙm saporabili. sed dicitur vt sit sapor propter sensum gustus: propterea quia quilibet sensus sentit sensatum proprium, & priuationem illius. Et stypticus, & ponticus sunt vnius speciei, & non diuersificantur nisi ſm magis & minus: & illi significant super complexione fortis siccitatis & frigiditatis. & põtius in hoc est fortior styptico. Et acetosus fit cum frigiditate mixta in parte humiditatis, & non est remotus à calore: & propterea incidit, & subtiliatur & propterea subsistit pontico, & styptico in frigiditate. Et insipidus est aquosus, et frigidus. & hoc est, quod potest dici in significationibus saporum. Et quidã sapores sunt, qui non significant perfecta significatione super naturam rei. et hoc potest esse in vna medicina composita ex pluribus partibus: quarum quædam sunt saporabiles, quædam insaporabiles: propterea quia nõ est necesse, vt vnumquodq; mixtum sit saporitum, vt probatum est in Naturali philosophia. Et si homo vellet iudicare totalitatem medicinæ, non posset iudicare per saporem super ipsam totam: sicut videmus multa ex gũmi, quia sunt insipida, & tamen calida.

De cognitione Medicinarum, & Ciborum per rationem sumptam ab Odore. Cap. XXVIII.

ET differentię odorum non sunt manifestę nobis, sicut differentiæ saporum. vnde non propriũ habent nomen, sicut habẽt sapores: sed dicitur odor fœtidus, & odor aromaticus. Sed nos ordinamus nomina accõmodata à nominibus saporum, sicut dicerẽtur odor acetosus, & odor acutus, & odor amarus. & propterea significatio complexionis odorum istorum, specialiter est æqualis significationi complexionis saporis dominantis super ipsum. Sed odores aromatici nõ sunt nisi à complexione calida ex necessitate. Et fœtidi sunt à complexione frigida ab humiditate extranea cum calore putrefactionis. Sed scias cum hoc toto, ꝙ significatio odorũ est multum debilis: ꝓpterea quia, sicut dictum est superius, possibile est esse medicinam compositam ex partibus aligbus odoriferis, & aliquibus nõ odoriferis. & si iudicaremus super totalitatem medicinæ per odorem, posset esse iudicium ignorãtię. ideo quia de hac re non debemus iudicare de toto propter partem: sicut ille qui opinatus est ꝙ rosa est calida, eo ꝙ esset aromatica.

De cognitione Ciborum & Medicinarum per rationem sumptam à Colore. Cap. XXIX.

SIgnifiatio colorum est multum debilior significatione istorum: propterea quia colores non sunt nisi in superficie coloratis & ꝓpterea inuenies ſm plus ꝙ cõplexio partis, in qua est color, est alia ꝙm complexio totius colorati. & ꝓpterea vides ꝙ idem est color in re calida & in re frigida: sicut albedo, quę est in sale, & camphora. Sed videtur ꝙ color verificetur plus in operatione eorum, quę sunt in vna specie: sicut est in gallinis albis & nigris, & in cygnis albis & nigris. Sed colores sunt multiformes: sed generaliter fiunt albi, aut nigri, aut cõpositi ex his, sicut azurus, citrinus, & alĳ. Sed viriditas, & nigredo fiũt ex necessitate ex partibus siccis terrestribus. quando ꝙ fit ex multo calore, sicut nigredo in Aethiopibus. & quando ꝙ fit propter frigiditatem, sicut vinum nigrum. & hęc differẽtia iudicatur ex eo quod præcessit, sicut alibi dictum est. Sed albedo, qm̃ prouenit à dominatione mixtionis partium terrestrium cum aereis, significat calorem, aut tẽperantiam: sicut tu vides homines habentes pulchram albedinem. Sed quæ fit propter admixtionem partium aquearum cum terrestribus, quando est in rebus humidis, significabit complexionem frigidam et humidam. Et iam di cũ est in libro nostro ꝙ albedo fit ex admixtione partis igneæ clarę cum corpore peruio. & nigredo fit à parte ignea tenebrosa cum corpore non peruio. Sed colores rubei omnes significant super calorem propter partem igneam, quæ in eis manifestatur, & citrinus est medius inter eos. Sed viriditas declinat magis ad nigredinem, sicut citrinus magis ad aliud extremum. Sed natura colorum mediorum est cõposita ex natura extremorum. Hoc est, quod potest dici super significatione virtutum medicinarum ex parte colorum superuenientium corporibus consimilibus.

De cognitione Ciborum & Medicinarum per proprietates eorum, prout sunt partes terræ nascentium, & animalium: & sunt Locus, Tempus, Regio, et Operatio. Cap. XXX.

DEinceps narrandę sunt proprię significationes in illis, in eo ꝙ sunt partes terræ nascẽtium, vel partes animalium. Natura terræ nascentiũ cognoscitur quatuor rebus: vna à loco, alia à regione, alia à tempore, quarta ab operationibus. & non fortificantur hæ operationes nisi propter significationes rerum præteritarũ. & quãtis nos cognoscamus ab istis complexionem medicinæ, nos debemus cognoscere etiam per viam operationis duarum medicinarum, quę sunt in vna specie, sicut dictũ est. Et dicimus ꝙ terræ nascentium quædam sunt perfecta, & quædam sunt diminuta. Et diminutum est illud, in quo manifestatur dominium vnius elementi solum: aut elementi aquæ, sicut terræ nascentia, quæ nascũtur ex aqua: aut elementi terræ, sicut terræ nascentia, quæ nascuntur in locis petrosis & fortibus. & propterea ista terræ nascentia sunt diminuta: hoc est, quia non habent flores, & folia. & manifestum est ꝙ dominãs super complexionem istorum est aut frigiditas, aut humiditas: sicut folũ herbæ, quæ stat super faciem aquæ, quæ dicitur thaholeb: aut frigiditas & humiditas, sicut fungi. Et terræ nascentia perfecta sunt illa, quæ nascuntur in montibus: quia apparet ab eminentia montium, vt debeat generare plura terræ nascentia ꝙm alia loca, dummodo sint temperati cũ bona euaporatione, & cum bona mixtione caloris cum humiditate. & debet esse hoc in eis, quia habent ascensum in aere, & sunt ꝓpinquiores influentiæ corporum superiorum: & illa terræ nascentia habent complementum fructuum, florum, & foliorũ. Et sunt terræ nascentia, quæ nascuntur in deserto, & sunt quæ nascuntur in viridarijs. nam illa habent plus frigiditatis & humiditatis de necessitate: vt sunt ficlæ nascentes in desertis, & viridarijs. Et significatio, quæ ꝓuenit à regione, est ꝙ quædam terræ nascentia sunt, quæ nascunt plus in terris calidis: & quædam sunt, quæ nascuntur plus in terris frigidis. & quæ nascuntur in calidis, pro maiori parte sunt calida, sicut quæ veniũt ab India. & quę nascuntur in frigidis, vt plus sunt frigida. Et põt esse aliquando per accidens, vt nascantur calida in terris frigidis, sicut pineæ, quæ nascũtur in Sclauonia: & frigidæ in terris calidis, sicut sunt tamarindi, qui nascuntur in terra Arabum. Et hoc accidit propter duas res: aut propterea quia cortex illorũ terrę nascentiũ est fortis & densus: aut vt sint submersa sub terra. quia istę duæ res possunt dare calorem, & frigus in omni regione: eo quòd calor

naturalis

naturalis existens in eis contrahitur intus propter frigiditatem. & similiter accidit de rebus frigidis in terris calidis. Et significatio temporis accipitur ſm ordinem regionis: quia tu videbis multa terræ naſcentia calida naſci in hyeme, ſicut rapa, & napones. Et quãdoq; medicina frigida naſcitur in temporibus calidis. & hoc accidit propter paucitatem ſui caloris: quia ꝓpter paucam frigiditatẽ aeris conſumiturſicut ſunt olera multa tempore caloris. Et demonſtrationes vegetabilium ſunt magnæ valde de eorquoniam quædam ex vegetabilibus ſunt, quæ cito mouentur ad augmentum, & quædam tardius creſcunt. Sed veloces generaliter ſignificãt caliditatem vel ſubtilitatem, vel ſuper vtrunq; & quæ tardius creſcunt, ſignificant ſuper contrarium. Et ſunt etiam aliæ ſignificationes ſignificantes ſuper vegetabilia in velocitate & tarditate fructificandi. Et debes ſcire ꝙ velocitas natiuitatis terræ naſcẽtium ſignificat aut calorem magnum, aut frigiditatem. Et quædã ſunt ex terræ naſcentibus, quæ habent folia, flores, & fructus: & quædam ſunt, quę non habent fructus, nec folia, nec flores. & illa ſunt groſſa, terreſtria, aut aquea: & qd̃ habet florem, & folia, eſt perfecte temperatum. Et terræ naſcentia, quę ſunt ſpinoſa, et globoſa, vniuerſaliter ſunt terreſtria: & quæ hæc non habent, ſunt ecõuerſo. Et differentiæ ſignificantes ſuper naturam animalium ſunt multæ: quia quædam creſcunt in aqua, quædam in deſerto. quæ in aqua creſcũt, ſunt frigida & humida: quę vero in deſerto, ſunt calida et ſicca. Et quędam ſunt volatilia, & quędam deambulantia. & volatilia ſunt magis aerea ambulatiuis. Et quædam ſunt ſanguinea, & quædam exanguia. & quæ non habent ſanguinẽ, ſunt frigida & ſicca: & quæ habent ſanguinem, ſunt calida & humida. Et quædam ſunt ouatilia, & quędam non. & quę ſunt ouatilia, ſunt calida & humida: et quę nõ, frigida & ſicca. Et quædam anhelant, & quędam non. & quę anhelant, ſunt calida; & quę non anhelant, ſunt frigida. Et quędam naſcuntur in locis calidis, & quędam non. & quę naſcuntur in locis calidis, pro maiori parte ſunt calida & ſicca: ſicut cameli, & capreoli. Et diuerſificantur complexiones animalium in vna ſpecie propter paſcua, & propter aquam. quia piſces, qui naſcuntur in loco petroſo, ſunt ſubtilioris ſubſtantiæ, & minoris ſuperfluitatis alijs, & tales ſunt, qui velociter mouentur, & multum laborãt. & complexio iſtorum eſt minoris humiditatis. & qui parum laborant, ſunt frigidioris, & humidioris complexionis. Et quędam animalia ſunt, quę incedunt, ſicut naſcunſ: & quędam non. Et quędam ſunt faciẽtia multos filios, & illa ſunt calida & humida: & quędã quę non faciũt niſi vnum. Et diuerſificãtur etiam animalia ſm diuerſitatem ciborum. quoniam animalia comedentia carnes ſunt calida & ſicca. & complexio animalium comedẽtium terræ naſcentia ſunt temperatę complexionis, vt ſunt pecudes, boues, et his ſimilia: et vt ſunt de volatilibus gallinę, & columbę. Item diuerſificantur animalia ſm magnitudinem & paruitatem ſuorum corporum. ga quę ſunt magni corporis, ſunt terreſtria: & quę ſunt parui corporis, ſunt econuerſo. & hoc eſt in animalibus, quę naſcuntur in terra. Sed eorum, quę naſcuntur in aqua, magnitudo corporis ſignificat multam humiditatem. & propterea laudaſ in piſcibus paruitas: et in alijs animalibus vituꝑatur duricies oſſium, & multitudo corporis terreſtrium: ſicut vngues, clauí, & ſquamæ, & ſimilia his. quia hęc ſignificant ꝙ multa eſt in eis terreſtreitas. & propterea multæ ſquamæ laudantur in piſcibus, quia ſignificant rem contrariam eorum cõplexionibus: & euã multę ſpinę. Et ſimiliter audacia cordis, & puſillanimitas ſignificãt ſuper complexionem aialis. quia aialia audacia ſunt calida, & puſillanima ſunt frigida. Et differentiæ, per quas cognoſcũtur complexiones animaliũ, ſunt multę. et noſtra intentio non fuit niſi rememorari eorum breuiter ad mouendum illum, qui diligit tẽtare, ad hoc vt ꝓſcrutetur omnes alias differentias, & ſciat cauſas illarũ in libris naturalibus. Et ſcias ꝙ omnia hæc ſigna ſunt accidentia, quæ aduenium corporibus conſimilibus, & ſuper ea ſignificãt; & non ſunt ſigna illis, quæ non ſunt conſimilia, niſi quando aggregantur omnia, & fit vna compoſitio inter contraria, & iudicatur propter dominans, & illud poteſt eſſe verum iudicium. Hęc ſunt genera rerum, quibus nos poſſumus cognoſcere operationes medicinarum, et ciborum. Et dicimus ꝙ poſſibile eſt cognoſcere operationes ſecundas medicinarum tunc, quando cognoſcemus complexionem medicinarum in caliditate & ſiccitate: quãuis hoc non verificetur in omnibus, quia inuenitur in quibuſdam medicinis ꝙ earum operationes ſecundæ non ſequuntur primas, hoc eſt complexionem medicinarũ. Verbi gratia ſubtilitas, & inciſio non ſunt attribuenda niſi corpori multi caloris; & nos inuenimus medicinas tẽperatas cum ſuis complexionibus, tamen ſunt ſubtiliatiuæ, & inciſiuæ, ſicut capillus veneris, ſchoenãthum, & ſimilia his. et acetum eſt in vltimitate ſubtilitatis, & inciſionis, & eſt tamẽ frigidum. & hoc accidit: quia calor, qui in eo eſt, ſuſtentatur frigiditate, quæ eſt in eo: quia frigiditas ſua cõpingit ipſum, & cõprimit ipſum ad partes intrinſecas membri. & ſic videtur ꝙ aliæ medicinæ faciant, hoc eſt vt habeant ſuperfluam ſubtilitatẽ in ſcipſis, aut vt eis ſuperuenerit aliqua res, propter quam faciant hoc. & poteſt eſſe vt hęc res ſit aliquãtulum ſimilis ei, quod habet aliquid à tota ſubſtantia. Sed operatio per cõparationem tertiarũ virtutum eſt debilis iudicij, eo ꝙ eſt valde propinqua operationi, quæ fit à tota ſubſtãtia. Hęc autem, quæ dicta ſunt, neceſſaria fuerunt ſm tractatus vniuerſales in modo ciborum, & medicinarum.

De complexionibus Ciborum quorundã, et Medicinarum ſpecialiter, ſecundũ ꝙ certificatus fuit Galenus: præcipue uero de granis, ex quibus panis conficitur. Cap. XXXI.

NVnc autem memorati erimus vniuſcuiuſq; earũ ſpecialiter ſm cõſuetudinem Medicorum deinceps volumus narrare de ſimplicibus medicinis magis manifeſtis, quę à Galeno ſunt teſtificatę propterea quia fuit verax, & legalis experimentator in hac arte: et nullus eſt, qui poſſit et cõparari, niſi is qui, cum clamat, non intelligit id quod clamat. Item volo incipere à cibis, qui ſunt cibi abſolute: & poſt illos dicam de illis, qui ſunt medij inter cibos & medicinas: & poſt illos dicã de medicinis abſolute. Concordati ſunt Medici ꝙ melior ex cibis terræ naſcẽtibus hominibus naturalibus, hoc eſt illis, qui ſtãt in quinto climate, aut quarto, eſt triticum artificialiter prꝑaratum. & hoc fit multis modis. Fit enim panis fermẽtatus, et azimus, et cruſtella, & bucella, & ſorbitiones. quidã ſunt, qui frangunt ipſum, poſtquam eſt vſtulatum, & poſtea infundunt in aquam, & poſtea eoquũt ipſum ſine fractione. & hoc nominatur ſaiich. Et melius ex tritico eſt illud, quod eſt frangibile, & graue. Et melior cęteris eſt panis factus ex farina tritici in hunc modum: hoc eſt vt ſit ceſtoditum à malis accidentibus eidẽ venire potentibus, et vt non ſint nimis furfures ab eo remotę: ſicut ſunt remotę ab armach. & hoc appellaſ apud nos madechuſ: & Latini appellãt panẽ groſſum. & iſte eſt velocior ad digerendum

Nota de Galeno.

De pane.

ad digerendum cꝑ darmach, & minoris viſcoſitatis, quamuis darmach plus nutriat. neq; eſt tantæ ficcitatis ſicut furfureus, neq; ad melancholiam adeo citò cõuertitur, vt ipſum. quoniam cortex vniuſcuiuſq; vegetabilis eſt terreſtris ſiccus: quamuis furfureus citius digeratur ipſo darmach propter abſterſionem exiſtentem in ſuo cortice. & quando conficitur, ponitur de ſale cõueniẽter: & conficitur cum multa aqua, ad hoc vt ſit ſpongioſus, & ſit fermentatus competenter, & coctus. Sed panis azimus eſt groſſus, & viſcoſus. Eodem modo non eſt bonus, qui eſt nimis fermentatus: quia trãſmutatur ad humores putridos propter calorem extraneum generatum in eo. Et poſt bonitatem cibi ex pane eſt panata, quæ vocatur thauſu: excepto quia declinat ad frigiditatem & humiditatem propter aquam, cum qua fit. & quando bulliunt fruſtula panis pluries in aqua feruenti, tunc fit iſte cibus in velocitate digeſtionis, & leuitate: & maxime ægris ex complexione calida. Sed ſauich eſt etiam bonus cibus. Et quãdo diſtemperatur cum multa aqua, refrigerat, & eſt iuuatiuus: eo quòd vſtulatio, & infuſio vaporauerunt, & ſubtiliaue runt, et remouerunt viſcoſitatem. Confectum cum mele, & coctum datum ſanis, calefacit, & nutrit multum. Et frumentum coctum in aqua eſt groſſum, viſcoſum, oppilatiuum, & durum digeri plus alia re, & eſt valde malum. Et pultes ſunt groſſi. & qui fiunt ex frumento, ſunt peiores, & refrigerant propter ſuam acetoſitatem, & ſunt propinqui corruptioni. & propterea ſunt abiciendi ab illis, qui ſunt parati ægritudinibus putridis. Sed panis, qui fit ex ordeo ſecundum modum, qui fit ex frumento, ſequitur bonitatem panis tritici: niſi quia parum declinat ad frigus. Et ſauich ordei bene digeritur. & quando bibitur diſtemperatum in aqua refrigerat: & eſt frigiditas ſua quaſi in primo gradu. Et aqua ordei plus ingreditur opus medicinarum quàm ciborum: & eſt laudabilis in ęgritudinibus calidis & ſiccis, laude, quæ non occultatur ei, qui in hac arte ſtuduit. quia refrigerat, humectat, tẽperat, abſtergit, generat laudabilem humorem mirabiliter, non inflat, non moratur ad deſcendendum à ſtomacho. & hoc nobis totum experientia dedit. Et ſic debet fieri aqua ordei. Infundantur grana ordei in aqua integra non contuſa: & in vna parte ordei debent poni viginti aquæ frigidæ partes: & debent ſic dimitti in aqua quatuor horis: & poſtea coquatur in hac aqua, donec adipiſcatur rubedinem quaſi vinum. & ſi fiat hoc modo, non inflat. & qui frãgunt, vel terunt ipſum prius, peccant: quia non eſt ab eo priuata inflatio niſi propter infuſionem, & grana non trahunt aquam, nec recipiunt infuſionem, niſi propter virtutem attractiuam quæ eſt in eis. & virtus attractiua non eſt in granis, quando ſeminantur, & naſcuntur, niſi quando ſeminantur integra. et ſi frangerentur prius quàm eſſent ſeminata, non naſcerenſ: quia hæc virtus attractiua eſt in eis, ſicut forma ſpecifica in totalitate totius grani fixa, hoc eſt, quando partes ſunt continuæ coniunctæ ſimul. & hoc eſt ſimile calori ſmaragdi, vel alterius lapidis præcioſi. qd̃ eſt, quia qñ partes ſuæ ſunt ſimul cõiunctæ, in eis ſunt virtutes: & qñ ſeparatæ ſunt, priuantur ab eis. Et ſic teſtificatum eſt à mirabili Auẽmaria Abynzoar in libro ſuo, qui dicitur Theiſir. quia iſte fuit ſupremus in ſcientia Medicinæ à Galeno vſq; ad noſtra tempora. & hoc ab eo habui. & rememorat errorem Medicorum frangentium ipſum. Et panis, qui factus eſt ex alijs granis, habet illam virtutem, quam habent illa grana, ex quibus factus eſt. Et infra cõuenit rememorari de aqua pluſquam hic: quia incidenter ſum de ea locutus.

Modus conficiẽdi aquã ordei, id eſt puſſanam.

Laudes Aquæ ordei.

Libro primo trac. 16. ca. 6 Laudes Abynzoar. ꝙ vide ſuprà libro. 4. cap. 40.

De Carnibus. Cap. XXXII.

MElior caro ex volatilibus eſt caro gallinæ iuuenis, ſanæ, & pinguis. & habet mirabilem prꝑietatem in temperãdo complexionẽ. & propterea brodium ſuũ eſt optima medicina leproſis. Et dicitur ꝙ cerebrum gallinæ augmentat ſubſtantiã noſtri cerebri, & acuit ingenium. Et poſt illius bonitatem ex ambulatiuis eſt caro hœdi. & poſt has eſt caro arietum. Et hæc eſt opinio maioris partis Medicorũ, præter Gale. qui abominatur carnes arietum, & videtur ſibi ꝙ caro vitulorum eſt melioris nutrimenti arietina. Et Auicen. dicit ꝙ melior carnium eſt caro porcina: & ſentit quòd iſta caro quaſi ſit naturalior hominibus, ſꝫ alia caro animaliũ ambulantiũ. & experientia hoc docet. Et maior pars Medicorũ abominatur carnes agnorum; ꝓpterea quia dominatur multa humiditas ſuper eas, & laudant carnes arietũ iuuenum. ſed conueniens eſt dicere, ꝙ carnes agnorũ ſunt poſt bonitatẽ carnium hœdulorum. & ſic ſentit Raſis. Et quod mihi videtur ex agnis eſt, quia ſunt multarum ſuperfluitatũ: excepto ꝙ in terris calidis recipiunt tẽperiem propter earum calorem. Et quod hoc ſit verum, eſt, quia videmus ꝙ pili agnorum ſtantium in terris meridionalibus ſunt torſi, ſicci, & curti: & qui ſunt in noſtris, non excedunt tantum in hoc. Et carnes vitullinæ ſunt bonæ carnes; propterea quia non habent illam viſcoſitatẽ, frigiditatem, & ſiccitatem, quam habent carnes bouinæ veteres. & eorum carnes ſunt magis odoriferæ alijs carnibus. et quãtum eſt in hoc, meliores ſunt carnibus hœdulinis; ꝓpterea quia in carnibus hœdulinis manifeſtatur quædã mucillago, quãdo coquitur. Sed carnes hœdulinæ ſunt meliores vitulinis, quia generant meliores humores. Et ex laudabilioribus carnibus volatilium ſunt carnes perdicum: ſed declinãt parum ad frigiditatem, & ſiccitatẽ. & ſunt ſicut gallinæ deſerti; & habent prꝑietatẽ ſtringendi ventrem, aſſæ, & elixæ. Sed turtures ſunt ſicut volatilia reliqua, & declinãt plus ad caliditatẽ, & habent mirabilẽ prꝑietatem in acuẽdo ingenium. Sed columbæ ſunt calidæ & ſiccæ, groſſioris ſubſtãtię cꝫ turtures. & pulli ipſarum habent humiditatem ſuperfluã. Et ſignificat ſuper hoc grauitas ſuorum motuum: ſicut ſignificat calor eorum actualis, & velocitas digeſtionis in ſtomachis eorũ ſuper ipſorum calorem. Et, ꝓpterea qui volũt abſtergere margaritas, & clarificare eas, dãt eis ad comedendum. & incontinenti debent occidi, & extrahuntur purificatæ. & ſi cito non interficerentur, multum minueretur quantitas margaritarum. Et caro veteris colũbi maſculi mirabilem habet prꝑietatẽ in epilepticis, & paralyticis. Et carnes volucrum, quæ aſſimilantur colũbis, & dicũtur tudones, & in lingua Arabica Alchamari, ſunt ſiccioresꝓæditis, et groſſioris ſubſtantiæ, & habent aliquantulã aromatitatẽ. Paſſeres ſunt omnes calidi, & ſicci in fine caloris. Coturnices temperatæ ſunt, aliquantulum declinantes ad calorem. & ſunt ſubtilis ſubſtantiæ, generantes bonos humores. & bonæ ſunt ſanis, & conualeſcentibus. Et ſturnelli, qui dicuntur azuri, ſunt calidi & ſiccí, & graues ad digerendum, & groſſæ naturæ.

De Piſcibus. Cap. XXXIII.

MEliores eorum ſunt piſces, qui degunt in locis petroſis, & qui multas habẽt ſquamas, & quorum corpus eſt medium inter magnum & paruum, & qui ſunt velocis motus, & paucæ viſcoſitatis. Et melior apud nos eſt piſcis, qui dicitur eubrina: & poſt illum ille, qui dicitur trilia: & quidã dicunt ipſum teſulum. Et piſcis, qui captus eſt in fluminibus remo-

tis à mari, necessario bonus est, & paucæ superfluitatis: propterea quia hic pisces ꝓpter sui naturam habet, vt petat aquã dulcem & frigidã: & ad hoc multũ laborat.

De Lacte. *Cap.* XXXIIII.

ET melius lac est fœmineum: & post illud lac asinæ: & post illud lac capræ. & istæ spẽs lactis sunt subtilis substãtiæ. Sed lac ouis est grossius: & propterea citius in stomacho caseatur. Sed vaccinum grossius est, & cum hoc butyrosius, & pinguius.

De Caseo. *Cap.* XXXV.

CAseus recẽs est frigidus & humidus, grossæ substantiæ. Vetus est calidus et siccus propter sal, et tẽdit ad vstionem. Et aliquis caseus est bonus. medius inter nouum & veterem est bonus, dummodo sit factus rationabiliter ex bono lacte.

De Ouis. *Cap.* XXXVI.

OVa gallinarum sunt meliora cæteris. & vitellum est melius albo. nec albũ est nimis malum, nisi nimis sit coagulatum. Et propterea quãdo conquassatur cum oleo & aceto, & fiat tremulum, est valde bonum: quia res, quæ coquitur cum oleo, est multum nutritiua: dummodo oleum nouum sit, & dulce, & oleum olivæ. quia natura illius est temperata, declinans parum ad calorem, & impinguat hepar, & augmentat ipsius substãtiam. Et generaliter dico ꝙ est conueniens homini multum ꝑm totam sui substantiam. Et propterea in terris nostris non coquimus carnes, nisi cum eo: quia melior modus, & temperatior comedendi carnes est ille, qui dicitur athafea, hoc est vt sic fiat. Accipe oleum, & parum ex cepa, & ponantur carnes frustratim in eo, addendo paulatim aquam calidã, do nec sint coctæ. Sed panis, qui decoquitur cum oleo, est malus, i. impastatus cum oleo: quoniã tempore decoctionis comburitur oleum, & tendit ad sulphurem.

De Fructibus. *Cap.* XXXVII.

MEliores eorum sunt ficus, & vuæ. Et complexio ficuum est calida et humida. mundificant stomachum, laxant ventrem.

Vuæ calidæ sunt ex pauco calore, & humidæ temperate. & subito impinguant corpus: sed inducũt ventositatem in omnibus digestionibus. & bene nõ dant ventositatem, nisi in stomacho, & intestinis.

Vuæ passæ calidæ sunt, & humidæ, & digestibiles. prosunt hepati a tota substãtia. Et operationes vinũ ipsarum sunt debiliores operationibus aliorũ vinorum: sed potest poni loco alterius vini.

De Aquis. *Cap.* XXXVIII.

MElior aquarum sin Hippo. est aqua fontium orientalium, quæ scaturit ex terra, quæ nõ habet nimis grossam substãtiam, nec nimis mollem, vel luteam, sed sit mediocris inter has. & propterea hæc aqua est suauior & leuior, & citius permutatur à calido & frigido. Sed Rasis scribit ꝙ melior aqua sit fluminum magnorum. Et Hippocra. dicit ꝙ istę aquę sunt diuersarum substantiarum: eo ꝙ transeunt per diuersas terras: & propterea quia ingrediuntur eas multi rui. Et mihi videtur ꝙ Rasis nõ laudauit flumina magis grossa, nisi propterea quia Sol operatur in eis vnam operationem, propter quam separantur partes grossæ à subtilibus. Et propterea coquũt Medici aquam illis, qui habent debilem stomachum, & hepar. ergo opus, quod fit in aqua, est diuersum ab aqua. Sed quod est in spectendum in aqua, est diuersitas terrarũ. quia non potest esse, vt in æstate nõ defluãt ad flumina aquæ multitudo, & aquæ pluuiæ. Et propterea quanto plus elongatur flumen à fuo ortu, est deterius. Et propterea nostrum flumen melius est in Corduba, cꝫ in Sibilia: & est deterius in Sibilia propter crementum & decremẽtum, & propter admixtionem aquæ falsæ in eo: quamuis illud non sentiat. Et impossibile est, vt aquæ magnorum fluminum non sint turbidæ. & ꝓpterea inuenimus in fundo pitariorum, quando ponimus in eis aquam fluminum, multum de sabulo, & terra. & sic accidit in terra nostra: quod non accidit de aquis fontium.

De Granis, quæ sunt cibi medicinales. *Cap.* XXXIX.

DEinceps volumus dicere de cibis medicinalibus: quia quidam eorum sunt terræ nascentia, & quidam animalia, & quidam superfluitates animalium. Et ex terræ nascentibus quædam sunt grana, & quædam fructus, & quædam herbæ.

Faba est temperata inter frigiditatem & humiditatem, aut parum declinat ad calorem. Et ꝓpterea habet dissoluere apostemata propter suam absterſionem, & maturat, & est multæ humiditatis. propterea accidit ei multa inflatio, & ventositas, & ipsam non perdit propter aliquam decoctionem. Et dicitur ꝙ habet malam proprietatem cum virtute cogitatiua: & qui ea vtũtur, multa habent somnia horribilia, & falsa.

Cicera sunt tempate calida & humida, & habent inflationem. & propter tertiam eorũ operationem habẽt generare sperma, et prouocare vrinam, & sanguinem menstruum, & frangunt lapidem. sed hoc faciunt plus nigra cꝫ alba. Et si comeduntur recentia, generãt in stomacho, & intestinis multas superfluitates. et si assentur (etiam fabæ) habẽt minus ex superfluitatibus. sed sunt duriora ad digerendum nisi primo essent infusa. & habent proprietatem faciendi bonum colorem. & hoc faciunt, quia acuũt calorem, ita vt generetur spiritus ventosus. & per hanc viam valent coitui.

Lẽtes sunt tẽperatę in calore, & sunt siccę, & generãt sanguinẽ melancholicũ, et extinguũt inflãmationẽ sanguinis, & magis, qñ coquunt in aceto. Et earũ virtutes tertiæ sunt, quia priuãt coitum, & offuscant visum: & quãdo coquuntur in aqua pluries, stringunt ventrem.

Lupini sunt sicci, terrestres, & amari. & qñ coquuntur in aqua, donec auferat ipsorũ amaritudo, est cibus tñ durus. & qñ comeduntur amari, occidũt pueros, & occidũt vermes, qui sunt in stomacho, & intestinis, & prouocant vrinã, & aperiũt orificia hæmorrhoidarũ.

Lengbi, s. Faseoli, declinãt ad calorem et humiditatem, & impinguant corpus, & prouocant vrinam, & sanguinem menstruum, & laxant ventrem: & proprie rubei, & inducunt somnia, & faciunt vertiginem.

Milium frigidum est & siccum, ventrem constipat, & est pauci nutrimenti. Et hoc idẽ facit Panicum. Et Spelta est propinqua huic.

Orysa.

Rizi sunt grossæ substantiæ in caliditate & frigiditate prope temperantiam. vẽtrem stringunt, & sunt boni nutrimenti, quando coquuntur cum lacte.

De Fructibus arborum. *Cap.* XL.

POmum dulce est temperatæ humiditatis, & acetosum est frigidum & siccum. Et habet proprietatem cõfortandi mẽbra principalia, si sint distemperata in calore, & maxime cor. confortat cerebrum, odorando propter suam aromaticitatem: & generat grossam ventositatem in secunda digestione, & tertia. Ita ꝙ dictum est à sapientibus ꝙ potest generare phthisim, & hecticã: eo ꝙ venti, qui generãtur ex eo, habent

malam

malam proprietatem ad exardendas arterias pulmonis. et sic testificatus est mirabilis Auenmaruam Abumeron Auenzoar in Theizir. Sed vinum suum nõ habet hanc intentionem.

Pyra cruda sunt frigida et siccã: sed matura temperata sunt, aut declinant ad paucam frigiditatem. & hoc est, quia cõpositã sunt ex acetositate, dulcedine, & ponticitate. Propterea est eorum virtus ventrem constipare. & eorum proprietas est remouere sitim.

Cotonea sunt grossioris substantiæ cꝫ pyra, & maioris stypticitatis: & ꝓpterea sunt frigidiora. & in eorum odoratu est proprietas contra oẽs passiones cordiales.

Malorum granatorum quędam sunt dulcia, et quędam acetosa. Et omnia humectant, verum dulcia sunt calidiora et humidiora: et generatur ex eis modica ventositas, non mala. Et habent vnam nobilem proprietatem: quia mirabiliter resistunt cibis, ne corrumpãtur in stomacho.

Persica sunt frigida & humida: & habẽt generare humores corruptos, & putridos, & aliquãdo cholericos. Et habent mirabilem proprietatem resistendi fœtori, qui prosenit à stomacho. & odor suus valet contra cardiacam passionem. & oleum, quod fit ex eorum ossibus, abstergit faciem dominarum, & valet contra difficultatem vrinæ, & occidit vermes.

Sed Antiphica, quæ Nusmus dicũtur, sunt eiusdem naturæ cum persicis, sed non habent illam proprietatem. & in Arabico dicuntur Aiam.

Prunorum duæ sunt species, videlicet album, & nigrum. & ambo, quãdo sunt matura, sunt frigida et humida. mitigant calorem choleræ, & laxãt ventrem, sed debilitant parum os stomachi.

Nuces calidæ sunt & siccæ, & prouocãt vomitum, & laxant ventrem. Et dicitur ꝙ habẽt malam proprietatem, ita ꝙ qui vtuntur eis nimis, faciunt eis in lingua paralysim. Et comestæ cum ficubus obstant veneno loco bezahar. & multum valent senibus. & nocent illis, qui timent passionem caloris, & tempore magni frigoris non sunt nociuæ.

Auellanæ in nullo differunt ab illis, nisi quia non prouocant vomitum.

Amygdalæ temperatæ sunt in calore, & humidæ, suauis saporis, & habent multas bonas proprietates. Et dicitur ꝙ habent augmentare substãtiam cerebri, & faciunt suauiter dormire, & absterguntt, & mundificãt vias vrinę, & sunt valde conuenientes macris. Et earum oleũ est melius, quod possit esse spasmo sicco: & etiam melius cꝫ oleum sesaminum ꝓp aliquantulã stypticitatem, quæ est in eo: ꝙ oleũ sesaminũ est nimis calidum, & habet malam proprietatem in dando fœtorẽ ori. & qui vtuntur sesamino loco olei amygdalarũ, peccãt.

Pineæ calidæ sunt & siccæ. & earum oleum curat paralysim.

Fistica. Pistacia.

Fistici calidi sunt & sicci temperate. confortant stomachum, & hepar à tota substantia, & sunt ex illis medicinis, quæ habent multa iuuamenta, & magna.

De Herbis, & Oleribus. *Cap.* XLI.

OMnes herbæ per suam naturam declinãt ad humores melancholicos. et hoc etiam faciunt à tota substantia excepta lactuca, & buglossa.

*al. calidi

Caules sunt * frigidi & sicci, necessario generant humorem melãcholicum. & succus eorum habet proprietatem clarificandi vocem.

Cucurbitæ, quæ in Arabico dicũtur Vlla, sunt frigidæ & humidæ, aquosę, & talẽ humorem generãt. & dicitur ꝙ sunt aptæ recipere corruptionem in stomacho, & habent malã alterationem: sicut fit in rebus humidis non habentibus stypticitatem, terrestreitatẽ, nec ponticitatem: quia sunt solũ aqueæ. & assimilantur eas moris. Nec cucurbitæ istius regionis sunt tales, sed sunt duræ digestionis, & grossioris naturæ: ita ꝙ non possunt rectificari, nisi cum multa decoctione. & cum hoc sunt multi mali chymi, & adhuc infrigidant, et humectant: eo ꝙ non habent virtutem cito exeundi, cũm nullam habeant absterſionem.

Melones sunt frigidi, multę humiditatis. & habẽt absterſionẽ, & prouocant vrinã: ita ꝙ dicit ꝙ qui vtitur multũ brodio eorũ, est cautus ab ęgritudine arenarum.

Cucumeres sunt frigidiores, & minus humidi, et minus prouocant vrinam melonibus: sed nõ corrumpuntur ita cito, vt melones.

Portulaca est frigida in tertio gradu, & humida in secundo. & est lubricatiua, viscosa. aufert sitim. cõstipat ventrem, & aufert dentium stuporem.

Attriplices sunt frigidæ & humidæ, ventrem humectant, prosunt ictericis. paratæ tamẽ sunt corruptioni.

Spinachiæ valde sunt bonæ, & tẽperatæ. valent gutturi, & polmoni, & stomacho calido, & humectãt ventrem. & sunt in secundo gradu frigidæ, & humidæ.

Bletæ propinquæ atriplicibus, sunt calidiores, & minus humidę. humores gnant grossos, et phlegmaticos.

Rapæ calidæ sunt & humidæ. generant ventositatem, mouent coitum, eo ꝙ renes caleſaciunt. & habent mirabilem proprietatem ad illuminandum oculos.

Melongiæ sunt ex his, ex quibus nos facimus in terra nostra multa cibaria delicata. & postquam proiecta est prima aqua suarum decoctionũ, & coquuntur cum carnibus pinguibus, sunt multum delectabiles. Et ego reputo ipsum temperatum cibum, postquam sic factus est, propterea quia pars acuta, quæ est in eo, remouetur per primam decoctionem: & sua siccitas, & stypticitas remouentur propter carnes decoctas in eo. Et quamuis Medici dicant ꝙ generant humorem melancholicum similem humori generato ex caulibus, tamen consyderare debemus in cibis duas res. vna est res, quæ secum miscetur, quæ potest remouere malitiam, si est. & delectatio cibi, hæc est secunda. & quando est multum delectabilis, laxio, quæ prouenit ex eo, non est multum manifesta. & hic est vnus ex delectabilibus cibis. Isti sunt cibi manifesti apud nos, in quibus est virtus aliqua medicinalis.

De uarietate uirtutum medicinarum Simplicium. *Cap.* XLII.

ET nunc habemus loqui de medicinis absolute.

Alchifon, quæ in Latino dicitur Betonica, & in Persica lingua Beragines. Eius primę virtutes in calore & siccitate sunt in quarto gradu: ꝓpterea quia est de substantia terrestri adusta. & manifestat hoc, quia est in fine amaritudinis. Et operationes eius secundę sunt incisiuæ, dissolutiuæ, & aperitiuæ fortiter. Et est in hac virtute fortior absinthio propter stypticitatem, quę est in absinthio. Et virtutes eius tertiæ sunt, ꝙ nocet ori stomachi propter amaritudinem, quę est sine stypticitate: & vtimur ex eo extremitate & stipite. Cinis suus est calidior & siccior eo. valet contra alopeciam, quãdo miscetur cum aliquibus vnguentis calidis. Et est etiam calidior suus cinis cinere cucumerum agrestium, & cinere radicis anethi. Et etiam isti cineres prosunt ventri, quando est vlceratio in eo sine apostemate.

Pentasiler dicitur à Persis arbor Abraam, & in Latino dicit Agnus castus. Sua prima virtus in caliditate et siccitate est in tertio gradu. & hoc est, ꝓpterea quia in

sua complexione dominatur substantia terrestris adusta mixta cum substantia terrestri & frigida. & significat hoc, quia sapor suus est acutus cum aliquātula ponticitate. Et manifestū est ꝙ secundæ operationes talium complexionum, qualis ista est, sunt cum incisione, & apertione. Et ponticitas est vna ex rebus, quę adiuuant ad hoc, & in mēbris intrinsecis, vt in *splene, & hepate. Et tertia operatio est, vt remoueat coitum. et propterea nuncupatur in Arabico granum sterilitatis, & est sicut agnus castus. Athenienses dominæ decumbunt super ipsum in magnis festiuitatibus.

*a.l. pulmone,

Et Ruta est similis ei excepto ꝙ plus calefacit, & desiccat: nec habet stypticitatem, neq; ponticitatem.

Altich, & alij dicūt Vigil. Virtus suarum radicum est tēperata in caliditate & siccitate, quia compositum est ex substantia aquea & terrestri cum pauca igneitate. & manifestat hoc, quia est insipidum cum modico stypticitatis, et acuitatis. sed herba eius est solum insipida. Propterea ipsius prima virtus ē frigida & sicca, et operat siccitatem. Et secunda est solidare vulnera sordida breui tēpore. Et tertia est, vt frangat lapides. & signum huius est, quia nascitur in vallibus, & locis humidis.

Eluegat, i. Pes columbinus, est quatuor specierū: & pæne diuersificatur vna ab alia. & Gale. non posuit ipsum in gradu. Et quod nobis videtur de eius cōplexione est, ꝙ est frigidum in primo, & siccū in secundo. & hoc est, quia dominatur sup partem ipsius substātia terrestris cum substantia adusta. & propterea est sapor eius stypticus cum modica amaritudine. & si amaritudo esset æqualis cū stypticitate, diceremus ipsum temperatum in siccitate. sed quia videmus ꝙ dominatur amaritudo parum cum stypticitate, iudicamus ꝙ siccū est in secūdo gradu. Et ppea valet doloribus renum, & doloribus splenis pp ipsius amaritudinē, & lētiginibus facieī, & morpheæ, qñ pistatum miscet cum aceto.

Agaricum. Nec hanc radicē posuit Gale. in gradu. Et quod nobis videtur ex eo de eius cōplexione est, ꝙ est calidū in primo, et siccum in fine secundi: quia compositum est ex partibus frigidis & terrestribus, & calidis & igneis, & calidis & humidis. Et significat super hoc. quia cùm nos gustamus, primo inuenimus in eo dulcedinem, & post hanc amaritudinem, & post illam acuitatē cum pauca stypticitate. et omnes isti sapores significant super caliditatem: excepta parte, quæ superata, & sepulta est à stypticitate: sicut significant super siccitatem, excepta parte, quæ superata & sepulta est à dulcedine propter temperantiam, quā ei tribuit: excepto ꝙ plus supat stypticitas cum frigiditate, q̄s dulcedo cum humiditate. & ppterea ponimus siccitatē maiorem caliditate. Et propterea quia hæc plāta assimilatur radici arboris, apparet ꝙ terrestreitas dominetur super eā. Et quātus sit leue, & porosum, frāgibile, et album, quę omnia significāt vt habeat partem multā aeream, propterea posuimus ipsum calidum in primo. quāuis habeat tres sapores significātes super ipsum calorem, posuimus ipsum calidum in primo: quia nō sunt fortes, neque manifesti in ipso. & quod conueniēs est in fiducia suorum graduum, est expientia. Sed ipsius operationes, quæ non sunt primę, sunt ad dissoluendum, & incidendum humores grossos, & exobstipandum venas splenis, hepatis, & renum. Et habet sua proprietate valere contra morsum venenosorum aialium. Et nos dicimus ꝙ hoc non fit, nisi qñ apparēt ex illo veneno accidentia frigida. Dosis ipsius est. ʒ.i. & hoc non pōt sic nocere, sicut nocent aliæ medicinæ, quæ attrahunt ab extremitatibus corporis. Et habet magnā proprietatem in mundificando cerebrum. & propterea curat epilepsiam, & prodest cursui nouæ aquæ ad oculum. Et quantitas, quæ de eo debet sumi, ad hoc est à. ʒ.i. vsque ad. ij. nec est necesse ipsum refrenare nisi propter siccitatem. Et nō credas ꝙ subtilitatio humorum grossorum, & incisio significent super multum calorem, sicut credi derunt errantes multi nouorum Medicorum.

Custaralber, i. Capillus veneris. Dicit Galen. ꝙ hic temperatus est in suis virtutibus primis, quāuis habeat multas operationes secundas, & tertias: quarum quædam sunt cōfortatiuæ, & repercussiuæ, quædā dissoluatiuæ, & quædā faciunt nasci capillos, & quædā quę dissoluunt scrophulas, & quædā quę frangunt lapides, & quædam quæ adiuuāt ad trahendum sputum grossum ex pectore, et pulmone. Et Gale. dicit ꝙ stringit ventrē. & Noui dicunt ꝙ purgat. & talis medicina, qualis est hæc, quę habet tot opationes sēdas, et tertias, est retinenda. qa cum hoc toto est tēperata pp ea, quę adhuc dicā.

Scepuisi.

Caylem, i. Sēperuiua. Hæc est multarum specierum. & omnes in tertio gradu frigidæ sunt: quia sunt insipidæ cum multa aquositate: & quia nascuntur in locis frigidis, & tempore frigido.

Acacia est succus arboris spinosæ. Quādo abluitur est frigida in secundo gradu, & sicca in tertio: & cùm non lauatur, est frigida in primo. & hoc accidit, quia suum dominās est substantia terrestris, et frigida: & propterea est stiptica. & cū eo toto est in ea aliquid ex partibus subtilibus, quæ remouentur, quando abluitur.

Carinch, i. Vrtica. Dicit Gal. ꝙ fructus huius plātę, & folia calefaciūt calore nō forti. Et habet multas operationes secūdas, & tertias. Dissoluit apostemata, quæ fiūt in radicibus aurū: et adiuuat super sputum, quod fit ex humoribus grossis in pectore, & pulmone: & curat cancrum: & in summa valet omnibus vulneribus, quę indigent exiccatione, vel exuccatione, siue subtilitione. Et hoc est magnum signum sup debilitatē sui caloris. Sed cum hoc toto prouocat vrinā, & mouet coitum. & hoc significatur per ventositatē. Et proprietas sui feminis est purgare phlegma. & in hac similitudine est virtus siccitatis. sed fortius est aliquantulum semen vrticæ. Et dosis eius est * à. ʒ.iij. vsq; ad. iiij. Et qui opinantur quòd sit igneum propter acumen suæ punctionis, errant. quia hæc pars ignea, quæ est in eius folijs, est subtilis, & remouetur propter ipsam frictionem, & maxime propter lotionem.

* a l. a drachmis. v. vsque ad. x.

Elbadudarmel, Isaray. Istę duę plātæ sunt frigidæ et siccæ: sed siccitas plus dominatur q̄s frigiditas, et maxime in elsaray. Et valent contra fluxum ventris propter earum stypticitatem, & contra passiōnē vuluæ, & contra hęmorrhoidas, et apostemathibus, quę flūt in ano. et albadudarmel opat radix: et elsaray fructus, et radix.

Ligoz, i. Acorus. Qd' accipit ex hac plāta est radix. & est calida & sicca in tertio gradu, ppterea quia dominās in ea est substātia ignea subtilis. & potest esse vt sit cum ea admixta pars vna terrestris adusta. et significat hoc, ꝙ sapor suus est acutus cum aliquātula amaritudine. Operationes eius secundæ sunt hæ, quia abstergit, incidit, subtiliat, & aperit oppilationes. Tertiæ sunt, quia prouocat vrinam, & valet ad duritiem splenis, & subtiliat grossitiem, quæ prouenit in cornea, & proprie succus radicis.

Cauar, id est Aloe. Caliditas sua extenditur à primo gradu vsq; ad secundum, & attingit parum ex secūdo. et sic est in siccitate. et hoc est, quia est cōpositum ex substātia terrestri adusta mixta cū terrestri frigida: & illud diminuit aliquātulū de calore eius. & ambæ substantię concordāt in siccitate. & significat hoc, ꝙ sapor eius est amarissimus cum stypticitate. & supra suam caliditatem

tem significat ꝙ nascit in terris calidis, aut in terra Arabum, vel in India. & quod nascit in terris non calidis est debile. Secūdæ suæ virtutes sunt, quia est stypticum, repercussiuū, & absterssiuum. & hæc est medicina iuuatiua ad generandā carnem. Tertiæ virtutes sunt ad cuādas fistulas: & maxime quæ sunt in virga, & in ano. & ad repercutiendū apostemata, quæ generātur in ore, naribus, & oculis. & purgat cholerā, & substantiā subtilem, & grossam. Et est ex medicinis, quæ nullū habēt periculū: eo ꝙ non lædit os stomachi pp suā stypticitatē. Et virtus sua purgatiua est, ppinqua virtuti agarici: excepto qa est debilioris attractionis: eo ꝙ agaricū attrahit ab extremitatibus corporis, sed aloe non attrahit nisi qd' est in extremitate stomachi, & venis hepatis, & in illo habet pprietatē. Et dosis eius est à. ʒ.i. vsq; ad. ij.

Eluoxat. Calor & siccitas ipsius extenditur à primo gradu vsq; ad secūdum. & significat hoc, quia facit aliquantulam absterssionē, & mundificat renes, & aufert lentiginem. Et manifestior eius proprietas est, quia valet contra morsum canis rabidi.

* alias Ameos.

Nauoca, i. * Carui. Quòd plus quærit in hoc, est semē eius. Sua prima virtus i calore & siccitate est in gradu tertio. & hoc est, quia est cōpositū ex substātia ignea terrestri adusta. & significat hoc, qa habet saporē acutū mixtum cū aliquantula amaritudine. Secūda virtus eius est apertio, & dissolutio. & tertia est prouocatio vrinę.

Amygdalæ amaræ sunt calidæ & siccæ in secundo gradu: excepto eo, quia plus declinant ad calorē, & minus ad siccitatē, & in hoc sunt quasi in primo gradu: quia earū vnctuositas manifestat humiditatē. Et scias, quòd complexio, quæ hanc facit operationem, quæ est complexio calida, habet aliquam terrestreitatem: & sapor earū significat super hoc. Et opationes earū tertiæ sunt ad aperiendū oppilationes hepatis, & remouēt dolores qui sunt in hypocūdrijs, splene, et renibus: et adiuuant super sputum humorū grossorum viscosorū, qui sunt in pectore, & pulmone. Et dico ꝙ maior pars operationum harū non fit propter superfluū calorem, qui est in eis, sed fit, ppter temperatā apertionē, quam operatur in his materijs pp. humiditatē vnctuosam, quā habent. Et ppea valēt plus alijs rebus oibus in aperiendo oppilationē pectoris, & pulmonis: propterea quia hęc membra læduntur vt plus propter grossos humores.

Ammoniacū est calidum et siccū, fm ꝙ apparet ex tertijs suis opationibus: excepto quia tenet parum calioris in tertio gradu, et est siccū in primo. Sed suus calor est in hoc, quod est gūmi. qa tu scis ꝙ gūmi sunt ingrossata, et inspissata à calore: quia sunt superfluitates terræ nascentium. Et videt in hoc gradu caloris esse, eo quòd mundificat. et sic est gradus suus in siccitate: propterea quia siccitas est, ppter viscositatem suā paucam, quę est in eo. et hoc est in omnibus gūmi. Et virtutes suæ sunt vt mollificent, et dissoluant duritiem, quę est in iuncturis, et splene, et dissoluant scrophulas.

Alcāna, et inuenit in frumento in cāpis. Virtus eius est sicut virtus sumach. magis deficcat, et plus digerit.

Shaachulchneemaz, et dicit Rosa regis. & dicit calida & sicca in tertio gradu. Eius proprietas est, quando masticatur, vt trahat phlegma. & succus suus mundificat caput per nares. Et tertia eius virtus est, vt remoueat ex oculo ægritudinem caducum. et valet morpheę, & prouocat menstrua.

Anethum calidū est in primo gradu, quod in Arabico dicitur fęenat, & attingit parum ex secundo: & est siccum in principio secūdi, & in fine primi. Idcirco qñ coquitur cum oleo, habet dissoluere & mitigare dolorem. & maturat apostemata leuia, et inducit somnum: eo ꝙ quando decoquitur cum oleo, reddit complexionem ipsius ad similitudinē medicinarū maturantium: nisi quia est àliquātulum magis calidum & subtile. & hac de causa dissolutiuum est. Et qñ comburitur, est in tertio gradu caloris & siccitatis. Et ideo valet vulneribus saniosis: & plus in illis, quæ fiunt in membris spermatis. Et recens est minus calidum, & plus humidum. & ideo istud inducit somnū, & maturat plus sicco: & siccum dissoluit plus. propterea dicit Galepus ꝙ qui in trabant ad potationes, faciebant ex eo corōnas.

Chamamelum.

Camomilla, quæ in Arabico dicit Habonog, calida est & sicca in primo gradu. Secundæ virtutes ipsius sunt, vt aperiat, & dissoluat vapores cutis, et maturet. & habet proprietatem in mitigando dolorem ventris.

Anisum calidum est & siccum in tertio gradu: ideo quia substātia ignea sup ipsum dominat. & significat sup hoc acuitas sui saporis cum aliquātula dulcedine. Operationes suæ secundæ, et tertiæ sunt ad carminādum ventrositatē, & prouocat vrinā, & aperit oppilationes.

Zarahūt, i. Aristolochia. Nō vtimur nisi radice. Et est quædā longa, & quędā rotunda. rotunda fortior est in incisione, & subtiliatione. & longa plus valet absterssioni, & generationi carnis. Ambę calidę & siccæ sunt in secundo gradu, quia sunt cōpositæ ex substantia aliquantulum ignea, & terrestri adusta. & significat hoc amaritudo, quam habent cum moderata acuitate. Secundæ earum operationes sunt, quia subtiliant mirabiliter humores grossos, propterea remouent oppilationes, quæ prouenient ab istis humoribus. & extrahunt spinas, & remouent putrefactionē, & mundificant sordiciem, & faciunt generari bonam carnem. & istę sunt magis ꝓprię in rotūda. Et tertiæ opationes sunt abstergētes, & curant epilepticos, & podagrā, & arthriticos.

Lingua agni, i. plantago, frigida est & sicca in secundo gradu. Radix eius minus est frigida, & plus sicca. et cùm siccatur solum eius, est sicut radix. Et habet duas qualitates: quia cōpolita est ex substantia aquea, & terrestri. & significat hoc insipiditas, quam habet cum stypticitate. Secundæ ipsius opationes sunt, quia siccat, & repercutit, & valet cōtra mala apostemata, & materias putridas, et curat fistulas. Tertiæ proprietates siue operationes sunt cōtra vulnera intestinorū, et stringit sanguinē eorū, et vlcerationes, quæ prouenūt ex dysenteria. Et radix eius contra dolorē dentium valet, et aperit oppilationes hepatis, et renū. et hoc est, quia eius plantę radix calidior est suis folijs. nec illa sunt priuata calore, cùm videamus ꝙ abstergunt, et mundificant.

Asara bachara. Quod ex ea valet, est radix. et virtus eius est similis virtuti aceti: sed est tertior hoc.

Asarum. Bachar.

Ebdarfian, i. Cortex mali granati sylustris, est calidum in primo gradu, et siccū in secūdo vel tertio: quia compositum est ex substantia ignea, et terrestri. & propterea est acutum, et stypticū. Valet sordicietibus, et materijs discurrentibus ab vno membro ad aliud.

Asparagus tēperatus est, aut parum declinās ad caliditatē. et hoc significat, quia habet aliquantulā amaritudinem, quæ elixatione remouetur. Tertiæ eius operationes sunt ad aperiendum oppilationes, quę sunt in renibus: et proprię radices, et semen. et multum valent ad dolorem dentium.

Polium montanum, quod in Arabico dicitur Andriazabiera, habet duas species, vel plures. et oēs sunt calidæ et siccæ. et prouocant vrinam. & mēstrua. Et dictum est ꝙ valent contra morsum scorpionis, quando bibitur. ʒ.i. cum vino calido.

Scolopendria temperata est in calore & siccitate. Et manifestum est ꝙ dissoluit duritiē splenis, & aperit op-

pilationes ipsius, sicut bacca lauri in oppilatione hepatis, & habet à sua proprietate frangere lapides.

*a.l. coquit. Alcanti, & eam vocât Hispani Abuz. Ex ea * operatur radix. & est abstersiua, & dissolutiua. & quando comburitur, cinis eius magis calefacit, subtiliat, & dissoluit. & propter hoc curat alopeciam.

*2.l Cartamus. *Elcatis, id est semen pfitacorum. Ex eo vtimur semine. & est ex medicinis manifestis in purgãdo phlegma sine aliquo timore. et eius nobilitas est quasi sup nobilitatẽ oim medicinarum purgantiũ. Dosis eius est à 3.x. vsq; ad 3.vi. & multum remibus cum ficubus ante cibum comestũ valet. Galenus dicit in Primo de Simplici medicina, q̃ calefacit et exiccat tẽperate. et in Secũdo libro dicit, posse calidũ in secũdo gradu, q̃n applicat homini p modu emplastri. Et distinguẽdũ est, qa in primo dixit de ra bice, in secũdo de semine, & i alio de folio.

Absinthium calidu est in primo gradu, et siccum in secundo: quia cõpositum est ex substãtia terrestri & frigida, & terrestri ignea adusta. & significat hoc stypticitas sua cum amaritudine, & acumine. succus ipsius est amarior suis foliis. Et tertiæ suæ virtutes sunt, quia habet confortare stomachũ, & trahere quod est in eo amarum per modũ purgationis. & hoc facit per virtutem attractiuã, & propter amaritudinem lauatiuã. Et aperit oppilationes hepatis, & prouocat vrinam. Et si est phlegma in stomacho, non prodest, propter stypticitatem suam. Et habet multas species. sed melius omnium est aromaticum. & propter hoc confortat stomachum, & hepar. Et in summa manifestum est q̃ habet hæc medicina proprietatem in stomacho, & hepate.

Laurus. Quod ex eo vtimur, est succus, & oleũ. et est calidum in primo, & tangit parũ de siccido: ideo quia est compositum ex substantia terrestri adusta cum substantia terrestri & frigida. & significat hoc sapor amarus cũ stypticitate. Et ideireo quia commistæ sunt cum amaritudine aromaticitas, et stypticitas, fit ex succo ipsius medicinale oleũ, quod potest esse stomacho frigido, & hepati. & [illegible] sed amaris cũ siccũ, nec grana: qa dicitur p quã [illegible] fert ruinam, & vomitum, & fluxum.

Elzuneca, i. Balaustium, est frigidũ in secundo gradu, & tangit aliquid de tertio: & sine dubio est siccũ in tertio. Et dicimus q̃ hoc est, quia eius substantia est frigida: & hæcitas in ea est tertio frigiditate. Eius operatiões sunt stypticitas & siccitas, & stringit sanguinem, & consolidat propter hoc ponit hæc medicina habentibus fluxum sanguinis, & habentibus excoriationem intestinorum, & mulieribus habẽtibus fluxũ menstruorum, et aliarũ humiditatum. Et dicit Galenus q̃ nullus author fuit, qui hutus medicinæ non recordaretur.

Bahaibeli, & in Arabico dicit chiêsom. Folia ipsius plantæ, & cimæ, & flores, & fructus oino sunt frigidi & sicci. Et ista sunt humidiora prædictis, ꝓpter aquositatem existentem in ipsis. & propter hoc habet proprietatem ad curandã ægritudinẽ alcolæ, & similiter alias ægritudines oris. Sed fructus eius, cũ est immaturus, frigiditas & siccitas in eo dominatur propter stypticitatem inuentam in ipso. sed quando dictus fructus habet cõpletam digestionem, tunc est propinquus æqualitati propter dulcedinem inuentam in ipso. Et florum virtus extitit ipsius fructus & [illegible] prædicta conferunt.

Syaachulie. Vtimur [illegible], et floribus, & fructibus. Quãuis folia sint humidiora, valẽt multum ægritudinibus oris, & vulneribus intestinorum, & fluxui ventris, & debilitati stomachi, & sputo sanguinis. Sed radix eius habet substãtiam [illegible] adam & subtilem. & ideo frangit lapidem, qui est in renibus.

Bdellũ duas habet species. fortiter mollificat, quod in Arabico dicit Mocle. Ex eo sunt spẽs duæ. vna Siciliæ: & illa est, siue bdelliũ illud est magnũ: & alia species, siue aliud bdelliũ inuenitur hic, & est Arabicum. Virtus illius secũda est mollificare: et est fortissima virtus illius in hoc. & hoc potes cognoscere per primam suam virtutem. Et aliud, s. Arabicum est suauius, & est clarius alio. & hoc vocatur bdelliũ Arabicum, et est siccius alio. sed recẽs bdellium Arabicum habet virtutem Siculi. Et hoc Arabicũ frãgit lapides, qui sunt in renibus. et qñ bibitur, prouocat vrinã, et prouocat menstruitates grossas, & crudas, & valet cõtra dolores laterum, & hypocundriorũ: & in summa est ex medicinis, quę pungunt phlegma grossum. Et habet proprietatem trahendi à neruis, et iuncturis. & ipsum est melius inter medicinas laxatiuas. Et dosis eius est 3.i.

Elgarzaria, qd'Hispani vocãt Panical'd, & in Arabico Alchartama, & alij Secacul, et i Latino Eryngiũ dicitur. Gale. sentit quòd est cõpositũ ex diuersis naturis, sicut natura rosę: excepto quia nõ habet stypticitatẽ. et significat hoc, quia habet insipiditatẽ cum aliquãtula dulcedine, et modico acumine. et hoc habet plus in cortice. & vidi q̃ sit temperatum, aut parũ declinans ad frigiditatẽ. & quod est talis cõplexionis, est multi iuuamenti. Operationes suæ sunt repercussiuę, & dissolutiuę. Sed eius manifesta ꝓprietas est, vt dissoluat apostemata, superpositũ: & etiam si suspendatur super ipsum. Et noui Medici dicunt q̃ habet hanc proprietatem in omnibus apostematibus. & etiam dicunt q̃ vtuntur eo in potu aquæ decoctiõis eius. ipsa ministrat, vt defendat ne generetur apostema in partibus interioribus.

Balsamus calidus est & siccus in secundo gradu. & oleũ suum est multum subtile. nec habet vllũ calorem, quia ab hoibus creditur, qui vident, q̃ est subtile penetratiuum. Et virtus ẽt fructus ipsius est ipsius generis: sed minus est subtilis suo oleo. Et istud oleũ habet multas proprietates, & mirabiles operationes. Suę sedæ operationes sunt, quia dissoluit oẽs ægritudines phlegmaticas, quæ duræ sunt, & tardæ ad dissoluendũ, et eradicat dolores, qui sunt ex humoribus grossis & *ventosis. Et suæ tertiæ opationes sunt, quia frangit lapides. & mulier impręgnatur, quæ defert ipsum sup se, quæ non poterat impręgnari propter oppilationẽ matricis. Et eius proprietas est, quia est magna theriaca venenis. & valet contra opium bibitum, & valet contra adamantem bibitũ, & contra fungos venenosos, et cõtra aquã terri distillati. Et dosis eius est à tribus partib⁹ 3. vsq; ad 3.ij.

Iunıperus calidus est & siccus in tertio gradu. & est multũ subtilis: quia quod magis dñatur super ipsum, est substãtia ignea, & post ipsam substãtia terrestris adusta, & aliquantulũ substantia terrestris frigida. Et significat hoc sapor, quẽ habet cũ forti acumine, & amaritudine, & aliquãtula stypticitate. Operationes suæ secũdæ sunt, vt consumat putrefactionẽ, quæ est in vulneribus & apostematibus: q̃ locus, in quo non est putrefactio, non sustinet talẽ medicinã: sed qñ ponitur super putrefactionẽ, & tantem cũ melle, mundificat ipsam. Operationes suæ tertię sunt, quia habet prouocare vrinam, & prouocat menstrua fortius alia re, donec facit mingere sanguinẽ. & facit abortum, et extrahit fœtũ mortuum. Et propter suam subtilitatem & aromaticitatem ponitur qñq; loco cuiusdam speciei cinnamomi dorsini. & est etiam cinnamomum cum multa dulcedine, & fortis acumine: & debet poni duplum illius loco dorsini.

Albahac. Hęc plãta habet florẽ, qui affimilat rosę: et est fortior rosa bahanach. et pp hoc magis dissoluit illa, donec liberet durissima apãta, qñ miscei cũ cera et oleo.

Ossa vuarum passarum sunt ficca in * secũdo gradu, vel accedunt parum ad secundum: ideo quia composita sunt ex substãtia terrestri frigida. & significat hoc stypticitas. & habẽt vltimum iuuamen in fluxu ventris.

Alusnee in lingua Hispanię dicitur Mulsa. Hæc nascitur super quercus, & nuces. Et est in tertio gradu frigida. & hoc significat stypticitas quam habet. & cũ hoc habet virtutem dissoluendi, & mollificandi. Et magis valet, quæ inuenit in quercu propter caliditatẽ, quę est in ipsa arbore, eo q̃ ex superfluitate ipsius nutritur.

Sagtares videtur q̃ sit calidum in primo gradu, vel accedit parum ad secũdum: idcirco q̃ compositũ est ex substantia terrestri adusta cum substantia terrestri frigida. & significat hoc stypticitas sua cum amaritudine. Primæ operationes suæ, & secundæ sunt ad subtiliandum, aperiendum, & prouocandum vrinam, & similia. Et aliqui dicunt, quòd habet virtutem purgandi: & est vltima medicina stomachi, ꝓpter stypticitatẽ suam. & etiam mundificat propter suam amaritudinem. & talis medicina, qualis est hæc, est magis propria stomacho, q̃ alia medicina: & longe plus, quando associatur secum aromaticitas, sicut in absinthio.

Gentiana. Ponitur hæc medicina in gradu tertio calida & sicca. & hoc manifestat ex fortitudine suę amaritudinis. Et radix ipsius fortissima est ad subtiliandum, & aperiendum oppilationes.

Memuhe. Ponimus ipsam in primo gradu frigiditatis, eo q̃ curat multoties oculorum rubedines, quando non sunt fortes. & eius substantia composita est ex substantia aquosa & terrestri, quæ omnia frigida sunt: excepto quòd frigiditas sm Galenum nõ est fortis, sed est eius frigiditas similis aquæ paludum.

Alfoceng, i. Metastrum, calidum est & siccũ in tertio gradu: propterea quia dominatur super ipsum substantia ignea cum substantia terrestri adusta. & habẽtis talem complexionem operationes sunt manifestæ.

Liquiritia est humida in primo gradu, & excedit parum in calore temperatam complexionẽ. Galenus dixit q̃ assimulatur cõplexioni humanę. & significat hoc dulcedo sui saporis cũ aliquantula stypticitate. eo quia dulcedo temperata significat caliditatem & humiditatem, & stypticitas sua detruncat aliquid ex suo calore & sua humiditate: excepto q̃ ex humiditate remouet plus. et lenit asperitatem, quę est in trachea arteria, et vesica, & aliorum membrorum, quæ recipiunt asperitatem. Tertiæ operationes ipsius sunt, quia pulverizata & posita super oculum delet maculam, quæ est in oculo, & carnem superfluã, quę est in radicibus vnguium. & hoc significat, quia radix est calidior succo. & cõplexiones, quas diximus, primo sunt in succo. & quãdo radix est vetus, est amara, sicut est illa, quę nobis apportatur. generaliter succus eius humidior est sua radice.

Pęonia, i. Rosa asinorum, est radix calida in primo gradu, & sicca in tertio: quia est composita ex substãtia terrestri frigida, & terrestri adusta, & substantia ignea, & aliquantulum aerea. Et significat hoc, quia quando masticamus ipsam, primo sentimus stypticitatẽ cum dulcedine: & quãdo diu masticamus ipsam, sentimus acumen cum amaritudine. Secundæ suæ operationes à complexione ipsius sciuntur. & tertiæ sciũtur sm exopilationes hepatis, & renum. & hoc accidit ꝓpter acumen, & amaritudinem. sed propter stypticitatem, quam habet, stringit ventrẽ. Proprietas sua testificata est à Galeno, quòd suspensa ad collum curat epilepsiam in pueris. sed ab aliquibus dicitur q̃ nõ sit verum. & hoc iam expertum est, & non sic inuenitur.

Pastinaca duas habet species, syluestrem, et domesticam. syluestris fortior est domestica in omnibus. Et in ambabus est virtus calefaciendi, et subtiliandi. Et in radice est virtus, quę mouet coitum, et hoc ẽt habet semen domesticę. Sed semen syluestris est calidius & siccius. et ideo prouocat menstrua, & vrinam. Et syluestris dicitur daucus, & est calidus & siccus in tertio gradu.

Aegarel chaar, i. lignũ Lauri, & fructus eius Bacca lauri dicitur. Hæc arbor cũ fructu suo calefacit, & exiccat multum. Sed cortex arboris est debilioris caloris, et fortioris amaritudinis, & habet stypticitatem. & ideo frangit lapidẽ, et valet contra passionẽ frigidã hepatis, * ebibitis quor dantch & medio cũ vino aromatico. Suæ radices sunt calidę in secũdo gradu, & siccę in tertio.

Almostramesia est ex speciebus chasor. Et operationes ipsius sunt eædem cum operationibus ipsius ex rebus tachosor syluestris: sed est subtilior ipso. Et opationes suæ tertiæ sunt attractiuo.

Glandes omnes sunt frigidæ & siccæ. & hoc cognoscitur propter multã stypticitatem quã habent. sed cortex suæ arboris maiorẽ habet stypticitatem. et in ambabus est cõiuncta subtilitas cum stypticitate. Et ꝓpterea hæc est vna ex rebus, quę valet multum fluxui menstruorum, & fluxui sanguinis vndecunque.

Acathemi, i. Althęa. Suæ secũdæ operationes sunt, quia dissoluit, relaxat, & mitigat dolorem, & maturat apostemata dura. Et radix & semina faciunt, quod faciunt folia, & flos, donec est recens. sed maiorem habẽt subtilitatem, & minorem siccitatem radicibus, & seminibus. & sic debet esse in omnibus radicibus, & seminibus terræ nascentium. & iccirco maiorem habent abstersionem, ita q̃ curant morpheam. & semẽ frangit lapides, qui sunt in renibus. & tamẽ in radicibus est virtus stiptica. & propterea valet aqua decoctionis eius excoriationi intestinorum ex dysenteria, & sputo sanguinis. Ego pono folia, et flores calidos et siccos in primo gradu, & radicem in principio secundi.

Alzabit, i. oleum, quod trahitur ex oliuis maturis et non salitis, & quarum cõplexiones non sunt artificialiter mutatæ, assimilatur cõplexioni humanæ. & iã rememoramur hoc in cibis. Sed oleũ tactum ex oliuis non maturis habet aliquam stypticitatem, & retinet ex frigiditate, sm q̃ habet ex stypticitate. Et oleũ vetus est calidius, & subtilius tẽperato: & propter hoc maiorem habet virtutẽ dissoluendi, et mitigandi dolorẽ. Sed alia olea, quæ trahuntur ab aliis medicinis, tenent naturam illarũ medicinarum: sicut oleum de lilio, & oleum de laminum, & oleũ amygdalarũ, & oleũ nucum, & oleum lauri, & oleũ de cymino, & oleum de sinapi, & oleum de myrtillis: & est stypticũ, et oleũ de mastice, & oleum de oliuis ponitur loco olei de lilio, et è contra et oleum de myrtillis est frigidũ & stypticum. & oleum de lamino est calidũ & humidum. eodẽ modo & oleũ amygdalarum dulcium. sed hoc tẽperatius est in calore: aut q̃ habet calorẽ cum humiditate mixta cũ aliquas tãla stypticitate: & ideo habet humectare, siue calefacere, & mollificare. & in hoc excedit oleũ de lamino. et de lilio nãtho, & oleũ de mastice. Et oleũ granorum vnius est cõpositũ ex virtutibus stypticis, et dissoluentibus. ex ꝓpterea prodest stomacho, & hepati plus omnibus alijs re. Sed illa olea fiũt in Babylonia. sed in nostris terris non trahunt ex istis rebus ꝓprie. Sed Galenus dicit in libro suo q̃ consuetũ est trahere oleum myrteũ, & oleum mastichinum, & oleũ schœnanthi ex seipsis. & bonitas istorum excedit multũ bonitatem factoũ cum oleo oliuarũ in opationibus & virtutibus. Sed olea, quæ cõsueta sunt fieri cũ oleo oliuarũ oleũ, quibus assuescunt Antiqui et Moderni, sunt sicut oleũ rosatũ, & oleũ cydoniorum, & oleũ liliorum, et oleũ violarũ, et oleũ nenufarinũ, et de

Glycyrrhiza.

alcheiri. Et virtutes eorum oleorũ ſunt manifeſtę ex virtutibus ipſarum medicinarum. Et ſcire debes quòd oleum oliuæ, cum quo facimus dicta olea, debet eſſe abſq; alia mala qualitate. ſed eorum virtus, quæ trahitur cũ oleo oliuæ, nulla ſunt virtuoſiora noſtris. Oleũ, in quo infundũtur prædictæ medicinæ, debet eſſe ſuaue, vt non manifeſtetur aliqua fortis qualitas dominãs in ipſo. & talis eſt ratio medicinæ: quia debet eſſe patiens & non agens: exceptis duobus modis. vnus eſt, quando intentio noſtra eſt, vt fortificemus opationem illius medicinę, cum qua miſcetur prius: et accipiemus oleum, in quo dominetur qualitas ſimilis qualitati medicinæ. ſecundus eſt, qñ intendimus facere contrariũ illius medicinæ: & hoc eſt, qñ volumus facere frangere ex illius virtute. verbi gratia, qñ volumus q̃ oleum roſatum diſſoluat, nos ponimus oleum vetus. & quando volumus minuere ex ea, ponimus inmaturum. & quando volumus, vt aſſimiletur virtuti roſarũ, infundimus roſas in oleum dulce, & ſuaue.

Alſaran, i. Enula. Ponimus ipſam in ſecũdo gradu calidam & ſiccam. & manifeſtatur hoc, quia ponimus ipſam in loco huius, quod cõfert phlegmati groſſo iuiſcato in pectore, & pulmone. & hoc facit ſua ſiccitate. Operationes ſuæ ſecundæ ſunt, quia rubificat membra in liuiditate à frigore.

Barbacus, i. Elleborus habet duas ſpecies, album vi deliceat, & nigrum. et ambo ſunt calida, et ſicca in tertio gradu. Secunda eorum virtus eſt abſterſiua. & ideo valet contra ſcabiem, ignem ſacrum, & ſimilia. & non eſt tutũ vti eo bibito vel comeſto: quia eſt ex genere venenorum. Sed Antiqui vtebant nigro ad euacuandũ melancholiam. ſed eſt fortius in lædendo hepar, & pulmonem. ſed Noui ponunt loco eius lapidem lazuli. Sed quamuis epithymum laudetur in euacuando melancholiam, non tamen habet tantam virtutẽ. Et magnes habet ſimilem virtutem purgandi cum elleboro: excepto qa eſt fortioris attractionis: eo quia eſt lapis, & propter ſiccitatẽ quæ eſt in eo. & lapis lazuli ſuauior eſt eo.

Eua, i. Rubia tinctorum, calida eſt in ſecũdo, & ſicca in tertio gradu. ideo quia eſt compoſita ex ſubſtãtia terreſtri aduſta, & ſubſtantia terreſtri frigida. & ſignificat hoc ſua amaritudo cum ponticitate. Operationes ſuæ ſecundæ, & tertiæ habẽt aperire oppilationem ſplenis, & hepatis, & prouocare vrinam, & ſanguinẽ menſtruum. & poſſibile eſt vt faciat mingere ſanguinem. et abſtergit temperate. & ideo valet tineæ, quãdo diſtemperatur cum aceto, & ſuperponitur. & quidam dãt bibere * ſchiatticis cum hydromelle.

* vt hiadicis

Olibarda, i. Eupatorium. Valde manifeſta eſt in ſortificando virtutem hepatis, & aperiendo oppilationes eius, quia compoſita eſt ex ſubſtantia ſtyptica, et amara. & ideo debemus ponere eam in primo gradu: quia amaritudo eſt manifeſtior in ea ſtypticitate ſua.

Zingiber calidum eſt in tertio gradu cum multa ſtypticitate vel humiditate. & ideo tardat in calefaciendo corpus: quod non facit piper. quia calefactio zingiberis eſt à calore corporis: & permutatio piperis ab eodẽ eſt ſicut permutatio lignorum viridium & ſiccorũ ab igne. Et piper longum eſt ſimile zingiberi. et propterea debet poni zingiber in primo gradu humiditatis.

Epithymum eſt calidũ & ſiccum in tertio gradu: & eſt laudabile, vt dictũ eſt in euacuando melãcholiam. Et doſis eius eſt à ʒ. ñ. vſq; ad. ıȝ. & in decoctionibus à ʒ. vſque ad. ʒȝ. Et indiget refrenantibus: quia contriſtat propter ſuam ſiccitatem. & ideo nenufar eſt vltimum ſuum frenum: eo quod propter aromaticitatem ſuam remouet ipſius malitiam, & propter humiditatem ſuam remouet ipſius ſiccitatem: excepto quia cum hoc diminuit ſuum calorem. Et medicina non indiget refrenatiõe ab omnibus ſuis qualitatibus vel partibus, niſi à parte, qua purgat hoc à calore, aut à parte ſuæ euacuationis. Et ſi refrenaretur epithymum cũ pomis, hoc plus acceptarẽt, excepto in febricitantibus. & ſimiliter poteſt refrenari cũ amygdalis, vel cũ ſemine melonis.

Menta calida eſt, & ſicca in ſecundo gradu, & attingit ex tertio: & habet amaritudinem cum ſtypticitate. confortat ſtomachum, & mouet coitum,

Haama, i. Mẽta. Hæc herba eſt hortiua. & propter hoc habet ſuperfluã humiditatem. et propter hoc prouocat coitum. & ipſa eſt res, quæ aſſociatur rebus non bene digeſtiuis. & ſapor ipſius amarus eſt cum ſtypticitate. & ex hoc apparet, q̃ minorem habet caliditatem deliachacos. et propterea ipſam ponimus in caliditate & ſiccitate in ſecundo, extendentem ſe vſq; ad tertium.

Thapſia eſt gummi rutæ ſylueſtris ſecundum quoſdam Medicos. Virtus eius eſt acutæ virtutis, & calefacit caliditate forti: & propter hoc eſt in tertio gradu caliditatis, & humida in primo. Et ſignificat eius humiditas ex hoc, quia cito corrumpitur. & non recipit paſſionem à corpore, niſi poſt allquantulã horam, quẽadmodum facit zingiber. Et ꝓprietas eius eſt attractio ex profundo corporis, & reſoluit quod ab ipſa trahitur.

Tormos, ideſt Lupini quando elixãtur in aqua tandiu q̃ ipſorum remoueatur amaritudo, ſunt medicina nutritiua. Et quando ſunt amari, faciunt quod conſueuerunt facere medicinæ amaræ ex abſterſione, & exiccatione, & reſolutione, & ex apertione oppilationum hepatis, & ſplenis, & prouocatione menſtruorũ, & interfectione lumbricorum, & in extractione fœtus. & remouent morpheam, & purgant choleram, & remouẽt offuſcationes membrorum, & diſſoluunt ſcrophulas. & propter hoc ponimus ipſos in caliditate & ſiccitate in principio tertij gradus, vel in fine ſecundi.

Lactuca. Dicit Galenus q̃ ſua frigiditas eſt ſimilis frigiditati riuulorum. & ſignificat hoc, quia non curat forte eryſipelas, ſed curat debilẽ. ideo debemus ipſam ponere frigidam in primo, vel in principio ſecũdi gradus. Et vſus ſui ſeminis conſumit ſperma.

Alaſce, quod quidam vocant corrutha, calefacit & deſiccat in tertio gradu. Et operationes eius prouocant menſtrua, & vrinã, & extrahũt fœtus à corpore, & aperiunt opilationes, & mundificant pectus, & pulmonẽ.

Hele, ideſt Viſcus. Operationes eædem ſunt cũ thapſia in operationibus primis, & ſecundis. & eſt calidiſſimus cum ſuperflua humiditate. & extrahit à profunditate corporis. & hoc agit cũ multa tarditate propter ſuperfluam humiditatem in ipſo exiſtentem.

Viola frigida eſt, & humida. & iccirco debet poni in ſecundo gradu. Iuuamenta ſua manifeſta ſunt apud vulgares.

Cenapalcail, i. Cauda equina, & in Latino dicitur Centinodia. Virtus ipſius eſt ſtyptica cum amaritudine. & ideo deſiccat in vltimo abſq; perforatione. et propter hoc ſigillat vulnera magna. & cõfert vlceribus inteſtinorum, ac ſputo ſanguinis, & fluxui mẽſtruorum: & maxime illa, quæ eſt rubea: & tenaſmoni. & dicunt aliqui homines q̃ curauerunt cum ea vlcera veſicæ.

Caleiraf, i. Caſtratus. Huius vegetabilis flores, & folia deſiccãt deſiccatione forti abſq; mordicatiõe. Et eſt manifeſte plurimi iuuamẽti, qm̃ ſigillat vulnera. & qñ aduritur cortex iſtius arboris, cinis eius deſiccat deſiccatione vehementi. & ꝓpter hoc confert porris ſeu verucis: & maxime habentibus capita clauorum, qui fixi ſunt in cute. quia quãdo recipitur cinis eius, et miſcetur cum forti

cum forti aceto, & ſuperponit eis, eradicat eos. Et gummi iſtius arboris remouet omnia, quę ſunt, vel fiunt ſupra pupillam oculi. vnde obſcuratur viſus eo quia iſtud gummi ſubtiliat, & mundificat.

Indicum, cum quo tingitur, multũ deſiccat ſine ſubtilitate: quia amarum eſt, & ſtypticum. Et eſt duarum manerierum, ſ. ſylueſtre, & domeſticum. & ſylueſtre eſt fortius domeſtico. Operationes ſuę ſunt, vt conſolidet vulnera, quæ ſunt in duris membris, & etiam ſi ſunt in extremitatibus muſculorum. & abſcindit fluxum ſanguinis, & valet multum vulneribus fiſtulatis. Sed ſylueſtre eſt fortius in vulneribus putridis propter fortitudinem ſuæ deſiccationis. & domeſticum eſt vtilius in apoſtematibus domeſticis, vel in medela apoſtematum, quia vlcerat ea. & ſylueſtre valet multum contra oppilationem ſplenis. ideo debemus ipſum ponere calidum in ſecundo, & ſiccum in tertio: & domeſticum calidum in primo, & ſiccum in ſecundo.

Pulegium riuulorum calidum eſt & ſiccum in tertio gradu, quia eſt compoſitum ex ſubſtantia ignea cum aliquantula parte terreſtri aduſta. & ſignificat hoc acumen ipſius cum aliquãtula amaritudine. Operationes ipſius ſecundę ſunt diſſolutiuæ, ſubtiliatiuæ, & deſiccatiuæ. Tertiæ ad prouocandum vrinam. & dictum eſt, q̃ valet multũ leproſis, & morſis ab aialibus venenoſis: & maxime qñ ſuperponit. et occidit vermes, qui naſcunt in auriculis. & montanũ fortius eſt, et plus valet.

Recapaldereca, i. Canella vel Cinnamomũ, calidũ eſt & ſiccum in ſecundo gradu. et in ſiccitate plus extenditur. & hoc eſt, quia compoſitum eſt ex ſubſtantia terreſtri cum ſubſtantia aerea æqualiter. & hoc teſtificatur Gal. & cum hoc habet ſubſtantiam ſubtilem igneam, à qua habet ſuam aromaticitatem. et ſtypticitas ſua cum modico acumine ſignificat terreſtrem ſubſtantiam. & canelloſitas ſua ſignificat ſubſtantiam aeream ſuper ipſam dominantem. & hoc ſcitur propter naturam cannarum. Iduamenta ſua manifeſta ſunt in ſtomacho, & hepate: quia illa eſt ex medicinis, in quibus inueniuntur aromaticitas, & ſtypticitas, & acumen: & quod habet tam nobilem complexionem, roborat omnia membra. Et dicit Gal. quòd pars ſubtilior, quæ eſt in eo, eſt minor alijs: & darſeni eſt fortior in iuuamento.

Capparis calidus eſt in ſecundo, & ſiccus in tertio. quia compoſitus eſt ex ſubſtantia terreſtri & frigida, & terreſtri aduſta, ignea & ſubtili. & ſignificat hoc amaritudo dominans. Et poſt hoc habet proprietatem contra vitia ſplenis: propterea quia illud, quod facit exire cum ſtercore, eſt ſanguineum, & tũc remouet dolorem ſplenis. Et hoc idẽ facit in alijs humoribus groſſis, qa educit eos p vrinam. & prouocat menſtrua, & attrahit phlegma ex capite qñ maſticatur, & valet cõtra ſchiati cum dolorẽ, & contra dolorem dentium, qñ maſticat.

Alcharf, i. Naſturtium eſt calidũ & ſiccum in quarto gradu. Et virtus ſua eſt ſimilis ſinapis virtuti, & eſt medicina, quæ datur loco cibi.

Cardamomum calidum eſt & ſiccum in tertio gradu. Et non eſt mihi neceſſe manifeſtare operationes ipſius, nec ſecundas, nec tertias, quia habet ſimilem complexionem. ſed conueniens eſt mihi dicere proprietates eorum manifeſtiores. & hoc debuiſſemus teciſſe ab ipſo principio. ſed eſt accommodatio iuuamenti in his, quæ dicta ſunt. & eſt in hoc fructu cum amaritudine aliquantulum caloris.

Caros Careum

Carui in caliditate & ſiccitate eſt in tertio gradu. & propter hoc expellit uentoſitates, & prouocat vrinam, & non ſolum ſemen, ſed totum.

Clalicha, i. Caſſia lignea, calida eſt & ſicca in tertio gradu: quia cõpoſita eſt ex pauca ſubſtãtia terreſtri, & ſubſtantia ignea, et illa eſt dominans. & ſignificat hoc, acumen, quod habet cum aliquantula ſtypticitate. & eſt ex bonis ſpeciebus aromaticis. & idcirco confortat membra principalia, & ex oppilat oppilationes hepatis, & prouocat menſtrua, & habet alias operationes, quas debet facere talis complexio.

Arbor nucum eſt frigida & ſicca in ſecundo gradu. & folia & rami habent aliquam ſtypticitatẽ. ideo propter ſtypticitatem ſuę complexionis profundatur pars eius ſubtilis in ſubſtãtia ſtyptica, quę eſt in ipſa. & ideo facit quod poſſent facere, quę eſſent maioris ſtypticitatis ipſa. & ideo decoctio eius bona medicina eſt vulnę apãtæ. Et de fructu ipſius iã rememorati ſumus alibi.

Cubebæ ſunt ſubſtantiæ igneæ, & terreſtris ſẽcum hoc ſunt aromaticæ. Et tu ſcis operationes, quas faciũt tales medicinæ.

Pineæ calidę ſunt & ſiccæ in tertio gradu. & gummi propinquum in quarto. Sua ſecunda virtus eſt putrefacere carnem mollem liquefaciendo. & propterea ſunt in primo gradu medicinarum putrefactiuarum. & propterea conſeruant carnem mortuorum à putrefactione propter ſuam deſiccationem, & alias eorum corrumpunt propter uirtutes ſuarum naturarum, non propter humiditatem ſuperfluam, & non conſeruant niſi dura membra. Et ſunt optima medicina in aere peſtilẽtiali: & fortiſſima medicina ad reſiſtendum inpręgnationi. & quando mulier * ſtat ſuper ſe, & quando inungitur virga ex eis, faciunt aborſum. & occidunt vermes, qui ſunt in ventre, & ſerpentes deglutitos. & ſi ſuperponantur ventri doloroſo propter corroſionem, incontinenti dolor mitigatur. Et pinguedo, quę generatur in alchi terra, i. pars vnctuoſa, quæ adunatur immatura, quæ eſt ei ſupra in principio decoctionis ſubtilis, & cum eſt cocta, efficitur ſpiſſa, & illa aperit vulnera, & diſcooperit neruos. Sed illud, quod eſt liquidũ, poſſibile eſt vt curet vulnera, & habet ſibem virtutẽ picis, & curat ſcabiẽ.

* a. l. fert

Centaurea habet duas ſpecies, maiorẽ, & minorem. & ambæ habent vnam complexionem. Et maior habet ſaporem acutum cum ſtypticitate, & aliquantula dulcedine. & non debemus vti ea niſi radice. Et de minori vtimur folijs, & ſtipite. & ideo compoſita eſt ex ſubſtantia terreſtri, aduſta, & frigida. Et aperit oppilationes, & incidit humores groſſos: & cum hoc habet virtutem purgandi eos. & ideo clyſterizantur cum ea ſchiatici, et podagrici. et abſtrahit humores cholericos, & groſſos. & aliquando tantum purgat, vt trahat ſanguinolentos humores. & tũc fortius prodeſt, & prouocat mẽſtrua fortiter, & abortire facit. & cũ hoc habet virtutem cõſolidatiuam vulnę propter ſuã ſtypticitatem.

Gummi ceraſorum habet proprietatem frangendi lapidem. & poteſt eſſe hoc ideo, qa eſt gummi quia dominãs ſuper cõplexionem gũmi eſt calor. quãuis quædam ſint, quæ non ſunt talia, niſi comparatione ad corpus humanum, ſicut gũmi, quod nominatur karabe.

Ceſtron, i. Betonica. Complexio iſtius eſt calida & ſicca. & hoc atteſtatur ſapor, quia in ipſa eſt amaritudo cũ acutate. Et ideo incidit humores groſſos. & frangit lapidem, qui generatur in renibus, & mundificat pulmonem, & pectus, & aperit oppilationes hepatis, & prouocat menſtrua. & confert epilepticis, & ſchiaticis. & quando ponitur ſuper morſum animalium venenoſorum confert. & valet ſchiaticis etiam, quando bibitur, & eructationi acetoſę. & propterea ponimus ipſam in gradu tertio calidam & ſiccam.

Haſas, ideſt Galla, eſt frigida in primo, et ſicca in tertio. & acerbæ ſunt frigidæ in ſecundo gradu, & ſiccæ in tertio.

In tertio. & significat hoc stypticitas, quæ est in ea cum modica ponticitate. & est repercussiua. & quando comburitur, est acutior, & siccior, & subtilior. & est necesse, qñ vis sedare sanguinis fluxum, assare ipsam, & postmodũ extinguere ipsam in aceto, aut fortissimo vino.

Almum, i. Cera citrina, est temperata inter quatuor qualitates. & quia potest applicari carni, posuerunt ipsam Medici materiam omnibus cataplasmatibus, & vnctionibus calidis, et frigidis, sicut sunt illi, qui nominant cerotum. Hanc ceram * citrinam, quassatam, vel malaxatã in aqua Gal. laudant in ægritudinibus acutis, & nominatur cera lota. Et cera habet virtutem maturatiuam per modum oppiationis. & non est ex medicinis, quas ponimus in corpore. & habet aliquantulam virtutem dissolutiuam, quam acquisiuit à melle. et quando remouetur citrinitas, quę est in ea, tunc est proprie materia, & cera pura.

* 2 l. nucleum

Halbeta, i. Catapucia. Eius grana habent virtutem purgandi: & cum hoc habent virtutem absterssiuam, & dissolutiuam. & ideo est calida in secundo gradu. et ponitur in genere calidorum, & siccorum.

Darseni, i. Canella subtilis, dulcis, aromatica, calida est & sicca in tertio gradu. & est supremum in omnibus medicinis aromaticis, quæ resistunt putrefactioni: nec habet parem in his operationibus.

Alteradit, i. Barba hircina est frigida i tertio gradu, & sicca in secundo: quia dominans in ea est substantia terrestris stiptica. & radix eius fortior est foliis. Et consolidat vulnera, & valet sordidis vulneribus propter suam deiccationem, & ad intestinoꝝ vlcerationem, & fistulis. & in summa facit quod faciũt medicinæ * multæ stypticitatis. Et cõfert debilitati stomachi, & sofoni vẽtris, & vlcerationibus intestinoꝝ, et fluxui mẽstruoꝝ.

* ..l. nõ sor-

Laudanum est calidum in primo gradu, & tangit ex secundo. et aliquantulam habet stypticitatem, et est subtilis substantiæ cũ acumine. Dissolut, et maturat, et valet passionibus matricis, ideo quia habet cum his virtutibus virtutem stypticitatis. Propterea valet ad permanentiam capillorum: eo ꝙ consumit humiditatem extrancam, quæ est in eorum radicibus, et stringit sua stypticitate poros, in quibus oriuntur capilli. Sed non est sufficiens in obuiatione alopeciæ: iccirco quia illa indiget medicinis magis dissoluentibus, quia generatur ex humoribus grossis, et viscosis.

Alibleb, i. Mercurialis, calida est et sicca in primo gradu: et est compolita ex substantijs cõtrarijs, hoc est styptica, acuta, et aquea. Et mesuei, quando est recens, vt leuiter purget, ita ꝙ est in principio primi gradus in medicinis purgatiuis. et ideo datur in principio febris ante digestionem: sicut dantur cassia fistula, tamarindi, et his similia. Et qui biberit ex succo medrian: libram, purgat choleram grossam, et phlegma. et si coquatur in vino, quando recens est, consolidat magna vulnera, et sanat vlcerationem tactam ab adustione ignis. Et si tota ipsius coquantur in aceto, valet multum passioni splenis. et flos suus valet in hoc plus. et ex succo suo fit cataputgium: et tunc valet multum materijs discurrentibus antiquis ad aures, et ad nares.

Iecpna

Haanthal, i. Colloquintida, est ex medicinis fortibus in purgando phlegmate: et in fine gradus medicinarũ purgantium, quia attrahit a profunditate corporis: ita ꝙ inducit eradicationem intestinorum. propterea necesse est refrenare ipsam multũ cũ tragacantho, et amygdalis. et tisticī sunt sufficientes pro his duobus. Et dosis eius est à duabus tertijs. ʒ. i. vsq; ad vnum karatem.

Halsemec est gũmi, quod fortiter stringit. et propter hoc intrat in medicinis eradicantibus intestina, et prodest quando nõ habet qualitatem acutam. et facit quę admodum checabre, ideſt gummi arabicum.

Cusbera, i. Coriãdrum, calidum est in primo gradu, et est compositum ex substantijs contrarijs, hoc est ex substãtia amara, et substantia aquea, et stiptica. Et sin hoc facit diuersas operationes: hoc est, quia quando cataplasmatur erysipelas cũ farina ordei, curat ipsum, et qñ miscetur cum farina fabæ, dissoluit scrophulas, et dicitur ꝙ habet proprietatem ad retinendum cibum in stomacho, donec fuerit digestus. et aromatizãt carnes, cum quibus coquitur, et si homo biberet ex eius succo mediam libram in nouilunio, esset mortuus.

Isſt. 2. cano. c. 194. & a Gal. & 2 Rasi. 25. cõuenit. sed Dioscor. Ruffus Archige. Rasis. 5. ad Alman. c. 17. & Auic. secũdo de vir. cor. ponunt frigidum in. 2. & ex authoritate Rasis ſſtat soluno Auic. vide Hippo. 2. de victus rõne.

Costus calidus est et siccus in secundo gradu. et est compositus ex substantia terrestri adusta & ignea. & significat hoc magna amaritudo eius cum acumine. Et operatio suę complexionis est rubificare membra, quibus superponitur: quia trahit sanguinem ad cutem. & prouocat vrinam, & sanguinem menstruum. & occidit vermes, & curat tineam.

Alcostan, i. Lilium album, calidum est & siccum in secundo gradu. & hoc dicimus, quia est amarum. & habet aquositatem temperatam. Et ideo oleum ipsius est absq; aliqua mordicatione. & est supremum omnium rerum, quæ dissoluunt res in matrice. Et folia sua cocta, & posita super carnem combustam ab igne, & cũ aqua ferventi, cum oleo rosato mixta, mitigant dolorem. Et radix est fortior foliis. & ppea, prouocat mẽstrua, & mollificat duriciem oium membroꝝ, & proprie matricis.

Crocus calidus est in secundo gradu & siccus in primo. Est digestiuus, & confortatiuus cordis, & habet substantiam calidam stypticã. & stypticitas sua est ex rebus, quæ adiuuant ad digestionem, quam facit: eo ꝙ propter illam moratur in poris, & stat in illis.

Halbasal, i. Cæpa. Est calidum in quarto gradu, & habet grossam substantiam. Et ideo, quãdo ponitur in ano, aperit orificia venarum, & prouocat sanguinem hæmorrhoidalem, & menstruum. Et succus eius valet aquæ, quæ defluit ad oculum: sed obscurat oculos, qñ sunt impediti ab humoribus grossis. Et habet humiditatem superfluam, propter quam mouet coitum.

Halcedef frigidus i primo gradu est vel temperatus: eo quia stypticitas in suo sapore est, sed in ipso non est aliquid caliditatis, vel acutatis nih modicum. tamen in eius operatione inuenitur multi iuuamenti: eo quia caliditas existens in eo facit profundare stypticitatem in profundo corporis absq; amaritudine, vel mordicatione. Et ob hoc eius operationes sunt ad remouendum ea, quæ retenta sunt in profundo corporis ægritudinum putridarum, & eradicant ea omnino absq; impedimento. Et est in fine tutum à nocumentis: eo quia natura calidarum medicinarum et siccarum, quamuis habeant naturam remouendi, attrahunt tamen ad locum altos humores. Et propter hoc, hæc res confert omnibus maculis, & vestigijs carnis. & caliditas, quæ est in ipso, est latrix virtutis stypticæ.

Scoadi, i. Cyperi. Id quod operatur ex hac herba, est eius radix. et ponimus ipsum in caliditate et siccitate in secundo gradu: eo quia in suo sapore non inuenit acuitas, nisi modicum stypticitatis. Et eius operationes secundæ sunt, quia conferunt mirabiliter vulneribus difficilis cõsolidationis causa multarum humiditatum: et etiam conferunt vlceribus oris. et frangunt lapides, et prouocant vrinam, et menstrua.

Alchanna. Quæ operãtur ex ista, sunt folia, et rami. et virtus eius compolita est ex substantia frigida et calida. et propter hoc deſiccat absq; mordicatione. Et cõferi vlceribus, quæ veniunt in ore ex genere alcolæ, et valet

valet etiam alcolæ. & decoctio illius valet adustioni, & etiam apostematibus ardentibus.

Hyoscyamꝰ * 2. l. multæ humiditatis.

Elsoc, i. Iusquiamus, manifestum est quòd est * maximæ frigiditatis.

Magdeene, i. Catapucia. Ipsius grana purgãt choleram, quãdo deglutiuntur à decem vsq; ad quindecim. & qui habent ventrem fortem, masticent ista grana: & qui habent debilem, deglutiant integra.

Acetosa. Virtus ipsius est compositate o quia semen eius habet stypticitatẽ cũ acetositate. & propter hoc valet cõtra fluxum ventris cum vlceratione intestinorũ.

Alzuraq est in quarto gradu caliditatis. Odor eius, et sapor, & virtus assimilantur odori nasturtij, & suo sapori: excepto quia est maioris deiccationis nasturtio.

Alcheiri, i. Viola de Romania. sunt enim in secũdo gradu caliditatis. & hoc significatur ex amaritudine sui saporis. Et extrahunt secundinam, & faciunt abortum. & semen eius est fortius flore. & aperiunt oppilationes cerebri, quando odorantur. et propter hoc, quando suspenduntur ad colla epilepticorum, liberantur.

Halausam, i. Lycium. Hoc est compositum ex substantia grossa et resolutiua, & pertinet siccitati. Et est ex medicinis appropriatis oculis, & aurib⁹. & habet multas operationes secundum modum medicinarum, quę sunt illius complexionis.

Lausemacantum. Hoc est manifestum nobis. Eius proprietas est sanguinem stringere, undecũq; exeat. & est complexionis frigidæ, & siccæ. & oritur in ripis fluminum valde currentium.

Thus calidum est in secundo gradu, & siccum in primo: quia habet amaritudinem cum stypticitate. & facit nasci carnem in corporibus humidis: & habet aliquantulam virtutem maturatiuam. Sed cortex ipsius habet manifestiorem stypticitatem: ita quòd ponitur in quarto gradu in medicinis exiccatiuis. nec habet superfluum calorem, vel acumen. ideo ponitur in medicinis quæ valent contra fluxum, & sanguinis sputum, & vlcerationem intestinorum.

Macer.

Besbese, i. Macis. Dicitur quod sit cortex cuiusdam fructus, qui apportatur de India. Compositus est ex diuersis substantijs. magis dominans est substantia terrestris, & minus est substantia subtilis calida. & est multę stypticitatis cum aromaticitate. Sua prima virtus est ficca in primo gradu: sed caliditas vel frigiditas non sunt manifesta in eo. Sua secunda virtus est confortare & retinere. & valet contra passionẽ cordis, & cõtra fluxũ ventris. Et bene testificabit per Gal. ꝙ valet propter suam stypticitatẽ contra vlcerationem intestinorum.

Scedes, i. Polium. Virtus eius similatur virtuti spicæ.

Albeczi virtutem habet dissoluendi, & maturandi.

Lephaa, i. Mandragora, frigida est in tertio gradu, & etiam est habens aliquãtulam caliditatem. & poma ipsius habẽt humiditatem, & propter hoc prouocant somnum. & cortices suarum radicum sunt siccæ: sed eius radix debilior existit.

Halcasmeg, ideſt Fœniculum, calidum est in tertio gradu, & siccum in secundo. Et propter hoc prouocat lac, & vrinam, & menstrua, & confert defensui aquæ ad oculum. Et sunt duarum specierum, domesticum, et syluestre. & domesticum est humidius syluestri. & quia habet aliquam horribilitatem, habet proprietatem confortandi membra vrinæ.

Mastiche ſeminini generis

Mastix calidus est in secundo gradu, & siccus in tertio. et habet stypticitatem, et dissolutionem. et manifestatio sui iuuamenti specialiter est in stomacho, et generaliter in alijs membris.

Scaunix i. Nigella, calida est et sicca in tertio gradu. et significat hoc, ga est in vltimitate amaritudinis cum subtilitate. et ligata in pãno lineo valet odorata ad reuma frigidum. et occidit vermes, et dissoluit iflationem, et eradicat verrucas, et producit cum posse menstrua, et facit erigere membrum.

Alchelilamelec, i. Mellilotum, vel corona regia, habet virtutem dissoluendi, digerendi, et repercutiendi. ideo debet poni calida et ficca in primo gradu.

Alces, i. Mel, calidum est et siccum in secundo gradu, et est multæ absterssionis. et est cibus medicinalis, et proprie in senibus: quia cibus est in ipso multum iuuatiuus, quia in eis cõuertitur in sanguinem bonum. Sed mel cãnę, quod etiã est mel, est minoris caloris albi mẽle, et minoris absterssionis, nec habet illam mordicationem, quam habet mel. ideirco est maioris iuuamenti alio melle membris, quæ nocentur à nimia absterssione, sicut stomachus, pulmo, et vesica. Et istæ duæ medicinæ factæ sunt à Medicis materiæ electuariorum et syruporum: eo quia natura amplectitur eas, et in eis delectatur. et quando lauatur, est eius operatio propinqua operationi mellis cannæ.

Mel cannæ

Cascasi, i. Papauer, frigidum est et humidum. Album est frigidum in tertio gradu, et nigrum i quarto. Albũ valet contra tussim, quæ fit à materijs calidis, et defendit pulmonẽ ab vlcerationibus ipsarũ, et facit suauiter dormire. et nigrũ est malũ, quia facit somnum stupidũ.

Heltrog, i. Pomum citrinũ. Cortex ipsius habet maximum iuuamentum stomacho, et hepati. et est temperatus, aut calidus in primo gradu, & siccus in secundo. sed acumen, quod habet, non significat multum calorem, quia paucus calor, quãdo est cum stypticitate, inducit acumen, & mordicationem. Et dicit Gale. qñ dominatur siccitas terrea, adipiscitur acumen. Sed semen est calidum cum forti siccitate, et est supremũ bezoaricę venenis, quę occidunt à tota specie. Sed pulpa ipsius est frigida et humida, et generat grossos humores.

Alcarfar, i. Tamariscus compositus est ex substantijs compositis: quia habet stypticitatem cum dissolutione, propter quam multum valet splen. Et ideo dicitur quòd qui bibit cum vase facto ex eo, non inferrit passionem splenis. Et suus fructus habet stypticitatem fortem propinquam stypticitati gallæ.

Hes, i. Myrtilla multum super ipsa dominatur substantia terrestris & frigida. et significat super hoc stypticitas, quam habet, & constrictio quam facit.

Halmu. Quod operatur ex ista est radix. & est calida in tertio, & ficca in secundo. vrinam prouocat, & mẽstrua. & habet superfluam humiditatem. & qui de ea comederit multum, dolorem capitis procreat.

Harlarmel, i. * Cicuta, calida est & sicca i tertio gradu. incidit humores grossos, & prouocat vrinã, & mẽstrua, & valet dolori spatularum, & purgat phlegma.

Hoc postus et Rasis & Serap. o cõmuniter dicit et cicutã.

Sobol, i. Spica. & sunt ex ea multæ species. & melior ea est ea, quæ venit ex India. Calı. est in primo gradu, & ficca in secundo. & hoc est ex eo, quia est compolita ex substantia terrestri, & frigida multum, & aliquantula ignea, & aliquantula terrestri adusta. Et quia est compolita ex his virtutibus cum aromaticitate sua est ex melioribus rebus hepati, & stomacho, vel superpolita, vel bibita: propterea quia confortat membrum, & deſiccat materiam, quæ ibi fluit.

Halcal, i. Acetum. Quod videtur ex eo, est vt dominans super ipsum, sit substantia frigida propter acetositatem, quæ est in eo: quamuis habeat partem vnam igneam, quæ indicatur propter ipsius acumen. & iam dictum est ꝙ acumen prouenit propter tortè siccitatem cum modico calore. & multa ipsius morsio non significat

ficat ſuper multam caliditatẽ quia hoc prouenit à ſubtilitate. & etiam acetoſitas, in eo quòd eſt acetoſitas, incidit: & maxime quando aſſociatur calori. Et ideo debemus ipſum ponere frigidum in ſecundo, et ſiccum in tertio, & maxime vetuſtum.

Berberis. Fructus eius ſtypticę virtutis eſt, et incidit, & ſubtiliat, & ſtringit oẽm fluxũ oium ægritudinum.

Lucerphis. Lac arborũ eſtiſti, i. Aſa fœtida, calidius eſt omni alio lacte arborum, & ſubtilius. & propter hoc diſſoluit plus cæteris. Et eius proprietas eſt, quòd confert vuæ, quando ſuſpenditur collo.

Lemon. Halcarſena, i. Orobus, ſiccus eſt in ſecundo gradu, & calidus in primo. Et eſt medicina incidiua: & aperit oppilationes. et ſi nimis comederetur ex eo faceret mingere ſanguinem. & generat in corpore carnem duram, & membra dura.

Ihiſſis, i. Opopanax, eſt calidum in tertio gradu, & ſiccum in ſecundo. & habet attrahere phlegma ex iuncturis. & quaſi hęc proprietas continet omnia gummi, quę purgant. Doſis eſt. 3. i.

Piper. Radix eius aſſimilatur coſto. & arbor eius in principio ſui ortus nominatur dartuſel. et hoc eſt piper longum, & eſt humidius alio pipere. Et aliud piper, qñ non eſt maturum, eſt album: & quando eſt maturum, eſt nigrum. Et ambæ ſpecies ſunt calidæ & ſiccæ in tertio gradu. et quidam dicunt in quarto.

Besbeg, i. Polypodium, eſt quaſi temperatum in primis qualitatibus, et ſignat hoc, ga ſuper ipſum dñatur dulcedo cũ ſtypticitate, et deſiccat ſine mordicatione. Eius proprietas eſt purgare melancholiam, et eſt ſecura medicina. et eſt melior epithymo, quia non habet qualitatem exeuntem ab æqualitate. Doſis ſua eſt. 3. x.

Praſſium calidum eſt in ſecundo gradu verſus finẽ, et ſiccum in tertio, prope mediũ, aut in fine. Aperit oppilationes ſplenis, et hepatis, et mundificat pectus, et pulmonem, & prouocat menſtrua, & vrinam. & facit oia, quæ facit medicinæ amaræ. Et ſuccus ipſius mixtus cum melle multũ valet paſſionibus oculoꝝ. & poſitum in naribus valet ictericis. & valet cõtra antiquum dolorem auris quia mundificat vias neruorũ aurium.

Succus, qui munitur in alueis apum, calidus eſt in fine ſecundi gradus, vel in principio tertij. Sua ſecunda virtus eſt mirabilis attractiuo.

Halacarta, i. Pyrethrum. Ex eo vtimur ſolum radice. Et habet vnam virtutem vſituam. & ideo eſt calidus in quarto gradu & ideo mitigat dolorem dentium. & valet, vt dicitur contra epilepſiam, & ſimiles ægritudines et, & rigoribus interpolatarum febrium.

Alta gel, i. Rhaphanus, calidus eſt in tertio gradu, & ſiccus in ſecundo. & ſemen fortius eſt. & valet cõtra ſerpiginem, & ſimiles. & aufert citrinitatem quibuslibet membris corporis. Et ſylueſtris eſt fortior domeſtico. & eius ſuccus deglutitus fubrilat viſcoſitatem, quæ eſt in fiſtulis pulmonis, & clarificat vocem.

a. l. Raued. Raued, i. Rheubarbarum, cõpoſitum eſt ex diuerſis ſubſtantiis ex ſubſtantia terreſtri, & frigida, quæ ſignificatur per ſtypticitatem: & ex ſubſtantia ignea, quæ ſignificatur per coctionem: & ex ſubſtantia aerea, quæ datur per raritatem, & ſpongioſitatẽ. & eſt vna ex manducatiuis rebus in iuuamento hepatis ad aperiendas oppilationes, et confortandum ipſum. et ſimiliter prodeſt ſtomacho. Et Gale. et alij Medici dicunt quòd conſtringit ventrem. et nos videmus quod purgat. Et eſt mirabile ex alijs medicinis purgatiuis, quia frenum ſuum eſt cum eo, quoniam nulla medicinarum purgatiuarum eſt nec vnemo aliquo in aliqua parte fuit, illa exceptatio, quia cõfortat omnia membra corporis. ideo poſſumus dando ipſum pro purgatiuo, refrenare alias per ipſum medicinas.

Alcarſas, i. Apium montanum, calidũ eſt et ſiccum in tertio gradu: eo q̃ ſapor eius eſt amarus, et acutus. Et prouocat vrinam, et ſanguinem menſtruum, et diſſoluit tumores. Et hortulanum debilius eſt eo.

Andraton, i. Herbatura, i lingua Hiſpana Andration. Quod ex hac operatur, eſt eius radix. et eſt calida in tertio gradu prope finem, et deſiccat in ipſo. Et cõfert ægritudinibus neruorũ, et paſſionibus pectoris, et pulmonis, quando fiunt ex humoribus groſſis. et quando ſuffumigantur homines ea, reprimuntur humores deſcendẽtes à cerebro, et aperit eius oppilationes. et quando ponitur ſuper dentem dolentem, et corroſum, ſanat illum. et ſuccus eius in omnibus prædictis fortior exiſtit. et adhuc lac ipſius fortius exiſtit.

Halſedeb, i. Ruta ſylueſtris, calida eſt et ficca in quarto gradu. ſed hortulana eſt in tertio: propterea q̃ ſapor ſuus eſt acutiſſimus, et amarus. et eſt iuuãtior in ſolienſdo tumorẽ, et carminãdo ventoſitatẽ. et priuat coitum.

Ceſet, i. Pix, eſt calida et ſicca i tertio gradu. plus deſiccat q̃ calefaciat. ſed ligda, et recens plus calefacit q̃ deſiccet. Valet cõtra aſthma, et empyema. Doſis ei⁹ eſt quantitas vnius. 3. et. 5. cum melle. et valet contra albedinẽ vnguium, et morpheã. & maturat apoſtemata dura. & fortior in maturãdo eſt, cũ eſt recens, & humida.

Alpelep, i. Caſtanea, frigida eſt & humida in primo gradu. Folia ſua piſtata, & poſita ſup apoſtemata, quę naſcuntur in genibus, curat. Et cortex ipſius arboris, et ipſæ caſtaneæ habent virtutẽ deſiccandi. & ideo, quando ſunt cocta in aceto, valent cõtra dolorem dentium. Et fructus combuſtus ſuperpoſitus valet tyriæ. Et eſt neceſſe, vt cuſtodiatur quilibet à puluere, qui adhæret folijs illius arboris, quoniam multum nocet canę pulmonis, & viſui, & auditui.

Virga paſtoris eſt in ſecundo gradu medicinarũ infrigidantium: quia compoſita eſt ex ſubſtantia terreſtri frigida, & aquea. Valet contra incenſionẽ ſtomachi, & repercutit materias aduſtas. & idcirco itercipit fluxum menſtruorum, & cuat oppilationem inteſtinorum, & intercipit fluxum ſanguinis à quacunq; parte veniat.

Roſa cõpoſita eſt ex ſubſtantia terreſtri frigida, ſubtili & aerea calida, & aquea. & ſignificat hoc ſapor, vel odor, & aquoſitas. Et ſemen ipſius ſtypticius eſt ea. Et eſt frigida & ſicca in primo gradu. & cõfortat ſtomachum, & hepar, & alia membra.

Sutnach eſt forte in ſtypticitate & ſiccitate. frigidum in ſecundo, ſiccum in tertio gradu. operationes ſuæ ſunt manifeſtæ.

Sagapenũ. * Serapinum, & in Arabico cebeoneg. & interpretat expellens ventoſitatem. Illud gummi calefacit, & ſubtiliat, ſm q̃ facit̃ alia gummi. et eſt abſterſiuum. et eſt ex melioribus medicinis, quæ poſſint eſſe ad aquã deſcendentẽ ad oculos, et ad fuſcedinem viſus, quæ fit ab humoribus groſſis. Et eſt ex medicinis purgatiuis, quę trahunt phlegma à neruis et iuncturis, ſicut bdellium opopanacum, et anazarat. quia hoc eſt proprium in gummi. et bdellũ eſt in hac re, quaſi in primo gradu purgationis. et poſt ipſum eſt aſphaltũ, et opopanacũ, et poſt ipſum anzarat. Et doſis aſphalti eſt à. 3. 5. vſq; ad vnã.

a. l. Aſphaltum,

Et anzarat deſiccat ſine mordicatione. ideo conſolidat vulnera facta propter percuſſionem.

Satyriũ, i. Teſticuli canis. et i Arabico Haldaalzahalep. Calidũ eſt cũ multa humiditate. et ꝓpterea mouet cotũ. et noia ſapientũ Emiſalic, et Euoſalic iuraueruẽt in eorũ aiabus, q̃ curat ſpaſmum poſtremæ partis, quando bibitur eius ſuccus cum vino nigro ſtyptico.

Alcarſas,

Alcarſas, i. Apium, eſt tantæ caliditatis, q̃ puocat menſtrua, & vrinam, & diſſoluit ventoſitatem, & inflationẽ, & proprie ſemen eius. Huiuſmodi eſt multarũ ſpẽrum. & fortior oium eſt, quę nominat Becarcalion.

Seris. Intubus. Et Endiuia quædam eſt ſylueſtris, & quædã domeſtica. Sylueſtris eſt frigida & ſicca in primo gradu: domeſtica eſt frigidior & humidior. & ſignificat hoc eius ſtypticitas cum amaritudine. & ſtypticitas maior eſt amaritudine, luuæmen ipſius maximũ eſt: quia cõfert hepati à tota ſubſtantia. quia dictum eſt q̃ ſanat hepar calidũ & frigidum æqualiter. Sed mihi videtur q̃ plus operatur calido q̃ frigido, quia amaritudo, quæ eſt in ea, abſtergit, & aperit ſine multa calefactione.

Halanchat, i. Cæpa Scilla, calida eſt in ſecundo gradu. & virtutem habet incidiuam. ſed non minus calefacit. & non vtimur ea niſi aſſata, & cocta.

Halſcta, i. Abrotonũ, eſt herba multę amaritudinis. & nocet ſtomacho, & interficit vermes ſua amaritudie. & calefacit in fine ſecundi gradus, & deſiccat in tertio.

Seſeli. Aſcicelios, i. Seſeleos. Hęc herba, & ipſius ſemen habet proprietatem calefaciendi tantum, donec prouocat vrinã valida, puocatione. & cũ hoc ſubtiliat. & pp hoc cõfert epilepticis, et cuidãggritudini noiatę *orthomię.

* ortho. pnœæ. * a.l. Seſamum Scenſcani, i. * Seſiminum calefacit in fine primi gradus, & in principio ſecũdi, & humectat in tertio. Eius oleum eiuſdem proprietatis exiſtit.

Halgazar, i. Paſtinaca. Ipſius ſunt duæ ſpecies, ſ. domeſtica, & ſylueſtris. Sylueſtris fortior exiſtit in prouocando menſtrua, et vrinam. Et folia harum ipſarum piſtata, et ſuperpoſita vulneribus corroſiuis, ſanant ipſa.

Harcaf, i. Carduus, alchi, eſt calidum in ſecundo, & ſiccum in tertio. Mũdificat putredinem per vrinam, ſi in corpore adſit, quando coquitur in vino, & datur ad bibẽdum. Et remouet fœtorem ſubaſcellarum, & quod diſſoluitur ex toto corpore. Et generaliter habet reſiſtere à tota ſubſtantia quaſi putrefactioni: & eſt medicina cibalis, quæ dat ſaporem carnibus. & iccirco vtuntur eo nobiles loco melongiarum.

Allium calidum eſt, & ſiccum in tertio gradu.

Elmaar calidum eſt & ſiccũ in tertio gradu. occidit lumbricos in pueris, & habet abſterſionem. Et propterea ponitur in collyrijs, quę habẽt remouere vngulam. & miſcetur cum medicinis, quę dantur contra antiquã tuſſim, & aſthma, & eſt medicina manifeſta in maturãdo. Et poteſt eſſe quòd bonitas ſuæ maturationis eſt, ideo quia ſubtiliat materiam eo modo, quo non relinquit ſiccitatem, groſſitiem, nec duritiem parti remanenti. Et hæc maturatio eſt laudabilior cæteris omnibus. quia in hac medicina non poteſt dici quòd maturet oppilando poros, eo quia abſtergit. nec poteſt dici q̃ hoc faciat per ſimilitudinem complexionis cum corpore humano: quia calidum eſt & ſiccum in tertio gradu.

Bricas Bucas Sticados compoſitum eſt ex ſtypticitate cum amaritudine, & aromaticitate. & ideo debet poni in primo gradu rerum, quæ calefaciunt, & in ſecũdo earum, quæ deſiccant. Operationes ſuæ ſecundæ, & tertiæ ſunt aperitiuæ, & abſterſiuæ, & confortatiuæ omnium membrorum interiorum, & exteriorum. & ideo vtilior medicina eſt hæc contra laſſitudinem omnibus alijs medicinis. iccirco quia laſſitudo non eſt niſi defectus virtutis propter onus humorum.

Condiſi, i. Elleborus albus, calidus eſt in quarto gradu, & ſiccus in eodem. & commouet ſternutationem. & eſt venenum. quare non debet poni in corpore.

Styrax calamita Storax calamita calida eſt in ſecundo gradu, & ſicca in primo. & ſignum huius eſt, quia mollificat, & curat tuſſim, & valet reumati, & aſperitati gutturis, & pectoris. et prouocat menſtrua, quando bibitur, aut ex ea fit peſſarium.

Ficus. Nos fuimus locuti de eis i eo q̃ ſunt cibus: ſed nunc dicemus in eo q̃ ſunt medicinæ. Virtutem habẽt maturatiuam, quando ſit ex eis emplaſtrũ, & proprie ſiccæ. Et ſiccæ & virides habent laxare ventrem. Et decoctio ipſarum, quando multum coquuntur, aſſimilatur melli. Sed complexio ſuæ arboris eſt calida & ſubtilis, & proprie lac. & ideo dixit q̃ euellit verrucas, & laxat vẽtrẽ. et ſylueſtres ſunt fortiores i hac re domeſticis.

Selec, i. Bleta, habet virtutem baurachiam, & decoctio eam remouet: & eſt abſterſiua, & mollificatiua. Et eius ſuccus ſuppoſitus in naribus diſſoluit ſuperfluitates cerebri. & in albis plus manifeſtat hęc virtutẽ inmundis: quia nigræ habent aliquantulam ſtypticitatem.

Halcuba, i. Fœnũ græcum. & eſt caliqum in ſecundo, & ſiccum in primo. Et propterea habet propriam virtutem mollificandi duritiem vuluæ.

Tithymallus eſt in fine caloris: et proprie eius lac, & poſt illud ſemen, & poſt illud folia, & poſt illud radix. Radix coſta in aceto remouet incontinenti dolorem dentium, & maxime ſi eſt dens corroſus. & quando cadit in aliqua parte oris, comburit illam. & propterea neceſſe eſt, quãdo volumus ipſam ponere ſuper dentes, vt alij dentes circũtegantur, quia facit cadere dẽtem corruptum. Lac incidit pilos, quando ſuperponitur. & ſi multoties ſuperponatur, euellit, & priuat. Valet etiam cõtra omnes verrucas, & omnes fiſtulas. & hoc totum faciunt ſemina, & folia, ſed debilius.

Tragacantha. Cathira, i. Dragagantum, virtutem habet congluti natiuam. frangit acumen rerum acutarum: neq; deſiccat, vt alia gummi.

Alchace, i. Lactuca. Hæc herba ſubſtãtiæ eſt humidæ cum modica frigiditate. & ſubſtantiæ ſiccæ. eſt ſylueſtris, ſed domeſtica habet ſubſtantiam aquoſam. Et propter hoc maturat apoſtemata calida, ſed non frãgit lapides exiſtentes in renibus. Et ob hoc ponimus ipſam in primo gradu frigiditatis, & temperatam inter humiditatem & ſiccitatem.

Hupuephatahalep, ideſt Vua vulpis, quæ in Latino nominatur Vua canina, vel Maruella, frigida eſt & ficca in ſecundo gradu.

Haltuelep, ideſt Mulſa in lingua Hiſpana, & eſt viriditas inuenta ſuper aquam, frigida & humida eſt in gradu tertio.

Halduchal, i. Dactylariũ. Omnes partes ipſius dactylari ſtypticitatem habent manifeſtam. ſed fructus eius, cùm eſt maturus, aliquam habet caliditatem. cortices vero arboris maiorem habent ſtypticitatem alijs partibus ipſius.

* a.l. melliſſi con. Heuſericon, i. Hypericon * neliſricon. & quidam appellant hanc herbam cordialem, eo quia aſſimilatur cordi. Calida eſt cum ſubtili ſubſtantia. ideo prouocat vrinam: ſed debemus vti ſolijs, & nõ ſemine. facto emplaſtro ſuper combuſtionem ignis, ſanat. Siccata vero & puluerizata poſita ſuper ſordicię ſanat. Et quidam dant ipſam contra * ſchiaticam.

* ſciadam.

Halcuſa, i. Hyſſopũ, calida eſt & ſicca in tertio gradu, cùm ſubtili ſubſa. & eſt ex rebus magis tenuibus ad aperiendas oppilationes, & ad ſubtiliandu humores.

Lens habet frigiditatem non fortem, & eſt temperata inter caliditatem & frigiditatem, & eſt ficca in ſecundo gradu. Decoctio ipſius laxat, & medulla ipſius ſtringit. & idcirco qui vult ſtringere ventrem, debet coquere lẽtes pluries in aqua: & poſtea ea, poſtmodum ponere aliam, & ſtringunt.

Valeriana, vel Phu, quæ bene aromatica eſt, q̃ualis eſt

est virtuti spicæ. sed melius valet ea in rebus pluribus, quia plus provocat vrinam spica.

Halcherina, idest Galbanum, calidum in principio tertij gradus est, siccum in principio secundi. Habet virtutem dissolutiuam, & mollificatiuam.

Chamædrys calida est & sicca in secundo gradu. & significat hoc amaritudo cũ acumine. & provocat mẽstrua, & icidit humores grossos, et exoppilat mẽbra interiora.

Bescarcoton, idest psyllium, frigidum est in secũdo gradu, & medium inter siccum & humidum.

Chamæpithys calida est in secundo, & sicca in tertio. dominans in sapore ipsius est amaritudo cum acumine. Valet ictericiæ, quæ fit ex oppilatione, & provocat menstrua, & vrinam.

Cinis rerum combustarum est compositus ex contrarijs vbijs, hoc est ex partibus terrestrib⁹, & partibus aquosis naturæ fluxusq; lotiõe remouent, & remanet pars terrestris deficcatiua sine mordicatione. Et cineres diuersificant ſm diuersitatem rerum, ex quibus fiunt.

Fumus omnis est calidus, deficcatiuus. Et quamuis fumus habeat hanc complexionem, tamen semper permanet in eo virtus rei, ex qua est fumus. Propterea vtimur in medicatione palpebrarum inuersarum fumo thuris ad generandum bonam carnem, & ad faciẽdum nasci pilos palpebrarũ. & vtimur in medicatione oculorum apostematorum propter decursum humorum. Et fumus myrrhæ est similis fumo thuris, sed fumus thuris est aliquantulum fortior. Fumus terebinthinæ est * fortior fumo picis.

* a. l. Gallis

De medicinis, quæ ex Mineris sunt. Cap. XLIII.

HEuisq; locuti sumus de vna parte medicinarũ terræ nascentium, quæ magis vsitatæ sunt in arte medicinæ, secundum quòd testificatum est à Gal. & alijs. & compendiosè locuti sumus, ideo quia posuimus ea, quasi exempla alijs, quæ assimilantur eis in qualitatibus supradictis, excepto in proprietatibus. Deinceps volumus loqui de medicinis, quæ appropriantur mineris.

Thitinacrum, i. Terra sigillata, est frigida & sicca, cũ stypticitate tpata. Valet contra venenũ, abscindit sputũ sanguinis. & dysenteriam, quæ puenit ab intestinis, & hepate, & deficcat parua apata, qñ superponit eis.

Thitarmin, i. Bolus armenus, frigidus est & siccus, fortis stypticitatis. Valet cõtra fluxum ventris, & sputum sanguinis. deficcat apostemata pulmonis, ita q̃ indurat apostemata, & sic præseruat infirmum ne moriatur: & maxime, qñ incedit ad habitandum regiones calidas. & valet contra ægritudines pestilentiales.

Scedeneg, idest lapis Hæmathites, & dicit lapis sanguinis, frigidæ & siccæ complexionis existit. & confert grossitudini palpebrarum. quãdo est ablutus, deficcat vlcerationes oculorum.

Terra stellę, i. Taleh, frigida est & sicca tẽperate, & est minoris siccitatis aliarum thit, i. terrarũ, seu lutorum.

Halmogra, idest Bolus, cum quo tingũtur muri, seu parietes, frigidæ, & siccæ complexionis existit. necat lumbricos seu vermes intestinorum.

Algetin, i. Gypsum, deficcat, & consolidat, & confert incisioni arteriarum, quando miscetur cum albugine oui, & puluere molendini, & cum pilis leporis minutissime incisis, & ponitur super incisionem.

Harsirgalroscar, idest Calx plũbi, & in Latino Cerussa nominat, frigida est & sicca. deficcat vlcera absq; mordicatione.

Almura, i. Calx viua dicitur, & est calx lapidis fortis. Existit multę caletactiõis, & mortificat carnem. Et quando abluitur pluribus vicibus cum aqua, deficcat vlcera sine mordicatione. sed hæc terra hic apud nos non inuenitur. Sed tamen illa, cum qua nos sigillamus chartas nostras, quando abluimus ipsam, non est longinqua ab operationibus dictarum terrarum.

Sanguis draconis frigidus est, & siccus. Valet cõtra grossitiẽ palpebrarũ: & lotus remouet maculam oculi.

Lapis lazuli purgat melancholiam, & valet melancholicis. & est vehementis purgationis, & timorosę. Et dosis à 3. 5. vsq; ad 1. cum multis refrenatiuis. Et pulueriz atus super palpebras facit nasci pilos. quia minuit humores calidos teo quia abstergit, & cum eadem habet stypticitatẽ. & iõ facit oriri pilos, qa remouet humores calidos, & reddit membrũ ad priſtinã cõpsonẽ.

Lapis spongiæ frangit lapidem solum in renibus.

Antimonium frigiditatem habet cum stypticitate, & confert caliditati & humiditati, quę exiſit in oculo, & deficcat lachrymas, & mundificat vlcerationes oculorum, & est habens proprietatem cõfortandi oculum in omnibus suis qualitatibus.

Lithargyrium, & in Arabico dicitur Merdasengi, temperatum est inter caliditatem, & frigiditatem, et deficcat. & est in eo aliqua corrosio, & facit in eo generare carnem in vlceribus humidis. Litharg yrus.

Tutia fit in fornace, in qua depurat æs. Deficcat sine mordicatione: & maxime, qñ abluit. et deficcat lachrymas, & abscindit materias, quæ discurrunt ad oculos.

Chimia auri, & argenti, ambæ sunt frigidæ & siccæ. sed auri siccior est, & magis abstersiua. Et qñ comburtur, & extinguitur, est sine mordicatione. & gñat carnẽ inaculatã oculorũ. & illa gñaliter est laudabilis, q̃ accẽdit ex fumo, quando dissoluitur aurum, vel argentum.

Vessaf, idest Ferrum, est vehemẽtis siccitatis. Quando multum teritur, & inunditur in aceto pluries, vel in lacte caprino acetoso, valet contra humiditatem stomachi, & contra dolorem splenis, & passionem ani, & facit nasci carnem in auribus vlceratis.

Sal secundum omnem speciem calidus & siccus. stypticitatem habet cum absterſiõe. et baurach maiorẽ habet absterſionem: propterea plus laxat ventrem.

Carnid, idest Arsenicum, uel auripigmẽtum, vsitatũ est. & quando comburitur, est subtilius. & ex eo fit compositio, quæ remouet pilos.

Albufat, idest Sulphur, habet virtutem attractiuam cum complexione calida, & substantia subtili. & eo resistit venenis animalium, quãdo puluerizatur, & spargitur loco morsu, aut incorporatur cum sputo, oleo, melle, aut viſco. & curat scabiem.

Aleeg, i. Vitriolum. Omnes tres suæ species habent virtutem constrictiuam cum stypticitate, & diuersificãtur in subtilitate & grossitie: quia grossius est rubeũ, post illud cholcotar, & post illud viride. & rubeum, & viride est quasi materia cholcotar: & talis est cõparatio cholcotar ad viride. Et dicit Gal. q̃ quando iuit ad insulam Candiæ, i. Romanorum, intrauit quandam minerам, & inuenit tres venas. in infima vena inuenit vitriolum rubeum, & post illam cholcotar, & post illam erat viride. & hæc ordinatio locorũ signat sup hoc, q̃d diximus. Et rubeum est minoris mordicationis viridi propter grossitiẽ suæ substãtiæ. Et rubeum, & viride nõ dissoluunt: quia rubeũ est induratum iduratione lapidea, & viride est nimis coctum. Sed cholcotar liquefit.

Plumbũ. Quod dominatur i suis partibus, est substantia frigida et humida: propterea quia frigiditas est, quæ ipsum congelauit. & ideo, quãdo pistatur in mortario cum aliquibus liquoribus, vel aliquibus oleis, vt oleo rosato, refrigerat. Et valet contra apostemata testiculorum,

testiculorum, & ani, & contra cancrum: & facit cessare materias discurrentes ad aures, & pedes. Et quando fit ex eo lamina, & ponitur super femur, priuat coitũ. sed multum læduntur instrumenta spermatis. & laminatũ subtiliter, & superpositum neruo torto, & grosso dissoluit, et rectificat. Et hoc, quod dissoluit, significat q̃ habet virtutem dissolutiuã, cõparando ipsum carni hoist quãuis dominet super ipsius cõplexionem frigiditas.

Testa virtutem habet absterſiuam, et deſiccatiuam, et proprie testa surni.

Arsenicum rubeum, vel Auripigmentum rubeum est eiusdem virtutis alterius auripigmenti: eo quòd habet virtutem mollificandi.

Alseep, i. Alumen. Hæc medicina est maxime stypticitatis. et ppter hoc denoiata est in lingua Græca ab hoc. Et sunt ipsius multæ species. et omnes sunt multæ grossitudinis. et quod subtilius est, est illud de Turchia.

Chalcosecaumenos, i. Æs vstũ, habet intẽsum acumen cum stypticitate. ideo quia lauatur per remotionẽ partis fumosæ, tunc fiũt medicinæ cicatriçatiuæ. in corporibus et membris duris non est necessaria lotio.

Tubel, i. Lamina æris subtilis, est subtilioris substãtiæ ære vsto. et ppter hoc ipsum in collyrijs ponimus: quia habet maiorem absterſionẽ et siccitatem, q̃ galla.

Chrysocolla. Laçacalaap, i. Cõsolidatura auri, et in Arabico dicitur Cũbar, et sunt duarum specierum. Vna est ipsius venæ, vel mineræ: et alia fit in mortario æris, et pistello æris cum vrina pueri, tempore caloris, terendo, vel conquassando. et illud est melius, quod fit in mortario çris rubei. Et eius virtus est dissolutiua absq; graui mordicatione, et deficcat. et quod factum est, maioris est desiccationis illo, quod est ex vena, et minoris mordicationis. et qñ comburit quod est ex minera, est subtilius.

Zimar, i. Viride æris magnũ habet acumẽ, et corrodit carnẽ: ppea nõ debemus vti eo nisi in indigentia diminutionis carnis. Sed in vulneribus simplicibus non est vtendum, eo qa non cõsolidat, nec carnem generat.

Hucusq; diximus de mineris cõpendiosè. Sed deinceps volumus dicere de carne, & eius humiditate.

De Lacte, & variis eius operationibus, secundum diuersas eius partes. Cap. XLIIII.

LAc dulce, quod est boni saporis, inquantum est medicina, valet cõtra discursum humorum acutorum mordentium. quia lauando membra, & adhærendo eis, prohibet malorum humorum contagium, sicut facit etiam albumen oui. Et nõ valet lac in his, quæ diximus, nisi recenter trahatur ex mammillis, si esse potest: ideo quia recipit citius imutationem omnibus alijs rebus ab aere. Similiter gmutatur in distemperatis corporibus ex malis humoribus, & acescit, vel caseat in stomacho frigido, aut fit fumosum in stomacho calido, et replet cerebrum. Sed si corpus est mundũ, nihil est conuenientius eo ad restaurandum, quod dissolutum est ex membris radicalibus: & proprie lac mulierum, secundo lac asinarum, & post lac caprarum. Et ideo est lac magis inuatiuum omnibus alijs reb⁹, hecticis. & hoc est, propterea quia est materia similis primæ materiæ, ex qua est humiditas radicalis. & ideo nutrimentum bonũ corpori existit. Et melius est illud, quod est prope partum, i. post duos menses. Et non habet in se operationem nutriendi, humectandi, et absterg endi: nisi quia est compositum ex diuersis substãtijs, hoc est substantia terrestri caseata, & propter hanc stat: & substantia aerea, propter quam humectat, & nutrit: & substantia aquea declinante aliquãtulum ad subtilitatem, propter quam abstergit naturam. & non solum abstergit, verum etiam laxat ventrem bona laxatione: quia mundificat lauando superfluitates putridas, & apostemata interiora, quæ sunt sanioſa. Et quando extinguitur ferrum candens mundum ab ærugine, vel lapides marmorei in ipsum multoties, valet cõtra fluxum ventris. sed ferrum est melius propter suam stypticitatem. Et in summa omnes species lactis valent ophthalmię oculorum, quæ accidit ex reumate calido. & cõfert etiã apostematibus matricis, & ani, quæ generantur ab humoribus calidis mordentibus. Et quãdo miscemus ipsum cum medicinis mitigatiuis, sicut est medicina, quę recepta est à fornace, vbi effunditur æs, confert vlceribus cancrosis. Et nocet lac vlcerationi, vel canceratio-ni oris. Et gargarizatum, & retentum in ore confert, & mitigat dolores ibi existentes, quia dolorem mitigat. & valet passioni amygdalarũ, & vuulæ: gaviis substantia est munda ab omni acumine, & mordicatione. & est supremum iuuamentum ei, qui bibit cãthariden.

De operationibus Cæsi. Cap. XLV.

CAseus vetus est calidus & siccus, propter salem & coagulum. Et multum valet contra dolorem iunctur arum. Et emplastrum ex eo factum mirabilem habet virtutem maturandi apostemata dura.

De virtutibus Butyri. Cap. XLVI.

BVtyrũ habet virtutẽ maturãdi. Et quod est coctũ habet maiorẽ virtutẽ ſm maturitatẽ, et caliditatẽ in corporibus duris. & hoc est, ppter salẽ, qui ponitur in eo, qñ coquit. Et quod nõ est coctum, plus maturat apata, quæ sunt in radicibus aurium, & in locis mollibus. Et qñ miscetur cum melle, fit inde lohoch & confert screatibus exitibus in pectore, & pulmone.

De operationibus Coaguli. Cap. XLVII.

COagulum vsr est calidũ & siccũ, & subtile. Dissoluit sanguinẽ, & pinguedinẽ, quæ coagulata sunt in stomacho. & bibitum constipat ventrẽ. & debet dari fluxui propter suam proprietatẽ, cui sunt occultæ suæ causæ, ideo quia hæc proprietas est certificata. si superponatur coagulum calidum super vẽtrem puerorum, sanat. & potest esse q̃ hæc operatio fit, propterea quia coagulat humores, & indurat.

De operationibus Ouorum. Cap. XLVIII.

QVia locuti sumus de his, inquãtum sunt cibi, loqui volumus modo de eis, inquantum sunt medicinę. Et dicimus q̃ albugo oui gallinę est magis mitigans alia re in mordicationibus. Et ideo vtimur ea in doloribus oculorũ, in apostematibus ani, in apatibus inguinum. & admiscet cũ medicinis, quæ abscindũt sanguinẽ, q̃ supfluit à pãniculis cerebri. Et vitellũ est substantiæ albuginis simile. Et ideo facimus ex toto ouo medicinã, postq̃ admiscet oleum rosatũ ad medicationẽ rerum supradictarũ, & maxime in medicatione membrorũ neruosorũ, & musculorũ, sicut cubitorũ, & iuncturarum, digitorũ manuũ, & pedũ, & apatum auriũ. Et Noui ponũt in hac medicatione vitellũ sine albugine: qa non intendunt mitigare dolorẽ, nisi cũ aliquantula maturatione. Et oleum vitelli est supremũ iuuamen sup pinguedinẽ anſeris, & gallinę in mitigatione dolorũ neruorũ, & similiũ. Et qñ coquit ouum ſm sui totalitatẽ, cõfert multũ cõtra materias putridas, quæ discurrunt ad stomachum, & ad intestina. Et si coquit ouum cum alijs medicinis cõstrictiuis vẽtris, multum fortificat eas. Et ouũ positum sup locũ combustũ ab aqua feruẽti, multum valet. Et oua recentia cocta in aqua valent asperitati pectõris, & pulmonis. Et cortex ouitritus, & combustus subtiliter puluerizatus, & superspersus valet contra albuginem oculi.

De

De Fellibus. Cap. XLIX.

OMnia fella calida sunt & sicca. et eoꝝ magnitudo sequitur calorẽ, & siccitatẽ. & eoꝝ paucitas sequi bonam tẽperantiam, & longitudinẽ vitę. Et ponunt in collyriis, quæ faciunt absterſionem: & proprie volucrũ fella. Et est necesse eligere fella animalium, quæ non sunt infirma: & fella marium: & quod plus quæritur in medicinis, est fel galli veteris.

De Vrinis. Cap. L.

VRinæ oẽs habent acumen baurachium cũ absterſione. & ideo soluunt sordicies antiquas.

De proprietatibus Stercorum. Cap. LI.

Stercus albũ canis habet proprietatẽ in synãchia.

Stercus muris intrat in suppositoriis, quæ mouẽt ventrẽ puerorũ. Stercus bouinũ contert hydropici in magdaleõ emplastri. Stercus gallinaceũ valet ad suffocationẽ matricis, quæ prouenit à malis fungis comestis: ideo ea facit eos euomi. & debet propinari distemperatũ cũ aceto & aqua. Stercus lupi valet & cõfert passioni coliçę bibitũ, aut emplastratum, vel suspensum testiculis. Stercus colũbinũ valet frigidis passionibꝰ mẽbrorũ: sicut podagrę, et dolori hemicranio, & dolori oui, & dolori lateris, et hypochõdrioꝝ, & spatularũ, et tũcturarũ.

De carne Tyri. Cap. LII.

TEstificatur Gal. & alĩ, q caro tyri curat lepram: & ideo ponit in theriaca. Et prima virtus istius carnis est calefacere, & deficcare. & curat hanc ægritudinem, propterea quia pellit hanc materiam venenosam ad cutem corporis. & propterea bibentes cadunt in passionem tyriæ, hoc est excoriationem cutis primo, postea solidantur.

De Pinguedine. Cap. LIII.

QVod manifestius est in ipsa est calor cũ multa humiditate: quis diuersificet sm diuersitatẽ aialium. Et calidior & siccior est pinguedo leonis. Et post illam in siccitate est pinguedo bouis. Et pinguedo vituli est tpata. Et piguedo caprę bona est, & est humidior bouina. Et pinguedo anseris, & gallinæ est subtilior alĩs pinguedinibꝰ: et ppea magis mitigatiua.

De Medullis. Cap. LIIII.

OMnes habent virtutem molliticandi, & dissoluendi durum ex lapideam, quæ sit in membris duris. & melior omniꝫ est medulla ossis agal: & post illam medulla vituli.

De proprietatibus plurium aliarum Medicinarum. Cap. LV.

BRodium gallorum veterum ventrem laxat: & brodium iuuenis gallinæ tẽperat cõplexionem. Cancri vti valent morsui rabidi canis propter eorum proprietatem.

Vsus carnium passerum frangit lapidem.

Spuma marina habet virtutem absterſiuam, & mundificatiuam, cum qualitate calida.

Istæ sunt medicinæ testificatæ à Gal. dicente q experti sunt ipsaꝝ virtutes. Sed inueniũt manifestæ aliæ medicinæ apud Medicos, q non sunt testificatæ à Gal. sicut sunt myrobalanoꝝ. v. species: vt sunt citrint, chebuli, indi, belirici, & emblici. Eoꝝ primæ virtutes sunt frigidæ i primo gradu, & siccę i tertio, qa cõpositi sunt ex substantia terrestri frigida, & substantia terrestri adusta. Sed plus attinent terrestreitati & adustioni, q terrestreitati & frigiditati. & signãt hoc stypticitas, quã habent cum amaritudine. Proprietates kebulorꝝ est purgare melancholiam suauiter, & deficcare phlegma sui qualitate: & sunt in principio medicinarum, quæ purgant hos humores. Et talis proprietas est indoꝝ. sed dicitur q sunt magis propri in purgãdo melancholiam adustã. & propterea ponunt in passionibus capitis, q veniunt à stomacho. & ideo qñ propinant vsu longo, bonificant sensus, & clarificant cogitationẽ, & tardant canitiem. Et proprietas citrinoꝝ est purgare choleram suauiter. Et dosis vniuscuiusq substantiæ illoꝝ est à. ʒ. iiij. vsq ad. vi. & in decoctionibus à. vj. vsq ad. x. Et Medici miscent eos cum cassia fistula, et turbith, sed nescunt modũ medendi. sed dicũt q beliricũ iuuat purgãt choleram: sed non dicũt ab aliquo q purgẽt emblici. Sed verum est q confortãt appetitum, & sedãt cõsuetudinem sputi, & valent vomitui, & bonificant mentem, & decorant hæmorrhoidas, & auferunt sitim, & augmentant coitũ. ergo vt q habeant aliquantulam humiditatem:

Cheſir, i. Absinthũ minus, vel absinthiolum. Hoc est de genere virtutis absinthii, & est compositũ ex substantia stypticа, & amara. valet in febribus post digestionem factam, sicut valet absinthium.

Anacardiũ. Baladoꝛ, i. Anacardi, calidi sunt in fine quarti gradus, & sicci in fine tertii. Et valẽt cõtra epilepsiã, & apoplexiã. restaurat virtutẽ cõseruatiuã, et memoratiuã cerebri, etiã qñ prostratæ sunt pp multam humiditatem:

Glans vnguentaria. Behenlum, i. Behen, calidũ est & humidum. stomachum calefacit, et instrumenta spermatis tẽperat, et fortificat virtutem concupiscibilem coitus, et præstat sperma, et valet contra humores melancholicos.

Terrenia bina. Triangibus. Terregebum, i. Mãna, est ex spẽbus antiquæ mãnæ, q ꝓuenit à partibus supioribꝰ Syriæ, vel Indiæ. Et est siccus zuccharo in suis virtutibus, calida et humida i primo gradu. Et eius ꝓprietas est purgare suauiter choleram. et est debilioꝛ alĩs purgatiuis. ideo datur in passionibus calidis, antequam etiam appareant signa digestionis:

Tamarindi frigidi sunt in tertio, et sicci in secundo gradu: qa cõpositi sunt ex substãtia aquea mixta cum aliquantulo calore, et tanto, q subtiliat partẽ aqueami et est sicut instrm, vt ipsam penetrare faciat. propterea sunt in fine acetositatis. Purgant suauiter choleram. Dosis eius est à. ʒ. x. vsq ad. xv. et idcirco quia habent aliquantulum stypticitatis, valent stomacho cholerico.

Geoçhoa, i. Nux muscata, calida est et sicca in secũdo gradu. mũdificat stõm ab humoribus putridis, et fortificat ipm. et valet cõtra frigiditatẽ hepatis, et splenis.

Lapis de Becahant est valde manifesti iuuamẽti ombus speciebus venenoriũ, et proprie morsui scorpionis. Et eius dosis est quarta pars aurei vnius.

Lapis de çaduargar confert omni fluxui sanguinis, vndecũq procedat. et quandocunq propinatur venenatis ad bibẽdum, antequam venenum veniat ad cor, liberat. Et eius dosis est hexagium vnum.

Smaragdus dr q valet cõtra oia venena, et spãliter cõtra venenum serpentũ. Et eius dosis est pondus nouẽ granorum ordei, tritũ super lapidem, et mixtũ cum lacte amygdalino, et aqua violarum, & modico aceto. Et scias q illis, qui biberint in principio, superueniunt multa mala accidentia, non minora accidẽtibus venenis. sed subito sanabuntur postea, taliter q in eis non remanebit aliqua debilitas, nec aliqua dyscrasia. Et absindit fluxum antiquũ, cuius causa est occulta. Et non facit tunc tam fortia accidentia, sicut facit venenatis. et etiam suspensum supra stomachum valet.

Lapis bacthic, i. Corniola, temperatus est. absindit sanguinẽ menstruum, & facit redire dentes ad propria loca in ore retentus. & hoc totum est à proprietate.

Margaritæ frigidæ sunt, & siccæ, & valent multum contra passionem cordis. remouent tristitiam, & rectificant visum impeditum propter humiditatem.

Chiarçabar,

Chiarçabar, i. Cassiæ fistula, vel Charabe de India, purgat cholerã adustã, extinguit acumẽ sanguinis, dissoluit apata, & sperma purgãt suauiter, sicut tamarindi, aut parũ fortius. Dosis eius est, sicut de tamarindis.

Auis, quę dicitur in Arabico Canabir, & est Alauda capelluta, quãdo coquitur, & comeditur continue, confert passioni colicæ.

Vermis nominatus Brotim, & quidam nominant Tartama, pistatus, & positus neruo inciso, confert illi mirabili iuuamento.

De rebus Marinis. Cap. LVI.

Caphura. DE rebus nascentibus in mari, quarum iuuamenta sunt manifesta, sunt hæc, s. Cãphora Indica, quę i Arabico noiatur Colfor algẽt. Calefacit & deficcat i secũdo gradu, & cõsolidat vulnera ignita.

Spongia marina. In ea inuenit virtus deficcatiua: & ipsa ẽ medicina bona humiditatibꝰ exterius extractis.

Benleniçan, idest Belençan, vel Petroçam, calidum est & siccum in secundo gradu. Valet stomacho humido, aromatiçat. odorem oris, confortat digestionem, fortificat neruos, ingerit coitum.

Lapis de Beçedar, quãdo de ipso fit collyrium, confortat visum, & conseruat ipsum, & remouet offuscationem, vel tenebrositatem oculorum.

Caniabar calidum est in secundo gradu, & siccum in primo. Absterſiuum existit, & resoluit grossas ventolitates, & confert morsui animalium venenosorum. & eius proprietas est resoluere ventositates matricis, & abscindit vomitum, et folia ipsius aromatica existunt, & ponitur loco * dedarseni. * darseni.

Sebesten calidum est in primo gradu, & humidum in secundo. Purgat suauiter superfluitates cholericas, & mitigat acumẽ sanguinis, lenit asperitatem pulmonis, confert strictũræ anhelitus. & quando coquitur, donec inspissetur, & ex aqua decoctionis fiat embrocatio super tyriam et alopeciam, facit nisi pilos.

Sarudotes calidum & siccum est in secundo gradu. Recepto sumo suo dissoluit superfluitates cerebri, & valet cõtra reumata frigida. appositũ super ophthalmiã, oculũ absterſit mirabili absterſione. & valet contra dolorem dentium, & contra corrosionem gingiuarum.

Senna. Sene calidum est & siccũ in secundo gradu. Eius virtus est purgatiua: purgat. n. humores adustos, & etiam humidos suauiter, & non est potẽs trahere humores viscosos. Et eius virtus est propinqua virtuti agarici, hoc est in attractione. sed agaricum habet proprietatem trahẽdi humores grossos, & sene humores adustos. Dosis eius est à. ʒ. i. vsq ad. ij. in decoctione à. v. vsq ad septẽ.

Scealmese, i. Gallia muscata, calida est et sicca, stypticа, et cõfortat mẽbra, et stringit uentrẽ, et curat uomitũ.

Secacul, idest Eringium, calidum est & humidum, auget sperma, & prouocat coitum.

Santala. Sandala. Quod est frigidioris cõplexionis oium specierum est rubeũ, eo q frigidũ est in tertio gradu, et siccũ in secũdo. sed maioris aromaticitatis est citrinum, et est frigidũ in secundo gradu, & siccum in primo. & cõfert bibitũ magnæ caliditati, & cardiacæ calidæ. & prodest emplastratum stomacho calido, & spatibus calidis.

Tabaisis, i. Spodium, carbo est nodoꝝ arundinum adustarũ Indiæ. Frigidum est & siccũ in tertio gradu. et eius ꝓprietas est remouere caliditatẽ, et inflãmationem choleræ, & cõfortat stomachũ, et cõfert cardiacę calidę.

Lignum aloes calidum est & siccum in secundo gradu. Gal. dixit in libris expertis, q habet uirtutem darsenicam, sed aliquãtulum plus, quia habet proprietatem exiccandi humiditatem stomachi, & propter amaritudinem, & stypticitatem cum ipsius magna aromaticitate. Valet super omnes medicinas alias membris principalibus, & remouet tristitiam, et cardiacam humidã. & valet contra omnia venena, eo q confortat omnes virtutes. & valet contra omnia reumata frigida.

Ambarum. Ambar. Arab. par. Ambra est vna ex speciebus camphoræ, quæ oritur in fontibus maris, & natat super aquam maris. & melior omniũ est illa, quę in Arabico dicitur Alcap. Calida est & sicca in secundo gradu. confortat cerebrum, stomachum, & cor, & omnes sensus. valet sensibus, & in frigiditatibus. valet contra ventositatem intestinorum. superposita neruis eos fortificat. resistit magnę pestilentiæ aeris bibita, & etiam odorata.

Iuiubæ, & in Arabico nominatur Auep. Hanc rubicinam nominat Gal. tamen de ea nullam sciuit proprietatem. sed Medici de Baldac dicunt q reprimunt acuitatem sanguinis, & choleræ, & conferunt asperitati pectoris, & pulmonis à tota substantia. Cõplexio ipsarum est frigida in primo, & humida in secundo. & propter hoc reprimunt acuitatem.

Cauffer. Eius virtus est virtus sandalorum: excepto q quando de eo potatur ab. i. aureo vsq ad. ʒ. laxat.

Caryophylla. Gariofili calidi sunt & sicci in secundo gradu, & attingunt tertium. Et isti cõfortant omnia membra principalia, valent contra passiones frigidas, & constipant ventrem. Et dicit Gal. quod eorum proprietas est confortare virtutem digestiuam.

Halhabar, idest Basilicum gariofilatum, calidum est & siccum in secũdo gradu. Aperit oppilationem cerebri. valet contra cardiacam humidam, & contra melancholiam, & contra hæmorrhoidas.

Cardamomum calidum est & siccum in secũdo gradu. Valet contra oppilationes hepatis, contra lapides renum, & lassitudinẽ membrorum, & cõtra frigidos dolores, & confortat stomachum multum, & remouet syncopam, & vomitum, quãdo bibitur cum vino thalorum granatorum.

Caphura. Camphora frigida est & sicca in tertio gradu, & est subtilis substantiæ, & resistit putrefactioni, quæ fit ex materia calida. stringit fluxum cholericum, priuat coitum potenter, ledit stomachum non calidum multum.

Lacca calida est & sicca in principio secũdi gradus. Valde est manifestum ipsius iuuamentum in confortatione hepatis, & in apertione suarum oppilationum. & valet contra dolorem renum, & vesicæ, & augmentat coitum. Dosis eius est. ʒ. ʒ. vsq ad. i.

Muscus calidus est & siccus in fine secundi gradus. Mirabilem habet proprietatem in confortando cor. & valet contra surditatem aurium, et stupefactionem corporis, & contra omnes ægritudines syncopes. et cõfert grossæ ventositati intestinorum, & suffocationi matricis, & contra melancholiam, & auget coitum.

Lingebalafor, idest lingua auis, confert cardiacæ, & mouet coitum.

Gesemini, idest Viola vltramarina, calida est & sicca in fine secundi. Prodest senibus, & retrigeratis. valet contra dolorem capitis, qui fit ex humoribus frigidis & grossis.

Iacob Mantinus uir egregius sequentem Quinti libri Colliget Auerrois partem, ob rei difficultatem, nuper latinitate donauit. Nos autem, ut res ipsa, de qua hoc in loco agitur, clarior redderetur, ipsius translationem, una cum antiqua imprimendam esse operæpretium esse duximus.

ANTIQVA TRANSLATIO.

De modo compositionis Medicinarum: Primum autẽ de compositionis neceſſitatibus. Cap. LVII.

Neceſſitas cõpõnis medicinarũ triplex.

HVcuſq; locuti ſumus breuiter de cibis, & medicinis ſimpliciter manifeſtis: deinceps volumus narrare modos compoſitionis. Et dicimus q̃ neceſſitas, quæ nos inducit ad compoſitionem medicinarum ſimplicium, prouenit à tribus rebus. Vna eſt, quia multoties non inueniuntur in vna medicina ſimplici omnia, quæ nobis ſunt neceſſaria à virtutibus, propter quas completur medicina, aut conſeruatio. Secunda eſt, quia quamuis nos inueniremus ea ſecundum eandem virtutem, ſed ſecundum plus aut minus. Tertia eſt, quia erunt in illa ſimplici virtutes, quæ tñ ſunt nobis neceſſariæ ſecundum intentionem noſtram, neq; per medicinam, neq; per conſeruationem. vel forte erunt virtutes, quæ non intrant aliquam medicinam, vel conſeruationem.

Prima iſtarum trium conſyderanda eſt in illis locis, qui non poſſent curari niſi qualitatibus contrarijs, vel diuerſis. & hoc accidit, aut propter diuerſitatem cauſæ ab ægritudine aut propter diuerſitatem ægritudinis ab accidente: aut propter diuerſitatem ægritudinum inter ſe: aut propter diuerſitatem compoſitionis cauſarum compoſitarum: aut propter diuerſitatem ægritudinis à natura membri, propter ſuam compoſitionẽ, aut propter ſuum principatum, aut propter ſuum locum, aut propter ſuam colligantiam.

Primæ neceſſitatis modi primus.

Exempli gratia diuerſitatis cauſæ ab ægritudine eſt, ſicut febris putrida ex humoribus groſſis, quia illa ex parte malæ qualitatis calidæ & ſiccæ indiget medicina frictiua, dattiua & humectatiua: & ex parte humoris putridi groſſi indiget re ſubtiliante, vt exiccet, & maturet. Et in hoc eodem genere ingreditur repercuſſio, & diſſolutio, quæ neceſſaria eſt tempore augmẽti in apoſtematibus. & propterea indiget Medicus in talibus locis, vt ſciat vti iſtis medicinis mixtis, & repercuſſiuis, & reſolutiuis.

Dubium.

Et cadit dubium in operationibus medicinarũ compoſitarum ex diuerſis virtutibus: hoc eſt qũ poſſunt inueniri iſtæ duæ operationes contrariæ ſimul in corpore humano. Quia ſi iſtæ virtutes ſint in eis æquales, tunc non vincet vna alteram, ſed æqualiter erunt ſperatæ, & non facient actionem quæſitam in corpore humano. & ſi vna erit fortior altera, fortior faciet actionem, & actio illi debet attribui, & alia erit fruſtra.

Contra Medicos.

Et hoc dubium non ſenſerunt Medici niſi in ſecundis virtutibus, non in primis. quia ipſi opinãtur quòd ſi miſceatur 3.i. chamæmillæ cum 3.i. roſarum, q̃ medicina, quæ erit compoſita ex his, erit temperata in primis qualitatibus: & cum eo toto opinantur quòd habeant virtutem repercuſſiuam, & diſſolutiuam.

Et non opinantur verum. quia neceſſe eſt vt virtutes ambarum ſint vna, ſicut dictum eſt. quia ſi diceretur, q̃ medicina eſſet temperata in primis qualitatibus, hoc eſt, quia facit in corpore vnum calorem temperatum, qui erit medius inter calorem & frigiditatem primi gradus, ſimiliter debet intelligi in ſecundis virtutibus: hoc eſt vt 3.i. chamæmillæ, & 3.i. roſarũ habeant virtutẽ vnam mediam inter repercuſſionẽ & diſſolutionem.

Et non erraſſent in hoc Medici, niſi quia non poſuerunt ea, quæ ſunt ſecundis virtutibus. quia ſi feciſſent, tũc ſciuiſſent q̃ res eſſet temperata, & non temperata.

Et

MANTINI TRANSLATIO.

Sermo in modis componendorum Medicaminum.

TRia ſunt, quæ principaliter cogunt componere medicamina ſimplicia. Primum quidem eſt, q̃ vt plurimum non reperiuntur in vno ſimplici medicamine omnes vires requiſitæ ad perfectam curationem, aut conſeruationem ſanitatis. Secundum eſt, quia licet reperiantur illæ vires in ipſo ſimplici medicamine, nos tamen indigemus maiori vel minori portione earum. Tertium vero eſt, quia in eo ſimplici medicamine ſunt aliquæ vires, quibus non indigemus ad propoſitam curationem, neq; ad conſeruationem.

Horum autem primum ſit, vbi aliqua loca affecta non curantur perfecte, niſi qualitatibus contrarijs, vel diuerſis, connexis q̃. et hoc quidem eueniet, vel propter morbum & cauſam: vel propter naturam morbi & accidentis, cùm fuerint contrariæ: vel ob naturas ægritudinum, cùm ſunt cõpoſitæ: vel cauſarum, cùm fuerint quoque compoſitæ: vel propter naturã morbi & membri, tum in ſuo temperamento, tum etiam in ſua nobilitate, vel ſitu, vel conſenſu.

Diuerſitas autem, quæ inter cauſam & morbum reperitur, gratia exempli, vt in febribus fit biliosis. quæ quidem propterea quòd ſunt calidæ & ſiccæ, humectantia expoſcunt medicamina: ſed propterea quòd ex humore putrido ſunt ortæ, requirunt quæ exiccent, & attenuent eum. Et ſub hoc genere continetur repulſio, & reſolutio, quæ tempore incrementi apoſtematis adminiſtrantur. in ſimili enim oportet vt Medicus admiſceat repellens medicamen cum reſoluenti.

Dubium tamẽ oritur de actionibus medicaminum compoſitorum, quæ ex virtutibus inter ſe contrarijs conſtant, quo nam videlicet pacto poſſint ſimul habere in corpore humano illas duas actiones. Nam ſi illæ virtutes fuerint * æquales, tunc altera alteri reſiſtet, & nullum in humano corpore efficiẽt actum, & ſic erunt æquales. ſed ſi altera validior fuerit altera, tunc quæ validior eſt, fungẽt ſuo officio timbecillioris vero nullus percipietur actus.

* a.l. æquidiſtantes,

Huius autem dubij ratio non fuit excogitata ab his qui ſic dubitant, niſi in ſecundis viribus, non in primis. putant enim ipſi, q̃ ſi drachmam vnam chamæmeli cum alia roſarum admiſcuerimus, q̃ tale medicamẽ erit ſuis primis qualitatibus æquale; & q̃ adhuc in eo erit repercuſſio, & reſolutio.

In vtroq; tamen ratio debet eſſe eadem, vt diximus. nam quemadmodum dicimus aliquod medicamen eſſe æquale in ſuis primis qualitatibus, ita vt in corpore humano efficiat calorem moderatũ medium inter calorem primi ordinis, & frigus eiuſdẽ ordinis, idem de ſecundis virtutibus intelligendũ eſt: ita vt gr̃a exempli vna drachma chamæmeli, admixta cum alia roſarum, producẽt repulſionem, & reſolutionẽ mediam inter reſolutionem chamæmeli & repercuſſionem roſarum.

Cauſa autem dubij fuit, quia nõ poſuerunt ſecũdas virtutes ſub aliquo ordine. nam ſi id feciſſent, fuiſſet nobis notum, quodnam medicamen eſſet æquale, & quod mæquale.

Huiuſcemodi

ANTIQVA TRANSLATIO.

Et debes ſcire quòd operatio, quam medicina habet compoſita, eſt vnum in commixtione artificiali, ſicut in commixtione naturali, & non eſt plura: ita vt ſit tibi neceſſe dicere, quãdo quæſitum fuerit à re, quomodo facit vna medicina duas operationes cõtrarias in vno ſubiecto? Reſpondeas quòd hæc res eſt ſicut ſenſus & ſenſata eorum, qui patiuntur à duobus cõtrarijs ſimul in eodem ſubiecto. verbi gratia, ſicut apprehendimus album & nigrum ſimul & ſemel in humiditate cryſtallina: & ſicut ſentimus calidum & frigidum ſimul & ſemel ex commixtione aquæ feruentis, & frigidæ: ſicut dicit Gal. Quia hoc non eſſet ſufficiens in ſolutione huius dubij, nobis ponẽtibus quòd medicinæ compoſitæ habent duas operationes, quarum vna eſſet oppoſita alteri. quia hoc nõ accidit virtutibus ſenſibilibus cum ſenſatis, niſi propterea quia nõ ſunt materiales permutabiles, alterabiles, paſſibiles in ſeipſis à ſenſatis paſſione manifeſtata: eo q̃ illæ non ſunt coniunctæ cum materia forti coniunctione. Et cauſa huius redditur in alia ſcientia nobiliori iſta (hoc eſt in tertio de Anima.)

In medicina cõpoſita nõ ſunt virtutes contrariæ, ſi cut eſt vir⁹ media.

Sed paſſiones, quas recipit corpus à medicinis, ſunt neceſſario paſſiones materiales, permutabiles in ſeipſis permutatione manifeſta. Et ideo non eſt conueniens, vt inueniantur eorum contraria ſimul & ſemel in iſtis, vno tempore, in vno ſubiecto, ſicut inueniuntur in ſenſibus & ſenſatis. Sed ſi debet dari exẽplum propter aliquam ſimilitudinem nõ multum propinquã, non debet dari niſi ſm q̃ inueni medium inter extremitates; hoc eſt ſm q̃ inuenit album & nigrũ in colore citrino. Et ſi aliter diceret, vnũ vinceret alterũ neceſſario, ſi duo eſſent tantã dñans faceret ſuam operationẽ, & attribueret. Et quidam dicunt q̃ natura cognoſcit, & trahit ſe illam partem, quæ eſt in eis magis neceſſaria. Sed hoc non eſt poſſibile. quia impoſſibile eſt trahere quod inueniri nõ poteſt. & forte hoc ſecretum eſt eidem in ſomnijs ſuis reuelatum. & ideo non ſum ille, qui cum eis litigo.

Gale. 3⁹. de Temp. cap. quarto. et Serap. i practi. c.c. Vide. 3. de diſpoſi. medi. c. 1. de Locis affectis. ca 2. & prima quarti tract. 4. c. 19. ipugnatonem huiꝰ opinionis, quę fuit priꝰ Alexãdri.

Deinceps volumus reuerti ad illud, quod paraui fuimus, vt demus exemplum membrorum diuerſitatis, quam præmiſimus. [a] Et dicamus q̃ exẽplum diuerſitatis ægritudinis ab accidente eſt, ſicut febris acuta cũ ſyncope. quia putrida indiget euacuatione, & refrigeratione, & ſyncope indiget è conuerſo.

a Secundus modus.

[b] Exemplum diuerſitatis ægritudinum eſt ſicut febris diuerſarum ſpecierum & diuerſarum materierum, & diuerſorum locorum: ſicut febris, quæ dicitur hemitritæus, quia eſt compoſita ex cholera & phlegmate diuerſitate compoſitionis.

b Tertius modus.

Cauſa harum eſt, quando ſunt compoſita in vna & eadem ęgritudine, ſicut ſunt ęgritudines, quæ fiunt ex pluribus humoribus. & ideo neceſſe fuit cõponere medicinam ex rebus, quæ reſpondeant pluribus humoribus. & hæc fuit prima neceſſitas compoſitionis medicinarum compoſitarum purgantium alijs duabus, videlicet cõpoſitarum cãrum, & accidentium cũ ęgritudinibus. Et huic mẽbro diuiſionis correſpõdet cõpoſitio theriacæ: ga intentio in illa fuit curare multas ægritudines, & præſeruare ab eis. & ideo fuit compoſita ex medicinis, quæ habent multas virtutes ramificatas diuerſas, & vt à multis partibus poſſent vincere venenum.

Quartus modus.

Exemplum neceſſitatis cõpoſitionis propter diuerſitatem naturæ ægritudinis, & naturę membri propter ſuã compoſitionem, eſt, ſicut ſtomachus hecticus. ga à parte, qua eſt febris hectica, idiget frigiditate et humiditate: & à parte, qua eſt ſtomachus, idiget caliditate & ſiccitate. Et eſt ſiſe in tuſſi, quę fit ex materia viſcoſa in fiſtulis pulmonis.

Quinti modi prima pars.

MANTINI TRANSLATIO.

Huiuſcemodi autem actus, quem agit illud medicamen compoſitum, eſt quidem vnus, ſiue artificiali temperatura, ſiue naturali, & non eſt plures: ita vt cogaris dicere medicamen vnum efficere duas qualitates contrarias in eodem ſubiecto, & dicamus id eſſe veluti res ſe habet in ſenſibus & ſenſilibus eorum. patiũtur enim à duobus contrarijs ſimul per vnum ſubiectum. vt gratia exempli, cùm nos percipimus album & nigrum ſimul per humorem cryſtallinum: caloremq; & frigiditatem in inſtãti per vniuerſum corpus noſtrum, ſi contingat vt particulæ noſtri corporis partim frigida, partim calida aqua abluãtur, vt dicit Galenus. Hoc enim nõ ſufficit ad ſolutionem dubij, ſi ſupponamus ipſum medicamẽ compoſitum habere duo officia inter ſe inuicem contraria. nam etſi ſint, quia aliud accidat, profecto non accidit, niſi quia nõ ſunt materiales. cuius rei cauſa iam in alia ſcienti[illegible]

Sed [illegible] corpus à medicaminibus [illegible] quæ quidem ſi fuerint [illegible] eodem tempore in eodem ſu[illegible] reperiatur medium inter extre[illegible] qua in croceo colore repe[illegible] Aliàs enim de neceſſitate * rei [illegible] æqualia, uel prædominans aget

* a.l. cõtra operabũtur.

Et poſtq̃ declarauimus quo nam pacto operẽ medicamen cõpoſitum, reliquum eſt vt ad aliam partium exẽpla me transferã. Exemplũ igitur ſumptum ex morbo & accidenti eſt, ut febris ex putredine orta & animi deliquium. nam febris euacuationem, & refrigerationẽ deſyderat: animi vero defectus cõtrarium vacuationi, & refrigerationi poſcit. Exemplum vero compoſitionis ægritudinum eſt, vt febres, quæ ex diuerſis conſtant ſubſtãtijs: vt eſt ea febris, quæ ſemitertiana nuncupatur, quæ ex bilioſo ac pituitoſo conſtat humore.

At exemplum neceſſitatis huius rei in cõpoſitione cauſarum eſt, vt cùm fiunt ægritudines à pluribus humoribus, vbi quidem erimus coacti componere medicamen ex his, quę plures q̃ vnum euacuent humorem. & hæc quidem eſt prima neceſſitas, quæ cogit componere ſolutiua medicamina. Sub his igitur duobus generibus, videlicet compoſitionis ægritudinum & cauſarum, ingreditur compoſitio medicaminis ex viperis confecti, quod theriacen vocãt: cuius propoſitum fuit reſiſtere multis morbis, ab eiſq; præcauere. & ideo compoſuerunt illud ex medicaminibus habentibus varias virtutes, variosq; modos reſiſtendi ipſi veneno.

Exemplum vero neceſſitatis huius rei ſumptum à diuerſitate naturæ morbi, ac membri naturæ, eſt, vt ſi ventriculus febre laboret hectica. nam ea ratione, qua laborat febre hectica, refrigerationem & humectationem deſyderat: ſed ea ratione, qua eſt ventriculus, exhilarationem & affectionem expoſtulat. Identidem de

Coll. Auer. H ij tuſſi

pulmonis. quia à parte, quę est materia grossa & viscosa, idiget subtiliatiuis, & incisiuis: & a parte, qua est pulmo, indiget rebus lenitiuis.

Quinti modi 1ª pars. Exemplum necessitatis cõpositionis medicinarum propter diuersitatem naturæ ægritudinis à membro propter principalitatem membri est, sicut ęgritudo calida, quę sit in aliquo membro principali: sicut in cerebro, & necesse est vt nõ multiplicemus multum medicinas frigidas, ideo vt nõ extinguamus calorem naturalem, & ȝ non auferatur à sensibus, & motibus. Et propterea est necesse miscere cum illis medicinis res, quæ ad aromaticitatem sint declinantes, & ad calorem, et confortent. Et in passione frigida, quę accidit hepati, necesse est eua cuare sicut declaratum est in libro Ingenij sanitatis. & possibile est ve[illegible] contrariumeo quòd sicut est nobis necesse cogn[illegible]tes medicinarum necessariarum tempe[illegible]eodem modo indigemus cognoscere modum compositionis. & si non est possibile nobis medicinari, nisi veniamus ad partem Ingenij sanitatis: ergo incipiamu[illegible] libro Ingenij sanitatis, post[illegible]

Et ga huc[illegible] nunc ad ipsam, & di[illegible] cipali & maxim[illegible] miscemus ę fo[illegible] uemus ne uirtutes suæ dissoluan[illegible] rosæ. Et sisr qñ erit membrum maxim[illegible] cesse est nobis cõseruare ipsum cum [illegible]

Quinti modi 3ª pars. Et exemplum necessitatis propter [illegible] quando volumus ę medicina stypt[illegible] funditatem corporis, debemus secu[illegible] quæ habeat subtilem substantiam propter [illegible] sui loci, ad hoc, ę sit vehiculum stypticitatis ad [illegible] sit contra quæsitum nostrum in aliquo. Sicut admisc[illegible] mus cantharides in medicinis vesicæ, & crocum in me[illegible] dicinis cordis calidis. Et simili modo nos miscemus ce[illegible] ram in emplastris: propterea vt sit materia faciens ea melius applicari membro.

Quinti modi 4ª pars. Sed exẽplum necessitatis compõnis medicinarũ ex parte colligantię est, sicut ęgritudo calida, quæ sit in ore stomachi: quia in ea non debemus multiplicare medicinas frigidas, eo quod cõcat cum membro frigido.

Ista sunt quinque membra necessitatis compositionis, propter quæ componuntur medicinæ, quæ sunt ex diuersis virtutibus, quando nõ inuenimus in vna simplici, quo ex virtutibus indigemus.

Secũda particula necessitatis cõpositionis est, ga aliqñ nos inuenimus vnã simplicem medicinã, quę habet fortiorẽ virtutem, aut debiliorẽ eo, quod quęrimus.

propter bubonicum apostema, quod fit in [illegible] sanguinibus, vltimum medicamen illius [illegible] ratio. Et si propter reuma hoc accidit, [illegible] necessariæ existunt. Et si fuerit [illegible] indantiam minutione indiget quidā [illegible] viteriores ægritudines cadat. Et Gal. [illegible] febres patientes ponantur in balneum: [illegible] placet vt fiat, nisi in declinatione. Et hoc [illegible] tione ephemerarum consuncto tamen [illegible] minatis in libro Ægritudinum.

De curatione febrium putridarum.

DEinceps volumus [illegible] vel acutis, quas [illegible] febres sunt medic[illegible]

Et dicimus q̄ iam dictum [illegible] q̄ hæc febris fit ex puro sanguine vna est, dum sanguis nō est putrefactus, alia vero quando sanguis iam putrefieri incipit. Et [illegible] no disponet modo. Vnus enim affligat à principio vsq; ad finem fit, propterea quia id, quod [illegible] resoluitur. Secūdus modus est, [illegible] tetur vsq; ad finē. & hoc accidit [illegible] quod dissoluitur, est plus [illegible] modus est, vt à principio vsq; ad finē decrescat. & hoc fit, ideo quia illud, quod [illegible] minus est eo, quod resoluitur. Et quia [illegible] propter appositionem fm vasa, medicinam [illegible] tiam: & maxime cum no[illegible] Et Gale. hic dicit q̄ quando [illegible] est, extrahamus vsq; ad syncopam. & [illegible] propter hoc corpus refrigerationem habebit, & possibile erit vt cholera abijciatur per partem superiorem, aut inferiorem. & dicit hanc medicationem in hac febre esse necessariam. Et ego dico q̄ hæc quātitas euacuationis artificialiter non existit, immo valde est erronea eo q̄ hæc ars imitatur naturam: et nunq̄ fit crisis laudabilis per euacuationem sanguinis vsq; ad syncopam perducentem: immo hęc prouenit à crisibus malis, in quibus virtus expulsiua plus q̄t conueniens est, expellit. Adhuc non est intentio euacuationis, inquātum est euacuatio, nisi ad remotionem superfluī sanguinis peccantis quantitate, & ad conseruationem quātitatis naturalis: ergo quomodo potest sanguis euacuari vsq; ad syncopam, nisi cum detrimento sanguinis naturalis? hoc impossibile esse videtur. & Gal. non intellexit per hoc nisi subitam corporis refrigerationem: ergo hæc medicina accidentalis est periculosa. vnde melius est vt aliquantulum ex calore remaneat extraneo, q̄m calor naturalis diminuatur. Adhuc non est credendum vt in tali corpore, quale est istud, non fit putrefactionis alicuius humoris præparatio. ergo si diminuis calorem naturalem, corrūpetur humor, & virtus diminuetur, & non erit qui huius erroris faciat correctionem. Signa ergo, per quæ cognoscimus febrem esse à putrefactione exemptam, sunt signa commutatiua, & non fixa. Consydera ergo quot in hoc loco eminent pericula. Et cum in hac febre apparent signa putrefactionis per vrinam, aut pulsum, phlebotomia nō fiat vsq; ad syncopam perducens, quia impossibile est vt post minutionem non remaneat putrefactio vsque ad septimum diem. & propter hoc est necesse vt remaneat virtus sufficiens digestioni. Et dicit Gal. q̄ quādo medicabis hanc febrem sanguinis cum putredine, tunc non est expectandum vsq; ad digestionem materiæ. Et ex hoc intelligere debemus q̄ in principio phlebotomare debemus. Et demum potare aquam frigidam in nine frigidarum tādiu, donec corpus ipsius ad frigiditatē deueniat. Et hoc fieri debet consyderatis certis consyderationibus. Prima est, vt ægritudo sit digesta, & vt in viscеribus non sit apostema, & vt in ore stomachi non sit debilitas neq; frigiditas, nec quando infirmus non est assuetus aquam frigidam bibere. Et sic esse debet quoniam illud, quod hic iducit ad malam complexionem, contrarium existit eiusdem rei, quę causam habet remouere: quoniam aqua frigida humorem incrudat, & impedit digestionem. Et impossibile est hanc febrem integre remouere, donec causa ipsam faciens in corpore reperiatur: ergo quomodo potabit aquam frigidam habens stomachum debilem & frigidum, quin ei accidat timor, & stupefactio, & consimiles ægritudines ex mala complexione frigida. Et tam inuenti sunt homines, qui biberunt aquam frigidam semel in quantitate multa, & inde ad constrictionem anhelitus deuenerunt propter frigiditatem musculi, vel nerui, & diaphragmatis, & taliter q̄ non potuerunt aliquid deglutire. Et qui ipsam bibunt iam facta digestione, tunc naturam optime adiuuant: eo q̄ tunc ibi iam aliud non remāsit, nisi mala complexio calida: & illa tunc removetur ab aquę frigidę bibitione. & sic natura meliorem facit operationem in humore tali, s. perficiendo digestionem, & malam materiam expellendo: quoniam ipsa mala complexio hoc facere prohibebat. & hic est tractatus Gal. in potatione aquæ frigidę in hac ægritudine. Et debes scire q̄ hæc febris latitudinem habet magnā in suo calore fm magis & minus: & propter hoc, quæ fortioris caloris est, dicitur causus, i. ardēs. Et hæc latitudo diuersificatur fm climata. Et quando omnia particularia concordant cum febre, quæ est ardens, & infirmus multum desyderat aquam frigidam, non in hac est digestio expectanda. quia eger ante digestionem consumetur. & si feceris ipsum pati vsq; ad digestionis aperitionem, tunc erit ipsius digestio malaq̄ admodum est nebula nigra, aut hypostasis nigra propter nimietatem combustionis, & tunc aquæ frigidæ exhibitio non valebit. Et propterea melius est in principio sine etiam digestionis signorū apparitione exhibere, & non curare ex dictis aliquorum: quoniam hæc res est veracissime probata. Nam materia, quę talem facit febrem, qualis ista est, cum sit in vltimo caliditatis, non est prinata digestione nisi propter malam qualitatem acutam, nō propter grossitiem, nec propter viscositatem. & quando hanc infrigidabis, tunc statim erit materia digesta. et melius est vt conuertas talem febrem ad febrem lentam & longam, quæ curari potest, q̄m eger subito moriatur. nam error, qui fit in alteratione complexionis febrium, facilior est q̄m mors. Et ego credo q̄ illi, quibus digestio debet expectari, si detur aqua frigida, citius curarentur, si eius virtus extitit fortis, quam uis ægritudo fuerit longa. Dicit. n. Rasis q̄ duo iuuenes in diebus canicularibus iter agebāt: quorum vnus erat dominus, & alter seruus: & ambo hanc inciderunt febrem: & Medicus domino aquam prębuit frigidam, & seruo nō propinauit: dominus euasit, & seruus mortuus fuit. Et terræ istę nostrę mediæ sunt iter terras Gal. et Rasis in temperamento. Et egressi sumus ex eo quod nostræ intentionis erat. & propterea quia tractatus curationis istius febris est vna partium tractatus febrium putridarum, & propter hoc bonum fuit narrare medicamentum, quod vtrisq; commune existat.

Vide Rasi. lib. diuisionum. 149. & Auic. prima quarti tract. 2. c. 47. & Abynz. tertio Thesitra. 1. c. 4.

De exhibitione aquæ frigidæ.

Nono Meth. med. c. 4.

Prima ratio cōtra Gal.

Secunda rō.

Tertia rō.

5. Aphorismorum.

De cura febrium Putridarum, & primo de eis in generali. Cap. IX.

SEd dico q̄ febrium, quæ sunt ex mala complexione materiali, prima illarum intentio duas consyderat res: hoc est vt malam remoueat complexionem, & malam euacuet materiam. Et quia materia est cum calore putredinali, accidit hic tertia intentio, hoc est vt remoueantur causæ iuuantes ad faciendum putrefactionem: & est superfluī diminutio, & pororum apertio oppilationis. Et pororū oppilatio accidit propter res stypticas, aut frigidas, aut desiccatiuas, aut propter humorum grossitiem, aut viscositatem. & aliquando hæc omnia aggregātur. ergo tertia intentio est, vt vnūquodq̄ istorum remoueatur per ipsius contrarium. Ergo vt plurimum accidit vt contrarientur hæc accidentia medicationi: & maxime quando superuenit accidens, quod est contrarium significationi medicationis febris. Sed quādo fuerit significatio recepta ab essentia febris, & causis ipsius, & vnum erit contrarium alteri, tunc oportet Medicum consyderare super accidentia, si fortissima sint. Et si non cogatur Medicus à febre, vel accidētibus, tunc instare debet remotioni causæ. & per hanc viam remouebitur febris, sicut est in febribus q̄ frigida causa, vt est febri melancholiæ, & phlegmatis. Et si febris fortior causa fuerit, tūc opponat se febrifactio vt causæ non obliuiscatur. & possibile erit vt cogat ambo consyderare æqualiter. Et nos volumus [illegible] mis narrare febres, quæ non habent accidentia resistentia eorum medicationi, et postea narrabimus illas, quæ habent accidentia cōtraria: eo q̄ tractatus resistentię accidentium est alius à medicatione ægritudinū, & etiam alius à medicatione accidentium. quod est, quia eorum medicatio est per remotionem causarum, sicut in ægritudinibus. Sed resistere accidentibus fit cum rebus, quæ cito ea remouent, et subito per contrarium: quamuis vt aliquando augmētant accidentium causas, sicut opiū i summis doloribus. Dicimus q̄ frigiditas & humiditas in oibus febribus ingressum hńt per modum medicinę, et cibi. & hoc in rebus assumptis i corpus fit p̄ primas ipsaꝝ virtutes solum. & aliq̄n fit, vt aerē infrigidemus, & aliq̄n vt ipsum calefaciamus: & aliq̄n ægrum remoueamus de vno climate ad aliud, sicut fit in peripneumonico, cui præstamus vt vadat in Æthiopiam, vel ad Arabiam. Sed euacuationes in febribus per phlebotomiam, vel pharmaciam fiunt per virtutes secundas, aut tertias, aut per proprietates: & aliquando fiunt per balnea, aut fricationes. Sed euacuationes per exercitium in febribus non fiunt. & est cōsyderandum in quo sit vnumquodq̄ istorum faciendum, aut plus vno, & in quo tempore: eo q̄ tempus est vna ex rebus valde necessarijs in hac arte. & propterea dixit Hippo. q̄ tempus sit acutum: hoc est q̄ tempus medicinæ latitudinem paucam habet. Et dicimus q̄ phlebotomia fieri non debet, nisi signa multi sanguinis apparebunt: sed melius est vt fiat, q̄n non est malitia nisi quantitatiua, sicut superius dictum est. Et tēpus faciendi sequit virtutis fortitudo: quia fm plurimū fortitudo virtutis plus

est in principijs ægritudinum. Propter hoc ordinauerunt quidam fieri phlebotomiam in principijs ægritudinum. & multi sunt ægrorum, qui phlebotomiam patiuntur vsq; ad vltra septimum diem. Et ad remouendum illorum errorē dicit Gal. q̄ debilitatem virtutis, aut fortitudinem non sequitur numerus dierū. Et [illegible] titas phlebotomationis recipitur à fortitudine [illegible] dinis, & à complexione, & ab ætate, & tempo[illegible] consuetudine, dicta, & cōditionibus ali[illegible] virtutis, & eius malitia sequitur [illegible] nis, & eius bonitatem. & pro[illegible] co in vno genere. Sed eua[illegible] pilationes, fit incidendo [illegible] & digerēdo ipsos, & re[illegible] ctificationem acci[illegible] potest rectificari [illegible] xime in illis, quæ [illegible] bus horis, seu tem[illegible] trida non rectifi[illegible] lendo illud, [illegible] quod pote[illegible] bus vol[illegible]

[illegible] Et sci[illegible] [illegible] induc[illegible] [illegible] nem sto[illegible] [illegible] nicatum [illegible] [illegible] ea, quæ [illegible] [illegible] bullitio [illegible] [illegible] bibant aquam [illegible] [illegible] uenit nobis magna exerc[illegible] [illegible] liando, & incidendo. Et si [illegible] humor frigidus & siccus, oportet vt [illegible] calidis & siccis: eo q̄ ista ficca nō debes [illegible] bere. & si vis ei propinare, debes hoc facere, frangendo siccitatem earum cū radice liquiritiæ, & zuccharo violato. Sed quia zuccharum violatum habet virtutem relaxatiuam, prohibere poteris cum passulis tq̄m optime existunt in hoc casu, & sunt necessariæ, s. passulæ in remouendo siccitatem superfluam squinćibin, s. syrupi acetosi: eo q̄ habet mordicare membra neruosa, s. oesophagum seu meri, & stomachum, & cannā pulmonis. & aqua ciceris confert in maiori parte febrū. Et quāuis aqua ordei sit frigida & humida, habet mundificare vias à superfluitatibus, & abstergit, & lauat vias absq; inflammatione, & est ex medicinis laudabilis valde in hoc casu. Et propter hoc squinćibin, & aqua ordei laudata sunt in curis febrium. Sed aqua ordei iterdum ori stomachi habet inducere nocumentum, & propter hoc indiget rectificatione, s. ponendo in rotulo dimidio aquæ ordei characte vnum ex mastiche, s. pondus quatuor granorum ordei. & hæc omnia indigent consyderatione, s. opponendo se periculosiori, & fortiori fm

plus

plus & minus. Medicinæ enim laudatæ in relaxatione naturæ sunt, quæ habent has secundas virtutes, s. relaxare, & qualitati febrili obuiare. & tales sunt tamarindi, & beneseg, i. violæ, & tereniabin seu manna, & medulla bathæ. Sed oportet vt vitemus dare myrobalanos ante digestionem propter stypticitatẽ ipsorum. sed alubleb, i. corrigiola optima est in principio febris: quamuis aliquam habeat caliditatem. Ordo autem medicinarum sit in mollificando naturam est, quam diximus fuisse tereniabin in primo: secundo beneseg, i. violæ: tertio tamarindi, postea alubleb, post medulla cucumeris serraceni, sanguini, & postea karsabar, s. cassia fistula, deinde myrobalani. & conueniens est oibus febribus vti cotinue à tota specie putredinis febrilis. Sed quia hæ medicinæ pro maiori parte calidæ existunt, sicut sunt species, idcirco in modica quantitate de ipsis ponere debemus, & tunc experiemur eorum virtutes primas. Sed medicinæ quæ exercent operationem ablq; calefactione, vt diximus in hoc loco, sicut est vinum pomorum granatorum, & albi, & rubei, & tabaçir, i. spodium, & terra sigillata existit oppilatio, & cum rectificata fuerit materia villis existit. Sed medicinæ quæ habent mollificare & humectare, sunt diuersæ vel vnius diuersitatem & multitudinem febrium, & accidentium, & cruditatum, & putrefactionum. Et ordo medicinarum est talis: quia primo debet dari aqua, postea syrupus iulep, & est syrupus fumi ex aqua rosæ & zucchara solum, sicut hic qui nouit. Sed propter siccitatem aquæ fumi, est tantũdem aquæ simplicis, & non videtur coagulare, & qui magis [illegible] pus factus ex succis frigidis & humidis, cucurbitæ, & cucumeris [illegible] melonum, & sunt extincti, colorati [illegible] sunt continui & albi. sed quod [illegible] bibe succum prædictorum absq; [illegible] cum cucumeris serraceni, aliquando [illegible] choleræ à toto substantia sua. Sed tempus, in [illegible] necessitate debemus turgere materiam peccantem, cum medicina attractiua, eo hora, in qua exhibere malitia humoris executa fuerit in qualitate. & iam declarauimus supplus. & hoc facere debemus forti existente virtute. & tunc est certum quando signa digestionis apparẽt: qm̃ eo tempore collaudatur euacuatio facta à natura, eo q; virtus expulsiua non mouetur ad expellendum superfluitates per viam naturalem, nisi facta digestione. & in hac arte imitari debemus opera naturæ toto posse. Et scire debes q; facta digestione, fit descensio, & expulsio absq; aliquo impedimento grossitudinis, vel viscositatis, vel oppilationis. Sed quando non apparet digestio, tũc dissensio inter Medicos reperitur: eo q; Gale. & maior pars Medicorum dicunt q; minime purgare debemus, nisi materia sit digesta, nisi ægritudo fuerit in vltimo acuitatis. Et hoc intelligere possumus ex dictis Hippo. qm̃ quando ægritudo est in vltimo acuitatis, tunc humores sunt in vltima furiositate, & non est securitas, quin descendant ad quædam membra principalia, & lædant ipsa, nisi sint euacuati in principio ægritudinis: eo quia humores, qui acutissimi existunt, sunt subtiles: & quia ibi nõ est grossities, nec viscositas, quę prohibeat operationem medicinæ laxatiuę. Et non potest inde prouenire nisi vnum solum nocumentũ. quod est, quia medicinæ laxatiuæ suis qualitatibus primis augmentant febrem. & illud potest remoueri miscẽdo cum eis frigida & humida, sm̃ conuenit. Sed quãdo ægritudo non est peracuta valde, sed est quieta, tunc expectanda est digestio. Et scire debes q; ægritudines, quę acutæ sunt in terris Hippocr. in terris nostris peracutæ sunt. & hoc manifestatur, quia Hipp. non curabat ęgritudines acutas, nisi cum aqua ordei, & melicrato. Et postq; ita est, ęgritudines acutæ nostrę regionis, & aliarum calidarum terrarum medicandæ sunt cum medicinis attractiuis, vel laxatiuis in principio ægritudinis. Et in ęgritudinibus peracutis pro maiori parte humores corrumpuntur circa orificium stomachi. et propter hoc, quando apparet abundantia sanguinis, licet non sit superflua, euacuare debemus: qm̃ ide magnum prouenit iuuamentum, & incontinenti quiescit valetudo ægritudinis, nisi sit quod prohibeat ex rebus supra dictis. Sed quando ægritudines nõ sunt acutæ, sed fiunt ex humoribus mucillaginosis & viscosis & indigestis, ipsas euacuare & purgare debemus post subtiliationẽ, & incisionem. & hæc est digestio eorum: alioquin non oportet cum medicina purgari. Sed ęgritudines, quę non sunt acutæ, & sunt ex humoribus subtilibus, sicut est vera tertiana, quæ non trãsit vltra septem periodos, dicit Auic. q; expectare debemus digestionem: eo q; digestio humoris subtilis est eius ingrossatio, & grossi est eius subtiliatio. & sicut difficile est virtuti expulsiuę exPellere humores grossos propter sui grossitiem, sic difficile est virtuti expulsiuæ expellere subtilẽ: quia disrumpitur, & dispergitur propter sui subtilitatem. quare difficile existit naturæ expellere humores grossos, eo q; opilant meatus, & tranlitus: et subtiles, quia disrumpuntur, & sparguntur, & imbibuntur. tamen medicinæ laxatiuæ citius expellunt, & facilius humores subtiles q̃ grossos. Et propterea quidam Medici dixerunt q; nunquam debent aliquam medicinam laxatiuam ad purgandum aliquem humorem, quin cholera prius purgata sit. Et hoc ideo, quia subtilitatem & subtilitatem. et adhuc magis [illegible] phlegma grossum [illegible] & subtilitatem naturæ, prius illæ cædẽ [illegible] expellunt. Et hoc [illegible] manifestat intellectus, quia subtiles humores habiliores sunt ad purgandum, & expellendum grossis: quamuis hoc non sit ex operę naturę. quoniã si sic faceret natura, illud quod prius exiret in ægritudinibus acutis, esset cholera: eo q; tales ægritudines pro maiori parte fiunt ex humoribus subtilibus. & quanto sunt subtiliores, tanto difficilius à natura expelluntur. Et propter hoc dicimus q; minime tardare debemus i peracutis exhibere purgationes, neq; expectare ad perfectam digestionem: quia non est tutum, quin mala qualitas prædominetur naturæ: & tunc erit mala digestio expectanda cum diffidentia liberationis. Et postq; ita est, q; purgare debes, non facias illud, nisi primo frangas suam caliditatem & siccitatẽ.

Sed in febribus phlegmaticis, & melancholicis Rasis in principio earum purgabat. & hæc erat eius opinio omnino, s. purgare in principio febris. tamen Gale. dicit contrarium manifeste, s. q; minime debemus in principio febrium melancholicarum. & illud idem dicit in epistola ad Glauconem. Et illud est, quia finis harum ægritudinum est securus, nec expectatur digestio malæ sed phlegmatica est malæ determinationis. & propter hoc necessarium existit, vt infirmus euacuetur: præterq; expectetur digestio perfecta. & propter hoc Medicus prius incipere debet à medicinis subtiliatiuis, & incisiuis per hebdomadam vnã, quia non timemus calorem huius febris, cùm sit debilis, vt magnum inferat nocumentum: & cùm hoc fecerit, tunc Medicus purgare incipere debet. Et demonstratio huius est illud, quod vides fieri in apoplexia, & ẽt in similibus ægritudinibus timorosis

Tertiana nõ est acuta, prima quarta. 2. ca. 7.

Contra Gal. in aph. Consulta medicari. q. quæ Raf. 10. ad Almã. c. 2. hic vero extendit fermo ad acutas: qa loquit cõtra Auic. 10. ad Almã. c. 7. & 8. & 1. diuis. c. 152. & 153 videtres rõnes Raf. contra Gal 16. c. c. 2. Opinionem Gal videt. apho. 22. & 21. cõ. & 12 Meth med. c. 5. & lib. de Curat. p flang. miss & 4. de Rat. victus in acutis. & 1. de Febribus ad Glauco. & Halt. quarto Theo c. 10. Idẽ intelligebas his d euacuatione febris a materia subtili & furiosa. Opus vt secũda aphorif. 29. Idem prima quarti tra. 2. c. 41 ibi. (Et de solutionis in principijs est. & c. 69. ibi (Ego vero ñ diligo. c. op. parui post vt vele. ibi (Et multoties q dẽ cõcedit.

timorosis frigidis: quia sicipimus in talibus ab euacuatione, ponendo in medicinis laxatiuis incisiua, & subtiliatiua. Et mihi videtur impossibile recipiendo syrupum squinzibin per hebdomadam vnam factum ex decoctione radicum lilij cœlestis, & seminis apij, & liquiritiæ, quin præparet humores, & digerat, & leuiorem faciat exitum à corpore. & quamuis totus humor non euacuetur à corpore, tamen natura inde alleuiationem suscipiet omnino. Et inde redire debes ad incidendum, & subtiliandum per aliam hebdomadam, quemadmodũ diximus: & postea purgare. quia taliter operando, humores habiles reperiuntur ad expellendum. Et simile hoc est homini feręti graue pondus. quoniam quando ferre nõ potest ipsum, & diuidit ipsum in partes, facilius tolerat ipsas. & postq; natura fuerit alleuiata, tunc digestio laudabilis apparebit, & rectificabitur domino concedente. Et hoc melius existit valde, q; infirmum dimittere ægritudini, & naturę. s. si videbis naturam ægritudini prævalere, tunc dictam, & regimẽ infirmo iubebis. & hoc in arte minime collaudatur: quoniam nisi naturæ violentiam feceris, vel adiuuando ipsam, nihil boni ei feceris, nisi q; verba ei dederis, retinẽdo ipsum. Et istud idem regimen facere poteris in febribus melancholicis. & sic facimus hominibus sanis, qñ volumus ipsos purgare, s. quia ipsis digestiuum propinamus primo, ad subtiliandum humores, & vias aperiendo. sic & in ægritudinibus oportet facere. tamen in ægritudinibus maior diligentia est adhibenda, eo q; earum humores difficilius recipiunt digestionem. & hoc manifestatur in opere Gal. in labore spontaneo & ebri propinquo. quoniam ipse purgabat omnes humores facientes hunc laborem, præter humores viscosos & mucillaginosos: eo q; omnes concordare videntur tales non sunt purgandi. Gal. autem [illegible] re debemus habentes hanc [illegible] lum. Ego autem affirmo q; [illegible] consyderanda, propter hoc [illegible] ralis quoniam mihi videtur [illegible] & mucilaginosi purgari possunt in [illegible] bus: facta tamen incisione, & subtiliatione longum tempus: & tunc tempus digestionis abbreuiabis, & natura inde alleuiabitur, & ex tunc videbis digestionem laudabilẽ. Et te oportet has res multoties experiri: qa experientia in his rebus non modicã virtutẽ hñe videt. Quod scripsimus de hoc in hoc loco sufficiat.

Difficultas de euacuatione materiæ ante digestionem.

Metho.

De Cibatione, & Fricatione, & Balanatione febricitantium. Cap. X.

DIco q; cibus dari nõ deberet febricitãtibus vsq; ad statum ægritudinis. & hoc, vt natura tẽpus habeat digerendi humores facientes ægritudinem, & ipsos expellendi. Sed quia virtus non est sufficiẽs omnibus, te oportet cõsyderare ęgritudines. Qm̃, si fuerit ex ęgritudinibus peracutis, cuius status est propinquus, & crisis debet esse in septimo, & natura fortis existit, tunc illud facere debes. Et si virtus debilis fuerit, nullatenus facere debes. Sed si virtus mediocris fuerit, & ætas fuerit iuuentutis, cibabis ipsum aqua ordei, & mica panis, lota etiam cum aqua calida ad quãtitatem ℥. ñ. vel. iñ. ponderis. & istud est subtilius regimẽ in nostro climate sm̃ consuetudinem nostram. Sed regimen antiquum subtilius erat, nihil dare per hebdomadam vnam. & quando volebant ingrossare, dabant aquam mellis solum. Sed hoc ferre nõ possunt illi, qui sunt nostri climatis propter complexionem aeris, & consuetudinem. Sed in climate illorum corpora habent minorem resolutionem: & cum hoc bibunt vinum non in multa quantitate, & comedunt carnes porcinas, quæ duo sunt plurimi nutrimenti. Et generaliter cõsyderanda est cõsuetudo. qm̃ qui consueti sunt comedere ter in die, non possunt prædicta sustinere, & maxime habentes complexiones calidas, et resolubiles. Et si cognoueris statũ ægritudinis esse longũ, & virtus infirmi fuerit debilis, cibandus est plus q; diximus in principio. & cũ flatus appropinquabit, minuendus erit. & totum hoc est intelligendum, forti existẽte virtute. & fortitudo virtutis existit in complexione forti. Sed qui habent complexiões calidas & siccas, pauci ex his [illegible] possunt sustinere: & maxime in ęgritudinibus [illegible] cõsimilibus, & in temporibus calidis: eo q; [illegible] talibus pati famem fecerimus, febres eorum [illegible] sensuas declinare faciemus: quamuis debiles [illegible] in radice vel adhæsticam, quia in [illegible] consimilibus multiplicantur qualitates [illegible] natura, & magis, qñ eis facimus sustin[illegible] plicantur, & adurunt[illegible] humor[illegible] est in declinatione paroxismi [illegible] ipsum secundi, vt natura habeat [illegible] almorum in tempore paroxismi. [illegible] cõfortare virtutem, nec i ac[illegible] cum, cui necessarium sit cibum [illegible] ex resolutione. Sed si timueris [illegible] mus eos in principio paroxismi [illegible] syncope taliter liberabimus: [illegible] Gal. de puero, qui præceptum [illegible] fuerat famem tribus diebus. Et aliqñ [illegible] os ut medio paroxismorum; In se[illegible] nuis hora cibandi eligere debemus, [illegible] quietis: consyderando tamen [illegible] horis diei meliores sunt frigidæ, s. [illegible] tias q; balanum in declinatione fe[illegible] quoniam [illegible] superfluitates euacuat[illegible] Vero minutiæ, quia rigores habet[illegible] humores, & multiplicat oppila[illegible] tales per corpus totũ & non [illegible] postema i aliquo prin[illegible] nores euacuet, multiplicat [illegible] febrilem, siue fuerit [illegible] do. Et necesse est vt corpora talium non [illegible] frigida, qm̃ humores efficiãt [illegible] nec etiam fieri non debet nisi post [illegible] cellationẽ, & in febribus, quæ non sunt acutę. Vina quoq; aromatica & tenuia, quę modicam aquam sustinere possunt, phlegmaticę & melancholicæ exhibere possumus sed in incensuris à vino omnino elõgare debemus. Gal. quoq; curabat febres, quæ erant ex humoribus mucillaginosis cum fricatione. & hoc indiget consyderatione, quoniam non est tutum, quin humores spargantur ex fricatione per totum corpus. Et ipse met præcipit in libro de Conseruatione sanitatis q; ille, qui habet lassitudinem, & corpus eius fuerit plethoricum, vel plenum humoribus mucillaginosis, vt minime moueatur vel exerceatur: neq; balneũ intret, neq; faciat fricationem, & similia: eo q; fricatio non euacuat ex humoribus, nisi qui sunt subcutanei, & inter musculos: qui autem sunt in venis nullatenus euacuari possunt, nisi cũ medicinis laxatiuis. Et etiam vides q; si sanus faceret fricationem præceptam ab ipso i lassitudine, scilicet ita magnã, de necessitate cutis apostemaretur: eo q; fricatio hæc in vltimo gradi[illegible] existit, & illis maxime, qui hanc patiuntur ægritudinem, cùm in lassitudine semper videantur esse. Iam ergo sufficienter scripsimus, sicut nobis videtur generaliter curas febrium putridarum: nunc autem redibimus ad curam vnius cuiusq; particulariter.

De

Decio Methodo. med.

Balneum.

Duodecimo Meth.

Libro 4.

Hæc deficiunt nostra translatione.

De cura febrium Cholericarum, & primo de cura Tertianæ. Cap. XI.

HÆc febris si fuerit pura tertiana, erit secura absque periculo: & scimus certissime ꝙ natura habebit dominium super hunc humorem. Et propter hoc non debemus eum mouere cum medicinis attractiuis, sicut est scammonia: eo ꝙ rectificando eam quantum plus possumus, semper membris principalibus habet inducere nocumentum, & propter hoc virtutem debilitat, & iuget etiam caliditatem febrilem et siccitatem suam. & si aliud non induceret nocumentum, nisi conamen surgendi & decumbendi, modicum non inueniretur, quia complexio inde supercalefit, & debilitatur. Sed apparente signo digestionis non est malum dare aliquam medicinam attractiuam in hũc modum, scilicet quia primo dare debes ea quæ primo habent lenire materiam & humectare, sicut syrupum violatum, & tamarindos: & ad reprimendum nocumentum stomachi adde aliquid ex masticke. Et rheubarbarum in hoc loco optimum existit: qñ reprimendo nocumentum prædictarum laxat. Et quantitas, quam dare debes ex rheubarbaro, est à duabus ʒ. vsq; ad tres, miscendo ei syrupum iuleb, & squinzibin, ana ʒ. i. cum v. p[illegible] aquæ frigidæ: & infra diem potabis cum [illegible] hoc faciendum est omni die, nisi natura [illegible] in die ad assellam, sicut cõuenit. & si natur[illegible] ex hac medicina vltra quantitatem, minor[illegible] nem ex ea. Et sumus contenti in hac febre [illegible] tione & humectatione cum aqua ordei [illegible] lepteo ꝙ hæc febris non existit intense c[illegible] sit ex cholera naturali. Et sumus cont[illegible] ipsius remouere cum aqua ordei & [illegible] eum modica in ea reperiatur oppi[illegible] hil. Et facta digestione si sufficit da[illegible] trinos, bene quidẽ sin autem, pro[illegible] monia characte. ŋ. cum tantu[illegible] ʒ. i. syrupi de nenufare, &. ʒ. [illegible] pus de nenufare, qa frabet [illegible] niæ primas, s. eius calid[illegible] & cũ hoc confortat aromatic[illegible] membra principalia. Et syrupus pomorum, eõ quia frangit eius siccitatem, & remouet nocumentum principalium membrorũ ab ipsa. Et masticke quia cõfortat et remouet nocumentũ principalium membrorum. & Medici iam ipsis usi fuerunt ad occultandum malitiam scammoniæ. Et si timebis debilitatem infirmi, cibabis ipsum mica panis lota. Et iam testificatus est Hippo. ꝙ nisi fuerit ex errore, ꝙ hæc febris non transit quartamdecimam diem, etiam si fortissima fuerit. Sed si hæc febris non fuerit ex pura cholera, sed erit ex vitellina, vel prassina, vel æruginosa, non euadit hic absq; periculo magno: & maxime quando fuerit ex prassina, vel æruginosa. & mihi videtur impossibile ꝙ aliquis ab æruginosa euadere posset. Et hæ febres longos habent paroxismos, & pessima accidentia. & propter hoc indigent purgatione cum medicina attractiua, quam supra scripsimus, prius ablata caliditate & siccitate ipsius. Et non est malum, ut mixceas ipsi medicinæ aliquid de polypodio, quod Arabice dicitur belbebi: eo ꝙ purgat choleram adustam & grossam, & melancholiam, postq; fregeris siccitatem eius cum oleo amydalarum dulcium. Et aperire oppilationes in hac febre proprium existit, nisi fuerit excedentis caliditatis. quòd si fuerit, tunc intendere debes solum ad infrigidandum, & humectandum.

Dosis theabarbari.

De cura Causi. Cap. XII.

HÆc febris est intensi caloris, & prauorum accidentium, & dicitur incensiua, & impossibile est ꝙ hæc ex cholera naturali generetur. Et in ista conueniens existit purgare cum medicina attractiua & principio ipsius, & minuere ex sanguine, si signa sanguinis apparebunt, dando ei omni die .x. aureos tamarindorum infusorum in aqua simplici absq; syrupo & aliqua alia re dulci. & post dabis ei bibere aquã ordei, & postea per totum diem potabis eum aqua anguriæ, & hoc regimen propriũ existit omnibus febribus, quæ sunt in vltima caliditate. Et non dimittas aquam anguriæ, & aquam super niuem infrigidatam: qm̃ si conuerteris hanc febrem in lentam, & chronicam, melius lõge existit, quàm vt æger moriatur. Et hoc etiam dixit Abumeron Auenzoar de quodã puero, quem ipse medicauit, cui dabat omni die aquam anguriæ, & quotidie choleram vomebat. & tamen taliter fuit operatus, donec illa febris conuersa fuit ad chronicam, & inde liberatus fuit. Et mihi videtur ꝙ aqua anguriæ longe melior existit ꝙ aqua in niue infrigidata in hoc casu: eo ꝙ aqua in niue infrigidata, quamuis sit in vltima frigiditate, velociter tamen recipit caliditatem, & adhuc magis quia aqua cùm sit simplex, nihil restaurat, neq; præstat corpori, nisi frigidam qualitatem solum: sed aqua anguriæ restaurat, & addit in sanguinem faciendo frigidam substãtiam, & qualitatem. Sed qñ febres erunt lentæ, & longi erunt paroxismi, & certus eris ꝙ non ex cholera pura erunt, sed erit ex vitellina, quæ naturali frigidior existit, tunc studere debes plus in aperiendo operationes ꝙ in infrigidando, contrariũ eius, quod fiebat in illa, quę fuerit ex cholera pura: quamuis raro [illegible] inuenitur. Et laudabiles medicinæ in hac parte [illegible] quæ habent virtutem aperitiuam absq; forti caliditate, sicut capillus veneris, & radix apij, & semẽ fœniculi, & siccitatem eorum cum radice liquiritiæ, & caliditatem violis, & flore nenufaris, & seminibus cõmunibus. Et studeas ponere in medicinis res, quæ habent membra principalia confortare, sicut est masticke, & spica nardi, componendo ista cum syrupo squinzibin. Et esto studiosus ponere in medicinis solutiuis, quæ habent choleram euacuare cum quantitate phlegmatis: sicut est semen bruſi, s. semen cartami, frangendo tamen caliditatem & siccitatem eorum. Et hæc est cura omnium febrium cholericarum.

De cura febris Phlegmaticæ. Cap. XIII.

HÆc febris cùm fuerit ex phlegmate simplici & naturali, & de hoc fueris certus, tunc studiosus esse debes in incidendo humores; et in subtiliando, & oppilationes aperiendo, plusq; in infrigidãdo & humectando. & sufficit tibi in hac intentione squinzibin cum iure cicerum, occultando siccitatem eorũ cum radice liquiritiæ. & adde huic compositioni aliquid ex spica & masticke, quoniam in hac febre stomachus debilis reperitur. Et conuenientior operatio in principio huius febris est lenire naturam cum semine cartami, & semine vrticarum, fracta siccitate eorum prius cum tereniabin. Et seruato hoc regimine per hebdomadam vnam, propinabis eis medicinam laxatiuam, quæ habeat illum humorem euacuare. Et melior illarum medicinarum est turbith: quia à proprietate habet trahere, & expellere humiditatem, quæ in ore stomachi est. & agaricum etiam cum eo: quia eradicat humorem grossum, & aperit oppilationes. & si addideris aliud ex hiera picra, non est malum, confidendo magis in agarico, & turbith:

turbith: & aliquando occultando, et frangendo siccitatem eorum cum oleo amygdalarum dulcium. Colocynthidem aũt in tuis medicinis euitabis ponere quantum plus poteris. Et si apparuerit tibi quòd humor sit tantę duritiei, quòd non possit euacuari absque ea, adde ex ea aliquid in prędicta compositione, occultando malitiam eius cum chachina (& credo ꝙ sit tragacantha) & cum amygdalis. & dosis eius est media pars auri. Et tales purgandi sunt bis: quoniam in vna vice non possunt purgari propter grossitiẽ humoris. Et hoc non facias, nisi virtus fuerit fortis, consyderatis aliis conditionibus supradictis. Medicina vero facta extirbith in principio huius febris non est mala. Cibus vero in principio huius febris sit pulla parua secure: eo quòd status eius nõ est minor trium septimanarum: & est possibile vt ipsa duret vsque ad quadraginta dies, & vltra. Rasis autem dicit quòd trũ facta septimana quarta, non est malum infirmo exhibere trochiscos de rosis completos cum aqua ciceru: eo quòd hãc febrem patientes in fine leuiter deueniunt ad debilitatem stomachi & hepatis, & cadũt de facili in hydropem. Et ego meo tempore vidi quosdam habentes febres chronicas, quibus Medici nostri propinabant eis syrupum squinzibin solum, & ceciderunt in hydropem, & mortui sunt. Et quod dico de trochiscis de rosis in hoc loco, non dico nisi causa exempli et similitudinis. tamen tu debes dare ex similibus medicinis secundum plus & minus, prout tibi melius videbitur conuenire. Etiã qđ simile huic intentioni reperitur, est zuccharum rosatũ, præterq; frigiditati magis videtur pertinere ꝙ trochiſci dicti. Et si uidebitur tibi conueniens miscere cum iure cicerum syrupum squinzibin facit illud. Et si inflatio in pedibus, aut in palpebris apparebit tibi, caueas syrupo squinzibin: quoniam habet perducere ad hydropem, quemadmodum diximus. In febribus [illegible] phlegmaticis, non recipientibus digestionem [illegible] facies & venter tumescunt, & calo[illegible] videbuntur, Gal. videtur quòd [illegible] frication em, donec vigilant, diuidendo [illegible] ita ꝙ dimidium tempus eorum sit [illegible] dium sit dormiendo. Et dabimus ei bibere aquam mellis cum hyssopo, & liquiritia. Sed Gale. potabat eos aqua ordei. sed eam ego non laudo in hoc casu: eo quia nocet stomacho, & facit horripilationem, nisi cum ea fuerit parum masticbes, & piperis, & radicum fœniculi. Et non debemus eos diu dimittere absque cibo, quia inde recipiunt nocumentum: quamuis leuiter pati famem possint. quoniam quando iste humor mucillaginosus multiplicatur in corpore, talis humor cum difficultate maxima potest ad sanguinem conuerti. & propter hoc virtutes eorum debilitantur, donec ad syncopen habent peruenire. & ideo eis dare debemus micam panis lotam cum aqua mellis, vel cum vino aromatico. Et hic est modus fricatiõis, qui præceptus est à Gal. in hoc casu, s. quòd habere debes gausapia aliquantulum grossa & vetusta. & in primis incipere debes à superiori crurium, descendendo inferius ad pedes. & postea frica genua, & postea superiora coxarum, descendendo ad genua. & postea incipies tricationem ab humeris, vel spatulis, descendendo per brachia ad manus. deinde tricabis dorsum, incipiendo à summitate eius, veniendo vsque ad pedes. & sic fiat per totum diem. Et si infirmus senserit lassitudinem, munge cum oleo non habente stypticitatem, sicut oleum chamæmillinum, & anethinum, quoniam est bonum. Et dicit Gale. quòd postea abstergere debes oleum, eo quòd angustiam præstat, & hoc est, quod Gal. videtur dicere de huius ægritudinis regimine. Et quia in hac febre accidens syncope consueuit peuenire, ideo memoratus eo eius curam, vbi tractabo de curis accidentium, obmittendo eorum causas.

De cura febris Quartanæ. Cap. XIIII.

ILlud autem, quo plus indigemus in hac febre, est aperire, incidere, & subtiliare. & modicum in ipsa indigemus fricatione, infrigidatione, & humectatione, quasi nihil. Et cura huius febris quasi contraria existit curæ causi: eo ꝙ in causis attendimus ad febrem solum, & in hac causæ. Et propter hoc eligere debemus medicinas scissuas, subtiliatiuas, & splent appropriatas, sicut radix capparis, & coloquintidarum, & tamarixteo ꝙ istud membrum [illegible] est ferre medicinas fortes, & aperitiuas absq; pericumento. Et potes conficere has medicinas cum syrupo squinzibin facto ex vua passa. Et oportet in principio te euacuare materiam cum belbeg, i. polypodio, extracta virtute eius in iure galli veteris, & oleo amygdalarum. Et si vis digestionem expectare in hac febre, potes facere [illegible] ipsius modi cũ [illegible] quod [illegible] potest. Et si vis purgare ante perfectionem, potes facere, facta incisione cum [illegible] per duas septimanas, vel tres. Et me[illegible] sunt trahere hunc humorem, & purga[illegible] siccitate, & etiam habent gradus. & quæ [illegible] periuntur sunt myrobalani indi, & [illegible] polypodium. et tales sunt, qui dimit[illegible] propter eorum styptici tatẽ. & post [illegible] thymum. Et operatio istius for[illegible] polypodij, & maiorem corpori in[illegible] de causa indiget occultatione il[illegible] licet remittendo ipsius quali[illegible] tendo malitiam. Et propter[illegible] resisti medicinæ medicinam, [illegible] stituare, sicut ponendo cum [illegible] prędicta [illegible] duos scammoniæ vel tria [illegible] cum ter[illegible] [illegible] lorana. & hoc non facimus ca[illegible] [illegible] humorem, sed propter debilitatem & tarditatem [illegible] medicinarum ordinamus dictam additionem, vt recipiat inde principium expellendi. Post epithymum est lapis lazuli. Sed ab elleboro nigro cauere debes toto posse. Completa autem digestione huius febris, à Gale. theriaca collaudatur. & ante digestionem recepta, posset ipsam ad causum conuertere. Sed si tempus fuerit frigidum, & ætas senectutis existeret, diatrion pipereon facta digestione mirabiliter confert: & maxime in frigidis regionibus. Et indiges in hac febre circa splenem studere, scilicet emplastrando ipsum cum rebus remouentibus ipsius tumorem, & eius duritiem resoluentibus: quemadmodum in cholerica solliciti esse debemus circa hepar, & in phlegmaticis in orificio stomachi. quoniã membrum istud, in quo maxime talis humor putrefit, & ardet, sicut ignis, in hac febre melancholica est splen. & in cholericis est hepar: & maxime continuas ex cholera patientibus: & in phlegmaticis circa stomachũ existit. quare in istis tribus generibus febrium conuenit esse dicta membra confortare, & humorem digerere, & rectificare. Et si cognoueris in prædictis sanguinẽ exuberare in principio, eos minuere debes. In phlegmatica vero mihi videtur quòd cum timore magno phlebotomia sit facienda, quia in ea multa quantitas humorum crudorum reperitur. In febre autem acuta, quæ dicitur mutabecca, & in Latino synocha vocatur, scire debes ꝙ quando putredo præualuerit, tunc purgatio

existit melior phlebotomia. & si quantitas sanguinis plus ipsa putredine reperitur, tunc melius est phlebotomare, q̃ purgare. Et sic iam finitus est tractatus omniũ febrium putridarum, generaliter & specialiter. Et postquam curas simplicitũ cognoueris perfecte, ex ipsis scire debes leuiter curas compositarum, velut hemitritæorum, & suarum similium.

De cura febris Hecticæ. Cap. XV.

NVnc autem mihi remanet de hectica determinare. Hæc febris cùm sit de mala complexione sine materia calida & sicca, ideo intentio curationis vna existit, s. infrigidare & humectare: & plus indigemus in hac humectatione q̃ infrigidatione. quare infrigidare debes & humectare cum omnibus rebus, quibus potes. Et hoc dupliciter fieri potest: vno modo cum rebus intrinsecis & alio cum extrinsecis, sicut cum balneo, unctionibus, & emplastris. Hæc quidem febris tres gradus habere videtur, qui variantur secundũ plus & minus. quorum quidẽ primus leuiter curari potest: secundus difficilis existit: tertius verò minime curari potest. Et cura quidem primi gradus, & secundi eadem existit, nisi quia diuersificatur secũdum plus & minus. Cibus autem, qui maxime conuenit in hac [illegible] est lac. & melius ex eo est lac mulieris, [illegible] est lac asinæ. & post illud est lac caprę. Et [illegible] quibus recipitur lac, nutrire cibis optim[illegible] suam naturam, & facietibus digestion[illegible] Et ipsum in ieiunio dare debemus ut [illegible] digeri possit. Et conuenit tibi studere [illegible] eo q̃ lac in stomacho de facili casc[illegible] incipere debes à modico, dando ei [illegible] dendo, donec deuenias ad dimidi[illegible] quidem ordei eis magnam habe[illegible] uis corpora eorum maiori indi[illegible] teris corporibus, ideo quia virtu[illegible] lis existit, conueniens est studi[illegible] adhiberi in præbendo eis cibaria digestibilia, & boni chymi. Quare de carnibus laudabiliores [illegible] sunt pullæ gallinarum, quæ nutritæ sunt [illegible] frumento. & vitellum oui similiter eis est optimum nutrimentum. capones nutriti ex amygdalis & frumento eis collaudantur optime. Et si in corporibus eorum calor fortis reperitur, non est malum eis propinare aliquid ex oleribus aliquibus frigidis. & quæ ex eis magis laudabiliores existunt, sunt lactucæ, quia somnum prouocant: & ipsi indigẽt ipso plus cæteris hominibus. & quia virtutes eorum sunt debiles, ideo cibaria eorum debemus diuidere in

f. Auer. [illegible] ad [illegible] mũtrario [illegible] ne.

vicibus pluribus, sicut in sequenti dicturi sumus. Sed in balneando eos debemus magnam habere consyderationem: eo q̃ illi non videntur habere necessitatem caletacienti, resoluendi, nec euacuãdi. quid enim proficies ex infrigidatione accidentali acquisita ex balneo, cum humores inde euacuentur? & hoc non confert nisi in mala complexione materiali. Et postq̃ ita est, mihi videtur q̃ ipsi non indigeant aliquo ex aere balnei. & quamuis aqua calida habeat humectare, cum hoc tamen facit resolutionem. Sed balneum aquæ frigidæ mihi videtur esse melius, si possit ipsum conuenienter

o. Metho. sustinere. Et scias quod Galenus manifeste dicit quod ipsi non indigent balneo, nisi causa præparationis suorum corporum, vt aquam frigidam valeant sustinere, cum qua balnearí debẽt in fine balnei. Et balneum secundum ipsum taliter debet præparari, scilicet quod infirmum ferre debemus cum lecto suo ibi. & cùm fuerit in camera prima ipsius balnei, extendere debemus plumariũ parum, & eum superponere ibi debemus. & si illa prima camera tepida esse reperitur, ibi eum à pannis expoliare debes. & ordinare debes q̃ à quatuor hominibus capiendo à quatuor angulis plumarij ferantur ad cameram secundam, & ibi ipsum reponant nudum. sed temperãtia camerarum balnei vna alteri comparari debet, scilicet quòd eadem proportio esse dẽbet secundæ ad tertiam, quæ primæ ad secundam. Et cùm fuerit in camera secunda, inungi debet oleo tepido. & postea ponendus est in camera tertia: & ibi ponendus est in balneo, vel tina, aut pila: quod idem est. Et i vnaquaque camerarum tantum morari debet, quantum ip se infirmus posset icedere suauiter ab vno capite earum ad aliud. Et ex tũc ipse infirmus debet poni in balneo, vel tina seu pila aquæ tepidæ plena, & illic morari debet temperate. & postea balneandus est aqua frigida. & istud est regimen, quod aperuit Gal. in hoc casu de balneo. Sed Rasis sentire videtur, quòd tales infirmi non indigeant nisi balneatione aquæ tepidæ. Sed quia impossibile est vt tales, quando expoliantur, vt eis non eueniãt horripilationes, & specialiter in exitu ab aqua calida: ideo necesse est vt tina vel balneum eorum fit in camera temperata, quæ non excedat in caliditate vel frigiditate. & aqua similiter temperata esse debet. & sic videtur ei, vt inde aliquod iuuamentum recipere debeant. Sed iuuamentum appositionis fecis picis est, eo q̃ virtus istorum attractiua debilis esse reperitur. & propter hoc ponendi sunt primo in aquam calidam: eo q̃ in illa principium attractionis esse reperitur: & in eadem tantum morari debent, quousque membra eorum vndiq; tumescere videatur, & pori per totum aperiantur: & deinde pix est apponenda. & hæc omnia recitat Gal. vbi loquitur de cura malitiæ complexionis 7. Metho. calidæ & siccæ stomachi. Abumeron Auenzoar autem velle videtur q̃ nos eos in tina aquæ tepidæ solum ponere debemus absq; intratione stuphæ. & in exitu tinæ propinandum est eis lac. & cùm digestum fuerit, iterum ponendi sunt in tina: & postea dabis eis aquam ordei. & facta digestione ipsius, dabis eis micam panis lotam cum rebus prædictis. Sed ex rebus, quæ exteris fiunt, sunt balneum, & balneatio secũdum quòd diximus, & etiam aer. Quòd si fuerit calidus, debemus eum infrigidare, abstergendo domum, & substernendo in ipsa folia frigida, sicut sunt rosæ, & folia salicis, & flores nenufaris, & folia vitis cum suis floribus: studendo vel ingeniando, vt aqua frigida à superioribus ad interiora descendat: Et vt domus septẽtrionalis existat: Et quòd ille fenestræ sint apertæ, vnde Sol minime possit penetrare: & illæ claudantur, vnde potest intrare. Et quando aer fuerit frigidus, non indigebunt prædictis, nisi vt ipsum trahant, sicut est: & maxime quando principium malæ complexionis fuerit à stomacho, vel à pectore, vel ab intestino ieiuno, vel à renibus, & ab istis ipsa mala complexio deinde deriuatur. & possibile est etiam quòd illa mala complexio icipiat à corde, & inde ad prædicta, & ad totum corpus deriuetur. Quare studere debes ad secundum, vnde habeat prouenire febris ipsa. et cùm scieueris membrum, à quo primo procedit hæc mala qualitas febrilis, studeas ipsum infrigidare, & humectare absq; trahendo ipsum à sua naturali complexione: & spectaliter, si membrum fuerit maximi iuuamenti. Et emplastra cõuenientia his membris sunt emplastra facta cum rosis, & sandalis, & herbis frigidis aromaticis, vel cum cera, sicut dicit Gale. Et cùm infrigidare volueris principalia, addas aromatica, & styptica. Et istud est regimen hecticæ, cùm fuerit in vltimo. sed quando fuerit in principio, cum leuioribus curari poterit.

De

De Syncope, eius causis, & curatione. Cap. XVI.

ET posti locuti sumus de febribus absq; accidentibus, prohibentibus curationes earum, nunc tractare volumus de febribus secum habentibus accidentia. Dicamus ergo q̃ ista accidentia generaliter proueniunt ex omni re dissoluente virtutem: & hæc resolutio syncope nominatur. & prouenit necessario à mala complexione cordis calida, vel frigida. Complexio autem mala calida aut prouenit ex rebus extrinsecis, sicut ex aere calido, vt sæpe contingit diu moranti in balneo calido: aut ex rebus intrinsecis, sicut ex mala cõplexione totius calida corporis, vt contingit in causo. Frigida vero contingit aut ex rebus extrinsecis, sicut accidit ambulantibus per loca frigidissima: aut ex complexione frigida membrorum intrinseca plurimi iuuamenti, sicut accidit ex ore stomachi, & ex suffocatione matricis: aut ex mala complexione totius corporis frigida, vt contingit in febribus putridis, quæ fiunt ex humoribus grossis & viscosis & mucillaginosis. Et hæc complexio frigida quandoq; acquiritur ex superflua euacuatione diminuente calorem naturalem. quoniam quando calor naturalis superflue diminuitur, impossibile est vt possit regere corpus tot omnes operationes frigidiores debito existunt. quare prouenit syncope. Non dico tamen, quòd ipsamet diminutio quantitatis inducat syncopen sed inæqualitas qualitatum, eo quòd cuiuslibet generabilis & corruptibilis causa est proportio quatuor qualitatum, scilicet caliditatis, frigiditatis, humiditatis, & siccitatis: quemadmodum in libris naturalibus declarauimus. Species autem euacuationum, quæ aliquando præabundare consueuerunt, sunt sicut superfluus fluxus ventris, & vomitus, & superfluus fluxus sanguinis narium, & hæmorrhoidarũ, & aliorum membrorum, & in mulieribus superfluus fluxus menstruorum, & etiam quando in partu superflue exuberant. Et potest etiam syncope prouenire ex ruptura seu crepatura, vel ex apertura magni apostematis subito. Et vigiliæ similiter hoc facere possunt. Et etiam accidentia animę, sicut excedens gaudium, & tristitia. quoniam hæc faciunt spiritus exhalare superflue dilatando, & constringendo: & inde in substãtia membrorum anhelitus spiritus malam acquirit complexionem. Et etiam fortis dolor est vna ex rebus, quę ducunt ad syncopen. & hoc accidit aut ex mala complexione acquisita ex dolore, aut supfluitate motus virtutis expulsiuæ facientis dolorem, sicut dicit Gal. Hęc aũt, quę dicta sunt, sunt omnia accidentia, quę habent syncopẽ facere, & promouere. Et summarie scire debes, q̃ quando syncope fuerit cum febre, studendum est tunc in remouendo, & rectificando, seu curando syncopem: quãuis contrariũ febris videatur. Et nos dicturi sumus modum eius, cùm ipsius curam tractabimus. Et nunc incipere intendimus tractare de syncope procedente ex causa humorum crudorum. Dicimus itaq; q̃ curatio huius est regimen prædictum in curatione harum febrium. quare si ex negligentia, vel defectu ipsius in syncopen inciderint, iuuabimus eos in primis propinãdo cibum, etiam si in medio fuerint paroxismi: quamuis nostræ intentioni contrarium videatur, cùm intendamus q̃ natura ægritudini debeat pręualere. & in hoc casu nihil vino melius reperitur. Quare dico q̃ quamuis vinum Sarracenis bibere licitum non sit, tamen in hoc loco ita licitum esse videtur vinum bibere, quemadmodum eis licitum est comedere carnes morticinas, scilicet quæ per se moriuntur, vel suffocantur habentibus necessitatem. quare incipere debemus eis dare micam panis infusam vino. Et vinum, quod melius reperitur, est aromaticum: cuius caliditas penetrare potest per totum corpus, quod sit sine amaritudine, & stypticitate: & est illud vinum, quod est vinosum, pungitiuum in principio, & post delectabile sine aliqua amaritudine, & ponticitate. Et mihi non placent vina in nostris partibus assueta, sicut sunt vina picis: ideo quia sunt vina medicinalia, & non nutritiua, & nocẽt principalibus membris sua siccitate, & acuitate. Diamusq; autem in talibus propinatum cum vino non nocet. Et in principio syncopes rorare faciem, et aspergere cum aqua rosata, vel saltem conueniens est cum frigida. Et si syncopizans habuerit apostema hepatis, vel stomachi, vel similium membrorum, non speres eum curare cum exhibitione cibi: quia cibus plus multiplicat apostema, q̃s fortificet virtutem. Et fricare extrema i hora syncopes conueniens existit. Illis vero, quibus prouenit syncope ex caliditate vel acumine renum, quod scire poteris ex signis dictis ab Hip. quæ sunt urines acutæ, oculi concaui, tempora plana, et similia: cura illorum est contraria supradictæ: quia ad conseruationem illorum non indigemus abstin[illegible] vbi intercipere diem criticam, nec [illegible] aliquo modo. Et ex cibis conu[illegible] est mica panis, vel kist ordei cu[illegible] quia i granis granatorũ pro[illegible] putrefactioni, & vt cibus in [illegible] teri minime possit. & ex ci[illegible] bent cõfortare, sunt vitella ouo[illegible] rum, & pullæ paruæ. Et si syn[illegible] cibi, cibandus est ex pane infuso [illegible] quosum, lene, odoriferum, albũ [illegible] phatum sit cum aqua frigida. [illegible] cit ex humoribus viscosis mu[illegible] cillo[illegible] phatum esse debet cũ aqua ca[illegible] lidam [illegible] da illis magnum infert nocu[illegible] mentum. Et [illegible] purpura pomorum, et cydoniorum cum medicinis [illegible] conferunt syncopæ, sed non iuuamento vinitiquia natura necessario dominari debet super ipsas ad ipsarum conuersionem. Vinum autem digestioni citius præparatur omnibus aliis cibis et medicinis: ita q̃ dicitur q̃ in stomacho non moratur ad digerendum, nisi in hepate solum, & in talibus tantũ indigemus restauratione & nutritione. q̃ si inueniri posset aliquid, quod nutrire posset absq; digestione, illud melius cæteris diceretur, & vtilius propter eorum debilitatem, & quia intendimus ipsos citius iuuare, q̃ esse potest. Aer autem, in quo infirmus iuuari debet, frigidus & stypticus debet esse. & generaliter tibi necessarium existit, vt talibus ordines omnia, quę habent resolutioni obuiare: et emplastrando super uentres eorum, & stomachos res stypticas & aromaticas. & si calor in talibus eẽ fortis reperitur, propinabis eis res stypticas, & aromaticas. Et habens syncopen causa apostematis aliquorum membrorum principalium, nullatenus de ipsius liberatione confidere debemus.

De syncope proueniente causa Stomachi. Ca. XVII.

SYncope quidẽ ex stomacho procedẽs, si ex cholera, q̃ in ore stomachi abundauerit, fuerit, in primis vomitum prouocare debemus, ponẽdo pennam eis in ore. & si cum hoc euere non poterit, naturam tũc mollificare debes. Et Gal. videtur vt talibus in hoc casu oleum tepidum dare debeamus. quoniam si vomitum non habuerit ab eo, saltem natura mollificabitur inde. Sed quia hæ medicinæ, quæ habent vomitum prouocare, de sui natura est, & proprietate sinu-

lare virtutem plus eo,quod facit humor efficiés syncopen,& addit in eadem ægritudine:& propter hoc dico q̃ longe melius est confortare eorum stomachos cum mastiche,& spica nardi,& succo cydoniorũ,& foliorum vitis.quia taliter virtus eorum expulsiua confortatur,& humorem expellit.& si vomitus à se prouenerit in hoc casu,valde laudabilis existit.In syncope quidem facta ab humoribus frigidis dabis de electuario dia trion pipereon,studẽdo extrahere humores, quemadmodum dicturus sum in curis cuiusq̃ membri.

De syncope decidente causa Doloris.Cap. XVIII.

DIco q̃ si potes remouere dolorem remouendo causas ipsius,non intendas curare cũ rebus existentibus contrarijs ægritudini. & hanc curam inuenies in curis malæ complexionis, quæ accidit in vnoquoq̃ membrorũ q̃ dolor aliquando procedit à mala complexione calida vel frigida,materiali vel nõ materiali:& accidit aliquando à mala complexione sicca absq̃ materia,sicut accidit dolor in spasmo sicco. Sed quando dolor intensus fortificatur,q̃ non est tempus expectandi,tunc curare debemus etiam cum rebus augmentantibus causam,[illegible]quando membrũ doloros um.& hæc cura non [illegible]per accidẽs.Cognoscendo sensum illius membri [illegible]xio reperitur causa humoris ibi [illegible]ur motus eius expulsiuus,[illegible] tamen resolutionem spirituum [illegible] sensus superfluus membri eius re[illegible] superfluitas resolutionis spirituum [illegible] do facimus hãc speciem curationis [illegible] sa frigida prouenientibus in [illegible] gnum nocumentum.Sed si ca[illegible] non tãtum sequitur nocumẽtum. No[illegible] illam curam in causa frigida,nisi cum [illegible] articulo mortis esse reperitur causa doloris. Et ex huiusmodi medicinis,quæ in hoc casu magnam habent proprietatem,est philonium.& est rationabile propter opium receptum in ipso.Et hæc cura generaliter in omnibus doloribus acutissimis operatur.& in quibus magis necessaria existit,est in doloribus oculorum, auris,& dentium,& intestinorum.Et Gal.præcipit q̃ minime exercere debes hanc curam,nisi postq̃ prognosticatus fueris infirmo,q̃ in fine ex ea læsionem habere debet.tamẽ conari debes in remittendo nocumentum, quod ex eo cognoueris esse futurum.& in partibus nostris, quando volunt opium operari,non faciunt nisi miscendo cum alijs medicinis,sicut est in philonio.Et melius philonium est illud,quod non est vetustum superfluerquia in eo virtus opn est consumpta:non recens nimis,quia in eo virtus opn superflue abundare reperitur. Cura vero cum theriaca in doloribus remouendis est cura causæ remotionis:quemadmodum faciunt illa,quæ habẽt remouere malam complexionem facientem dolorem. & propter hoc in illo casu opus theriacæ laudabilius existit opere philonij. Et cum volueris remouere dolorem, remouendo causam ipsius, consyderare prius debes quis humor est in causa. quoniam si ex humore calido fuerit,sicut dicit Gal.de illo,qui patiebatur dolorẽ vẽtris, & extimabatur q̃ causa illius esset ex humoribus frigidis,sicut pro maiori parte accidere cõsueuit & quandocunq̃ dabantur ei calida per os, aut dysteria ponebantur,dolor in eo semper augmentabatur:& sic ogmitum fuit q̃ dolor erat ex humore calido cholerico imbibito in pelliculis intestinorum,& tunc cibatus fuit cibis non facilis cõuersionis,& bis eidem propinata fuit medicina facta cum oleo, & sic fuit liberatus ab ipso. Sed si fuerit dolor ex humoribus frigidis, tunc curabis eum euacuando humorem dictum, sicut fecit Ga.in seipso cum clysteri,cùm extraxit humorem vitreum,& inde liberatus fuit. Et quandoq̃ etiam fit dolor causa ventositatis fumosæ,quę resoluitur ex cõpore ipsius humoris. & talis dolor non est curandus cum medicinis vltimæ caliditatis:eo q̃ quamuis resoluant ipsam,faciunt oriri iterum ex ipso humore aliam fumositatem.quare cura istius doloris esse debet cum medicinis modicæ caliditatis,& quæ cum hoc habeãt virtutem digerendi.& theriaca etiam in hoc casu magni existit iuuamenti. Hucusq̃ iam elongatus fum, ab intentione materiæ: eo q̃ curam remotionis causæ memoratus ero,cũ tractabo de curis remotionum accidentium:& nunc redire intendo ad illud,quod præter misi de mea præscripta intentione superius. Dico ergo, q̃ in doloribus aliq̃ fiunt localia remedia:sicut cum pinguedine anseris,& gallinæ,& anatis.& aliq̃ fiunt cum embrocatione aquæ calidæ,& olei,& ponẽdo eos i balneo,& cũ his similibus. In doloribus vero factis ex vaporibus calidis solum apponimus vẽtosas cum igne.& hoc tandiu est faciendum,donec Medicus tempus vel spatiũ habeat causam remouendi:eo q̃ maior pars illorum dolorum,q̃ ex ventosis remouentur, redire consueuerunt:nisi Medicus temporis spatij fuerit studiosus ad remotionem ipsius causæ.quia vix esse potest,quin error cadat in regimine ipsius infirmi: & inde videbitur reciduare.& si rationabiliter esse debet, q̃n vapores istius humoris semper faciunt paroxismum, donec ex toto sit resolutus,vel ex toto euacuatus.

De syncope proueniente ex superflua Euacuatione. Cap. XIX.

SCias q̃ cura istius syncopes fit pluribus modis. Primus est vel fit,trahendo materiam ad partẽ opositam.Secundus fit,confortãdo illud membrũ, vnde fluit materia,ne ipsam superflue spargere possit. Tertius modus fit,stringendo vias,vnde fluunt humores ad locum.Quartus modus fit,impediẽdo virtutem expulsiuam,quando superflue expellit: sicut fit in illa passione,quæ cholerica nominatur, & in Arabico dicitur almayda,in qua vomitus & fecessus simul hunt, quæ curatur stringendo,& ligando crura,& brachia,et ponendo eos in balneo:& cum hoc etiam in eadem necessitatẽ habemus ponendi styptica intus,& extra. Sed quia balneum superflue habet soluere,& euacuare,ideo cum timore magno tales in balneo ponẽdi sunt, etiam exhibẽdo eis styptica.& etiam de istis adhuc locuti erimus,q̃n tractabimus de cura malæ complexionis materialis,dum euacuatur de membro ad membrum.

De syncope superueniente ex superfluo fluxu Sanguinis narium,uel aliorum membrorum. Cap. XX.

CVra sanguinis narium, si fuerit ex nare dextra, ponendæ sunt ventosæ hypochondrio dextro super hepar.& si fuerit ex sinistra,ponendę sunt super splenem.& similiter si ex menstruis superflue fluxerit,ponimus vẽtosas super mammillas: & cum hoc propinanda sunt styptica, quæ habent constringere orificia venarum.

De syncope proueniente ex superflua Vigilia. Cap. XXI.

VIgilijs subuenimus cum cibis,quoꝝ proprietates sunt inducere somnum: & cũ vnctionibus prouocãtibus somnum,sicut est oleũ nenufarinum,et violatũ,& olecũ de seminibus cucurbitaꝝ:& cũ odoratiuis

odoratiuis inducentibus somnum. & etiam debemus dare eis vinum lymphatum,si fuerit sine febre. Hæc autem omnia supradicta diximus ad rectificationem, seu curationem prauorum & periculosorum accidentium febribus superuenientium. Curam autem remotionis causæ rememorabo, quando tractabo de curis accidentium,& malorum apostematum.

De curatione malæ complexionis particularium membrorum. Cap. XXII.

ET postq̃ narrauimus breuiter curationem malæ complexionis vniuersalis, narranda est curatio malæ complexionis particularis.Sed quãdo mala complexio est immaterialis, cura esse debet per contrarium:& quando fuerit materialis,cura esse debet per euacuationem,& per contrarium simul.Sed in euacuatione,& in resistendo per contrarium consyderanda est ætas,& complexio,& cõsuetudo,& tempus. & etiã attẽdere debes complexionem membri, & formam ipsius,& positionem eius,& colligantiam suam,et sensibilitatem,et suum iuuamentum:hoc est quia alicui mẽbro supuenit solutio sine apostemate,& postea de apostematibus loquemur.Et dicamus q̃ modus, vel vsus medicaminis malæ cõplexionis particularis est vnus, sed diuersificatur in aliqua proprietate, quẽadmodum conseruatio propriæ complexionis illius membri,& figuræ ipsius,& positionis,& cõpassionis,vel colligantiæ,subtilitatis,& sui iuuamẽti.& hoc dictum est i his, quæ præcesserunt:sed est necesse vt hãc consyderationẽ semp habeamus propter illa,q̃ hic narrare intendimus.

De cura malæ complexionis siccæ Stomachi sine materia. Cap. XXIII.

SI stomacho mala accidat complexio sicca solum non materialis,dicimus q̃ modus medendi illam est vnus & idem modus cum modo medendi malam complexionem totius corporis siccam. sed diuersificatur in hoc,quia dissimilis est complexio naturalis stomachi à complexione totius corporis. Ergo incipere debemus ponendo ipsum in balneo tẽperato.& post balneum lac bibat temperatum asinæ, aut caprę cum aliquantulo zuccharo. & quando cognoscemus eum digessisse lac per signa ructus,& tumoris stomachi, iterum ipsum in balneo ponemus:spatio tũ intercurrente iterum & aliam balneationem quatuor horarum aut quinque.& semper in exitu balnei debet inũgi cum oleo violato vel communi:eo q̃ ipsum humectabit,& cauebit ei à multa dissolutione.& in quolibet exitu balnei propinetur lac supradictum,si ipsum affectauerit: sin autem,aqua ordei propinetur. Et hora prandij detur panis mundus bene coctus,& bene fermẽtatus cum pullis gallinarum,& caponibus impinguatis cum lacte amygdalino.et pisces petrosi ad hoc sunt vtiles: carnes perdicum,& phasianarum,coturnicum etiam vtiles sunt.Et cibus conuenientior est ille, qui velocis digestionis est & multi nutrimenti:quamuis tales cibi aliquando videantur contrarij.Et vinum talitũ debet esse aromaticum cum àqua mixtum. & talis quantitas vt cibum in stomacho natare non faciat, nec extensionẽ, aut grauedinem iferat. Et cùm hęc passio fuerit sedata, paulatim ad illius consueta parumper deducemus.

De cura caliditatis & siccitatis Stomachi. Cap. XXIIII.

SEd quando cum siccitate coniungetur caliditas, tunc cum hoc regimine res frigidæ sunt admiscendæ,sicut aqua ordei,syrupus de nenufare,& syrupus de violis.& vinum magis tẽperetur cum aqua frigida.& istis aqua frigida conueniens existit. Et si siccitas multum fortis fuerit,tunc aqua frigida est timorosa,ne os stomachi lædat.& vngendus est cũ oleo amygdalino.& inquantum ægritudo in caliditate & siccitate excedit, intantum indiget rebus infrigidantibus & humectantibus:sed in eo quòd est stomatica,indiget rebus habentibus aliquid caliditatis cum styptricitate,& aromaticitate.& propterea non est malum cum his addere aliquantulum mastiches.

De cura frigiditatis,& siccitatis Stomachi. Cap. XXV.

SEd quando cum frigiditate siccitas coniungetur, tunc cum lacte aliquãtulum mellis est ponẽdum, cùm boni sit odoris atq̃ saporis.& aqua ordei dimittatur,si fortis frigiditas affuerit.& tali stomacho superponatur pulvis mastiches cum oleo rosato extensus super lanam.& oleum amygdalinum est cum istis iuuatiuum valde.& emplastrum picis inter cætera iuuatium existit,quando rationabiliter fit:hoc est vt ponatur super membrum,& non ibi diutius immoretur,nisi vt poros aperiat,& postea auferatur. Et scias q̃ siccitas difficilior est [illegible]ad humiditas ad exitu[illegible]ocum frigidæ difficiliores sunt ad re[illegible]em,q̃ calidæ ad recipiendum fri[illegible]quia difficilius quod in his esse posditatem,& siccitatem,quia est ægritu[illegible]nanque corpora debent custodiri, ne [illegible]nt senectutis,

[illegible]malæ complexionis calidæ Stoa[illegible]chi. Cap. XXVI.

[illegible]m complexio calida sola videtur vt [illegible]at cum rebus frigidis solum.Sed ti[illegible]um infrigidari non debet ex toto: propter quod [illegible]hoc membrum dominatur frigiditas,quia in [illegible]ex vnaquaq̃ re,quæ alterationem recipit,potius illam recipit,ad quam sua complexio declinat naturaliter.& ideo grittudines istius membri à frigiditate cauẽtur vehementius.Et experimentatores nostri temporis in passionibus stomachi multum errant:eo q̃ non intendunt calidũ stomachum alterare,nisi cum frigidissimis rebus:& tamen cùm Medicus percipit q̃ aqua sit danda, & hoc vetat, erit magnus error.sicut recitat Gal.de quodam, qui in stomacho suo habebat complexionem malam calidam fortem,& Medicus eidem aquam frigidam bibere inhibebat:& Gal.ei aquam frigidã præbuit,& euasit. Et propter aliam causam infrigidationem istius membri vitare debemus:eo q̃ habet operationem toti corpori cõmunicantem:vnde princeps cõicans appellatur. & mẽbra,quæ tale officium habent, infrigidari minus non debent,vt virtutes eorum non lædantur. Et propter hoc præceptum habemus,vt supra stomachum oleum non ponamus actu frigidum,& si sit frigidum in potẽtia.& hoc est simile ei,quod facimus in euacuatione:quia cum celeriter purgantibus miscemus styptricas medicinas,aliter processus cõueniens non esset. Et q̃n Gal.dicit q̃ in lęsione operationis membri maior cadit timor in euacuando q̃m in alterando,non sanè loquitur,sed erat.quia sicut timenda,est euacuatio, vt virtutem non lædamus,sic in alteratione,& maxime i alteratione frigiditatis.nã ille modus est maioris damni in membris nutritiuis. Et regula medicationis in principalibus membris non accipitur nisi à colligãtia cordis cum ipsis.Et quare vituperat Gale. Archigenem, cùm dicit q̃ virtꝰ regitiua i corde existit,cũ ipse medicet cor.& licet Tertio de Locis affectis.

ægrotet cerebrum? & propterea quia Archigenes cordi non subueniebat, Gale. ipsum vituperabat: ergo secundum Archigenem in medicando procedebat, & causam medicationis ignorabat.

De cura frigiditatis, et humiditatis Stomachi. Cap. XXVII.

SEd mala complexio frigida & humida est calefacienda & exiccanda, sicut cum electuario trium piperum. Et q̃ dicimus in medicatione malę complexionis non materialis in stomacho, illud idem debet intelligi in alijs membris: & maxime quando fuerint causa dandi malam complexionem toti corpori, sicut aliquibus membris. Quod si mala complexio calida & sicca aduenerit, erit causa dandi toti corpori ipsam, & in hecticam poterit prouenire. & hoc erit, quando illa mala complexio vsq; ad cor deducetur.

De ægritudinibus Stomachi, & aliorum membrorum principalium cum materia. Cap. XXVIII.

ET posq̃ sumus locuti de mala complexione non materiali, loquemur de eius de mala cõplexione materiali, quæ potest aliqui superuenire membro. Et dicimus q̃ intentio sunt de[le]ndo & sunt [e]uitetur superfluitas, & rectificetur [ma]teria relicta à superfluitate. & significatio hu[ius] ex operationibus, & ex positione m[em]bra, & ex colligantia eiusdem, & ex [fi]gura ex sua sensibilitate, & ex demonstra[tio]ne tudinis, & eius causæ, & accidentis. [Et] perfluitatum quædam sunt, quæ ge[ne]rantur quædam sunt, quæ ab alijs fluun[t] cõsuetudo est, q̃ forte membrum [fu]debile expellat: & maxime si ad hoc [ap]tum, & viæ, quæ confluunt ad ipsum, sicut [cu]m stomacho. & hoc in medicatione [ip]sorum est sicut efficiens causa. Et est persuadendum in rectificatione illius membri, & in rectificatione suæ complexionis, si est sufficiens, aut si necesse est totum euacuare corpus. et in hoc est necesse anticipare in fortificando membrum cum stypticis medicinis, vt materia ad illud non trahatur, si corpus non sit plenum, vt attrahimus materiam ad contrariam partem ad ignobilius mẽbrum, & postmodum medicamen conueniens adhibemus. Et viam medicationis membrorum accipimus à forma mẽbri, & à loco. sicut stomachus vt plurimum per vomitum debet euacuari, & per pharmaciam ut minus. & hepar cum ambobus euacuari potest, quibus etiam prouocatio iungitur vrinæ. sed intestina solum pharmacia, & clysteris. Sed si humor fuerit fixus in substantia membri, tunc est necessaria fortior medicina, vt trahat. Et aliquãdo erit compositio in eo, quia in ipso est humor proprius, & est alter transmissus. & sic est necesse duobus modis prouidere. Vnus est in periculosiori. Alius est in euacuatione alterius, sine cuius remotione curatio fieri non posset. sicut v.g. vt in essentia stomachi sit humor vnus acutus, & in concauitate alter humor sit locatus, tunc non est purgandus, vel non poterimus ipsum humorem purgare qui est in essentia, donec non trahetur qui in concauitate existit. sed si humor, qui est in essentia, esset syncopen inducens, tunc prouidẽdum est. sed si res nõ existat periculosa, tunc in medicatione ordo est seruandus, hoc est vt prouideatur ægritudini, quę currit per viam causæ, & postmodum occasionem remouere. Et similiter ægritudo, quæ non curatur nisi p euacuationẽ alterius, quę non est ipsius causa. v.g. qñ in stomacho vnus humor est fixus in eius substãtia, & alter est in cõcauitate, qui sparsus est à cerebro: dicimus q̃ primitus prouidendũ est cerebro: & postea de humore, qui effusus est in stomacho: vltimo vero de illo, qui in substãtia est imbibitus. Et hic inueniuntur medicinę propriæ in euacuatione proprij membri, & proprię in fortificatione membri, ad hoc ut superfluitates recipere non possit. v.g. qñ in substantia stomachi fixus fuerit humor acutus, tunc hiera aloes vtilior est ad ipsum extrahendum, q̃ alia medicina: eo q̃ aloe non nisi à stomacho trahit. Sed aliæ medicinæ, quę ipsum trahunt humorem, quãuis trahant à stomacho propter suã. fortitudinem, etiam ad stomachum trahũt. Sed qñ humor est in concauitate, sufficit in abstractione ipsius absinthiũ cum melle, & myrobalani citrini. Sed si iste humor est phlegmaticus, aut subtilis, aliqñ sufficit vomitus cum aqua ordei, & melle, qñ fuerit diuisus cũ oxymelle cõpositor: & postea studere debes in extrahẽdo ipsum cum medicinis proprijs huic, sicut est agaricũ, & colloquintidis, & cum gummi laxatiuis, si necesse fuerit. Et si fuerit humor melancholicus est euacuandus post ipsius incisionem cũ medicinis sibi proprijs. Et studiosus esse debes in operationibus tertijs ex proprietatibus medicinarũ in vnoquoq; mẽbro: eo q̃ vnicuiq; mẽbro sibi ꝓpriæ medicinæ à tota specie reperiuntur. Sed incisio hæc est necessaria, si humor fuerit grossus, & post ipsam fm conuenientiam purgatio. Vniuersaliter hic sunt considerandæ tertiæ virtutes medicinarum: eo q̃ sunt propriæ vnicuiq; mẽbro. & iccirco vt mihi q̃ narratio medicinarũ ualentium unicuiq; membro cum narratione ægritudinũ est via cõpletiua in hac summa. Et ꝓpterea una ex conditionibus, quæ dẽ in hoibus pfectis in artibus est, vt sit dñs artis ex se, ita vt cognoscat res necessarias perfecte, cùm inspexerit rerum diuersitatem.

De inflatione membrorum, & Apostematibus in generali. Cap. XXIX.

DEinceps uolumus narrare ægritudines, quę sunt cum apostemate. Et dicimus q̃ prima intentio apostematis, in eo q̃ est apostema, diuiditur in duas partes: vna est euacuatio materiei facientis apostema: alia est remotio malæ complexionis. Et aliqñ minor cadit consyderatio in vna istarũ q̃ in alia. & aliqñ cõsyderatio in vtrisq; æqualiter currit. Euacuatio plus consyderari debet in apostemate sanguineo, sed alteratio plus in erysipelate est consyderanda, q̃ euacuatio. Sed compositio istorum duorum humorum æqualiter consyderationem præbet. & istæ duæ intentiones non cõsyderantur, nisi facto apostemate. Sed qñ est in fieri, tertia adiungitur intentio. & hoc est ad remotionẽ causæ. & hoc fit resistendo sparsioni materiæ ad mẽbrum, quæ prouenit aut propter totius corporis repletionem, aut propter alicuius mẽbri repulsionem, aut plurium: eo q̃ fortius membrum ad debile expellit superfluitates suas. & ad hoc adiuuat communicatio membrorum, & habilitatio viarum. Et aliquando causa istius attractionis est mala complexio calida istius eiusdem membri, & aliquando existit causa dolor fortissimus membri. nam manifestum est q̃ complexio calida trahit, nã caloris proprium est attrahere. Sed dolor hoc facit, aut propter malam complexionem, quę generat dolorem: aut propter malam cõplexionem, quæ fit propter superfluitatem motus virtutis expulsiuę, cùm superfluitates expellit: aut propter istas res ambas. Sed mala complexio calida, quæ causa existit attractionis, aliqñ accidit pp extrinsecas causas, sicut propter morsuram, percussionẽ, & sistra. & aliqñ propter intrinsecas accidit cãs, sicut propter humorem mordicatiuum, & similia, aut ventositatem

Mẽbra sortia expellũt superfluitates ad mẽbra debilia, & maxime si loc⁹ & viæ ad hoc iuuant. 1.Aff. c.5. quæsti. & apud Aur. pria pri mi. c. de mẽbris.

positatem extensiuam, aut propter superfluam repletionem, quæ grauat membrum. Et hæ tres intentiones curationis apostematum sunt. quarũ quædam sunt, quæ sic se habent, q̃ una aliquando contrariat alteri: & quædam non. & iam diximus cui magis intendere debemus. Et deinceps narranda sunt illa, quibus competunt hę tres intentiones in medicatione apostematum, & incipiemus à resistentia causę efficientis. Et dicamus si causa attractionis ad membrum propter resolutionem existit, est facienda tunc euacuatio vniuersalis: sicut phlebotomia, si propter multitudinem fuerit sanguinis: aut per pharmaciam, & vomitũ, si propter malitiam fuerit humorum: aut cum utrisq;, si adest vtrũq;. Et est necesse vt ista euacuatio fiat, sicut dictum est, per attractionem materiæ ad partem oppositam per vias apostematis propinquas, sicut icedit natura. quia apostema hepatis vt plurimum criticat per fluxum sanguinis narium. Et ista eadem uia intelligenda est in euacuatione humorum. nam si materia fuerit in superioribus, tunc pharmacare & clysterizare debemus: & si in inferioribus, educere debemus per vomitum. Et si causa, quæ facit effusionem materiæ, erit in vno membro, tunc illud euacuãdum erit, sicut est cum fricatione. verbi gratia, si materia, quæ ophthalmiam habet inducere, effunditur per oculos, & prouenit à cerebro solum, tunc ventosæ in fontanella colli vtiles sunt: propterea quia hæc euacuatio duas aggregat intentiones conuenientes in hoc casu, quia euacuat membrum apostematum, & materiam trahit ad oppositam partem. Euacuatio vero, quæ fit ex membro apostemato, corpore existente pleno, est ex rebus ledentibus multum, unde si hoc peccatum elongare voluerimus, oportet nos totum euacuare corpus, & postea redire habemus ad primum membrum euacuandum. Et quia vnumquodq; membrum pro maiori parte reperitur habere proprias vias, per quas euacuationem recipere potest, ideo per easdem vnumquodq; cùm indiguerit, debemus euacuare: sicut cerebrum, quod potest euacuari per sternutationem, & gargarismа. Et si feceris ista, corpore existente plethorico, lęsionem inde habebit infirmus. Et aliquando huic intentioni euacuandi materiam ante dictam alia adiungitur intentio, secundum quòd ante dictum est, vt est fortificare membrum cum stypticis & frigidis, ut superfluitates non recipiat. & hoc fiat corpore vacuo existente. & si hoc non feceris, non erit totum, quin materia non redeat de membro ignobili ad nobile. & hęc est vna ex rebus, ex quibus apostemata curantur in principio. Et si causa infusionis membri fuit ipsius caliditas, intendendum est tunc vt remoueatur mala complexio ipsius. remota uero complexione mala, membrum debet confortari, & si remota non fuerit causa, quem admodum illa, quæ propter mẽsuram alicuius animalis venenosi fit, tunc prius euacuandum est illud venenum cum medicinis attractiuis, aut ventosis. & si humor affuerit, euacuetur. Et aliquando significatio sumpta ab istis est secundæ intentioni cõtraria, hoc est apostematis euacuatio: & quandoq; non est cõtraria. Exẽplum contrariæ est, videlicet, quando remotio complexionis calidæ fit cum medicinis frigidis: qa euacuatio non fit nisi cum medicinis resolutiuis. Exemplum non contrariæ est, vt quando causa fuerit humor grossus in membro, tunc duæ intentiones fient vna: eo q̃ fient solum cum medicinis resolutiuis. Sed medicatio doloris, fm q̃ dictum est, aut fit propter remotionem suę causę: aut dando membro complexionem contrariam doloroſæ. & hæc fiunt cum medicinis, quæ propriæ sunt in mitigando dolorem, sicut est pinguedo anatis, & gallinæ, & oleum vitelli ouorum, & similia. Et aliquãdo remoueretur dolor per membri stupefactionẽ. Hæc est regula istarum trium intentionũ superius narratarum. Sed fit fm ordinem temporum apostematum. quia fm plurimum medicatio apostematis in primis fit euacuatione, & repercussione, supponendo frigidas & stypticas medicinas super apostema. & illud, quod magis necesse est vt causa efficiens remoueatur, est in apostematibus citi aduentus, sicut in apostematibus acutis, quæ ex cholera & sanguine prouenunt. Sed secunda intentio est, q̃ ipsius apostematis post statum euacuatio fieri debet. & principium debet esse cum medicinis maturatiuis. Et si euacuatio non est sufficiens cum rebus resolutiuis, tunc aperiatur cum medicinis corrosiuis, aut cum ferro. Et manifestum est q̃ si euacuatio fiet cum medicinis dissolutiuis, dum [ma]teria est in cursu, plus ad mẽbrum apostematum [tra]hi posset euacuari. propterea necesse est vt post [eua]cuationẽ apponantur medicinæ repercussiuæ mi[xtæ] cum paucis resolutiuis: eo q̃ stypticæ communiter dolorem. Et quando fuerit in statu, tũc medicari [de]bet cum medicinis resolutiuis solum. & intra [ist]a tempora vtendum est medicinis ex his duobus [ge]neribus. Et istæ medicinę scientur in libro Simi[li]a. Regimen veno in apostemate calido [in] primis est refrigeratio: eo q̃ [cu]m [re]percussione est etiam repercussio. & etiam quia [ex] [hu]iusmodi operationem caloris cursus materiæ destruit. [Ap]postema vero frigidum curari non debet cum rebus [re]percussiuis. nisi facto tempore augmenti: quia calidi[ta]s per resolutioni. hæc est intentio medicatorum, inquãtum sunt apostemata. Deinde [ex] apostematibus, sin q̃ sunt alicui mẽbro [ad]iuncta. ab apostematibus calidis principium [ha]bentibus in membris siũt intrinsecis, & extrinsecis. [Ap]postema calida, intelligo etiam illa, quæ ad saniem [ve]niunt. Et quando fiunt in principali[bus] mẽbris ipsis oritur, sive apostema fuerit sanguineum, vel colericum, vel phlegmaticum, vel melancholicum. Et phlegmatica, quæ ad saniem non perueniunt, sunt duæ materies, qui dicũtur nascentiæ. Et melancholica, quæ ad saniem non perueniunt, dicuntur scorbotica & cancrosa. & raro fiũt in membris intrinsecis. & qñ fiunt, incurabilia sunt: eo q̃ indigent fortibus medicinis, quas intrinseca mẽbra tolerare non possunt: eo q̃ horum cura non fit nisi cum ferro: quoniam talia apostemata non resoluuntur, nisi post longitudinem temporis: & tũc virtus infirmi iam defecta esse reperitur. & propter hoc hæ curationes non fiunt, nisi cùm fuerint in membris extrinsecis. Et dicamus q̃ apostemata, inquantum sunt apostemata, requirunt cum suis medicinis intentiones tres supradictas. Sed diuersificantur in his tribus suis speciebus fm magis & minus. Nã apostemata cholerica in primis egent refrigeratione multa cum violis, & cũ viriditate illa quæ fortia aquas reperiuntur, & cum vua canina, & cum cucumere & malaxata cum frigidis siccis, & humidis sed [in]frigidis. Sed sanguinea cum refrigeratione fit prius egit, nisi adsit dolor. & si dolor adsit, sunt misceda mitigantia. Sed phlegmatica, & melancholica medica indigẽt refrigeratione, & repercussione, quia debilem motum habent. Intentiones communes in apostematibus gratia membrorum, in quibus sunt, sunt hic narrandæ: eo q̃ in his maxime cadit prouisio: & maxime si fuerit in membro principali. Et dicimus quod euacuatio, quæ pp phlebotomiam fit propter apostema alicuius membri intrinseci, debet recipere colligantia membri, & à loco suo. eo quod quando non potest hęc euacuatio in

membro læso, tunc debet fieri per membrum cõicans ei, & magis propinquũ. & sint meatus de vno ad aliud recti, aut rectitudini propinqui. sicut in mẽbris inferioribus phlebotomia basilicæ valet. & in apostematibus capitis, pectoris, & pulmonis cephalicæ valet. phlebotomia medianæ oibus valet mẽbris. Et si indiget phlebotomia propter hepatis apostema, in apertione basilicæ dextræ cadit consyderatio, quia Gale. dicit in lib. de Ingenio sanitatis, quòd dextra in apostemate hepatis phlebotometur, & sinistra in apostemate splenis. & in sermonibus suis vniuersalibus cõtrarium ponit. Et tu scis, quòd in euacuatione apostematũ duę res intendun tur. Vna est euacuatio materiei membrorum cum ipso cõicanthum. Alia est, vt fiat declinatio humorum ad partem oppositam, quam natura facit, quando criticat apostema hepatis per nasum sanguinis ex nare dextra eo q illa euacuatio cõ[illegible]chẽdis oppositionem, & cõicationem. Sed in phlebotomia basilicæ in apostemate hepatis ex dextro latere non est nisi vna intentio, hoc est communicantium euacuatio: propterea qa est 20 sm dimensionem corporis, quæ secũdum latitudinem existit: eo q dimensiones oppositę sunt sex, videlicet duæ latitudinales, & est secundum dextrum & sinistrum: & duæ longitudinales, vt superius & inferius: & duæ profunditatis, vt ante & retro. Et hoc [illegible] dum est in apostematibus splenis, & pectoris [illegible] do apostema fuerit i parte dextra, phlebo[illegible] silicam ex parte sinistra. et si fuerit in sinistra [illegible] namus econtrario. Hepar vero cum sit in [illegible] sione, vel extremitate dimensionis la[illegible] 30 necessarium esset vt phlebotomia fieret [illegible] tem & hæc basilicæ lateris sinistri, qui[illegible] tur communicatio, & oppositio. Et [illegible] nos intendimus facere euacuationem, comm[illegible] op positionem continentem, tunc lu[illegible] oppositum trahere materiam, quam [illegible] num intendimus solum. ergo cùm fuerit necessarium euacuare cor pus, propter huius necessitatem, tunc est necesse habere ambas intentiones. Sed aliando nobis sufficiet solum membrum apostematum euacuare, tunc nobis vna so- 40 la sufficiet intentio, ideo in maiori parte, quando intentionem habuimus in talibus locis, faciemus attractionem sine euacuatione remouentem & tunc poterit fieri cùm membrum euacuatione indiget, et non totum corpus. Et potest aliquando esse, vt prima intentio sufficiens sit similiter in aliquo loco. & fiet hoc solum tempore status apostematis, sicut minuitur ex vena linguę in synanchia facta. nam si possemus mẽbrum proprium phlebotomare, conueniens esset: eo q quòd non sit timendus materiæ cursus. Sed tempus augmenti ag- 50 gręgat res ambas. quia si non curaremus nisi communicationem, & non oppositionem, plus trahemus ad apostemata, quàm euacuaret: sicut in eo qui medicinis vtitur dissolutiuis aperitiuis ante euacuationem: quia trahitur de sanguine ad membrum, plusquam dissoluatur. Et similiter duæ consyderantur intentiones in passione vuluæ, quando diminutius de saphena: quamuis ibi non sit oppositio nisi per longitudinem, seu dimensione. Et similiter cum ventosis in ægritudinibus oculorum in fontanella colli, & in fronte in pal- 60 sionibus occipitij capitis. Sed minutio venæ, quæ vocatur scylos, in ægritudine splenis à parte sinistra non comprehendit nisi communicationem. & si volumus materiam deriuare ad partem oppositam, fit illud in apostematibus pectoris, & stomachi, & occipitij capitis, ligando extremitates pedum, & manuum. Et propterea prohibetur in apostematibus vuluæ omnino

Tertio Metho. & quar to. c. 6. & 7. ca. 5. & in lib. de Re uulsiõe, & de Febri. ad Glauconem cap. 4. & 8. opinio Gal. de phlebotomia & diuersa. Vide. 4. c. 1. maxime. & 13. & 21. particula aphor. Rabbi Moyli in principio, et annotanões io. 1. tract. 1. 16. 2.

euacuare cum prouocantibus menstrua. Et similiter in apostematibus hepatis cum prouocantibus vrinam, et cum medicinis laxatiuis: quoniam cum talibus non fit deriuatio ad oppositа: & quia impossibile videtur esse, quòd quando tales medicinæ transeunt super apostematibus, quin eis relinquant læsionem: & iam diximus quòd hæc est vna ex rebus augmentantibus apostemata. Et similiter prohibitum est euacuare apostema stomachi cum medicinis laxatiuis, & gargarismum in apostematibus gulæ, oris, & palati. Et eodem modo omnino prohibitum est prouocare vrinam in apostematibus renum, & vesicę. Et hæc omnia non sunt prohibita, nisi donec ipsa apostemata fuerint in augmento. sed quando fuerint in statu, non est malum vti talibus, quoniam habent vigorare euacuationem membri apostemati: quamuis noui practici faciant talia absque alta prouisione, & deliberatione. Propterea consyderandum est in apostematibus aurium partis dextræ, & sinistræ, in quo latere phlebotomia sit facien da: quia manifestum est quòd cephalica in primo illo apostemate phlebotomari debet. Et videtur quòd si est apostema in aure sinistra, non debet minui de manu sinistra: quia cephalica dextra aggregat communicationem cum attractione ad contrariam partem, quia est infra longitudinis extremitatem. nam medium non est extremitas. quia non est credendum, & maxime in corporibus plenis, vt sanguis non ab aure sinistra trahatur ab extremitate dimensionis latitudinis oppositę. & quando euacuamus cephalicam, ob hoc esset melius vt phlebotomia fieret in parte dextra. quia hæ duæ res aggregantur. vna est communicatio, alia est oppositio secundum duas dimensiones: eo quòd istæ operationes opponuntur secundum longitudinem & latitudinem. & si possibile esset, desyderaremus ut quando attrahere volumus, vt ibi omnes existerẽt operationes: & maxime, quando est repletio secundum vasa.

De euacuatione Apostematum membrorum principalium. Cap. XXX.

ET debes scire quòd in euacuatione membrorum principalium penitus necessariæ sunt duæ euacuationes: vna est phlebotomia: alia est pharmaciatob hoc, quia illa apostemata secundum plurimum non sunt vnius humoris, sed in illis aggregatur malitia quantitatis cum malitia qualitatis. Sed tamen in euacuatione tu debes super humorem dominantẽ prævidere. Et Rasis testificatus est, quòd Medici sui temporis faciebant pleureticis solum minutionem, & moriebantur. Sed significatio secundæ intentionis ex apostematibus habita secundum membra, in quibus sunt, facilis non est: & maxime quando refrigeratione indiget: propterea quia apostemata hepatis, & oris stomachi non conuenienter medicinas actu frigidas recipiunt: immo necesse est vt actu sint calidæ, quamuis frigidæ potentia existant, sicut oleum cydoniorum, & oleum myrtinũ. & aliquando eis potentia calẽdis vtemur, sicut oleo masticheș, & absynthij. & hoc facimus, vt virtutem conseruemus istorum membrorum propter necessitatem corporis ex istis mẽbris. Et cerebrum etiam non sustinet medicinam multum actu frigidam. et quando inducit necessitas rei ad vtendum ea, miscendum est cum ea medicina, vt ipsam ad profundum ducat: sicut facimus miscendo acetũ cũ oleo rosato. & hoc nõ fit causa cerebri, cũ sit frigidum: sed vt facilius p craneum, & suas cõmissuras ad medullam cerebri puenire possit. & hoc non requirit pp primam qualitatẽ, sed pp secũdam. Sitr & oculi propter sensibilitatem multam,

quam

quam habent, debent præseruari à rebus fortissimis, & mordicatiuis. & albumen oui superponitur, eo q̃ res multas bonas in se habet aggregatas. nam remotum est ab omni mordicatione, & lippitudinem abstergit, & temperate frigidum existit, & figitur supra propter ipsius viscositatem. & lac nouiter à mammillis mulsum aliquas ex istis virtutibus habet, & super hoc habet virtutem digestiuam. Et aliquando consyderãtur apostemata ex parte membri, in quo sunt, per alium modum, vt nihil repercussiuum, vel refrigeratiuum super membrum ponatur, hoc est quando apostemata fiunt in locis membrorũ principalium purgatiuis: vt quando fit post aures, aut sub ascellis, aut inguinibus. quoniam quando ista apostemata generantur in his locis, & ipsa refrigerabis, timendum est ne ad membrum redeant principale: quemadmodum illud, quod fit post aures, ad cerebrum: & illud, quod sub ascellis, ad cor. et maxime illa apostemata, quæ procreantur per viã crisis omnino ab ifrigidatione ipsius abstinere debemus: eo quòd propter has actiones materia redire posset ad membra principalia, quemadmodum fugimus repercussionem apostematis pulmonis: eo q̃ cordi vicinus existit. Istæ autem sunt demõstrationes receptæ à membris secundum prædictas duas intentiones in curatione apostematum, scilicet remouere causam, & infrigidare malam complexionem prouenientem ab eadem: quamuis intentio secunda colligantiam habeat cũ prima, eo q̃ frigida sunt repercussiua. Et quod dictum est semper meminisse oportet, hoc est vt apostematibus membrorum principalium, quæ sunt sicut hepar, stomachus, cerebrum, & splen: eo quòd ista membra operationem faciunt communem toti corpori, & habent colligantiam cum corde: & propter hoc eorum virtutes conseruare debemus, miscendo semper styptica, & aromatica cũ resolutiuis. Et dissolutiua sunt sicut emplastra, quæ fiunt cum medulla panis, oleo oliuæ, & melle. styptica vero cum aromaticitate sunt, sicut absynthium, masticheș, & cydonia. Et dictum est, quamuis à me non sit bene concessum, quòd quando apostema in gibbositate hepatis existit, q̃ euacuari debet per prouocantia vrinam: & qñ in concauitate existit, per pharmaciã. & ista medicamenta à cõicatione membrum accipiũtur. Et scias q̃ medicinæ vrinã prouocantes fortes esse debent: & propter loci remotionem inueniendo debilitantur, eo quòd in hepate alterantur: sed quæ eiacuant per cõcauitatem, posse tantum nõ oportet q̃ habeant. Et iste modus credendus est in omnibus membris, ad quæ veniunt medicinæ cum multa digestione, sicut est pulmo, cui casus iste seruatur. ista significatio est sumpta à loco membri. Et medicinæ, q̃ouocantes vrinam in ęgritudinibus hepatis, oppilationes aperiunt, sicut est absynthium, & eupatorium. nam illę duę proprietatem habent in hepate, quemadmodum scolopendria in splene, & cortex ęapparis. Medicinæ vero, quæ faciliter soluunt ventrem in apostematibus concauitatis hepatis, sunt sicut aqua alubleb, & cartami. Sed euacuatio splenis per pharmaciam existit. Et si apostemata ista inueterant, tunc fortioribus indigemus medicinis solutiuis: eo q̃ membrorum istorũ natura est, vt in fine indurẽtur in eis apostemata, & maxime calida. & hoc maxime accidit hepati, ꝓpter viscosam & spissam substantiam. & etiam in renibus apostemata indurantur propter duritiem suæ substãtiæ, & in splene propter grossitiem sui nutrimenti: sed splen ipse raræ substantiæ est. Sed medicinę, quę sunt fortis resolutionis in prædictis apostematibus, sunt sicut radix lilij cœlestis, hyssopum, centaurea, & aristolochia rotunda, & his si

milia. & hoc fieri debet post fractionem eorum siccitatis cum radice liquiritiæ, & his similibus. Et scias q̃ necesse est, vt quãtum esse potest, vites ne istorum membrorum apostema ad sanię perducas: & maxime apostema pulmonis: ob hoc, quia si perducis ipsum ad saniem perfectam, curationem non habebit: quia aut indurabitur, aut æger perdetur. & medicatio apostematum, quando cum sanie aperiũtur, ingreditur ordinem medicationis vlcerum. Propterea scias vnum, q̃ prium est membris apostematis subtilem cutem habentibus, quòd ab ipsorum principio pentus sanies refudat ex eis. & propterea conueniens est ab ipsorum principio in suis medicationibus [illegible] abstersiua, vt mundificentur meatus. & [illegible] grossities fuerit, miscendæ sunt res incisiu[illegible] membra sunt sicut pectus, et pulmo, [illegible] machus. propterea necesse est vt ista abstersiua [illegible] mordicatiõe sint exempta. & istæ res sunt [illegible] cordel, & pulues furfurum condita cum a[illegible] marin, & semine melonis. & electuarium affi[illegible] oxyzaccara in apostemate hepatis prop[illegible] & stolie quidem loco atripli cis pon[illegible] stomachatibus vero pectoris & pulmon[illegible] ibus ponitur zucarum, sunt fugiend[illegible] & medicinæ, quę eis conuenientes [illegible] nili veneris, & liquiritia, & syrupus [illegible] semina melonis sunt optima in isto [illegible] apostemarũ, quæ in istis sunt mem[illegible] in ista inquantum sunt in talibus mẽbris, [illegible] apostemata existunt: propter hoc, [illegible] tionis tempore eorum medicinæ ab [illegible] non denudãtur, & in principio ab[illegible] apostemata fiunt in inferioribus [illegible] ostram inctionem, clysteria sunt [illegible] si in partibus superioribus fue[illegible] conuenientes esse videntur. et hęc [illegible] intentione loci. Sed in apostematibus [illegible] medicinis resolutiuis, et [illegible] conglutinatiui[illegible] alis locis in suo transitu. & etiam ponenda [illegible] ranslutiendo ea paulatine, vt diu in transitu [illegible] remanere. In apostematibus vero cerebri in declinat[illegible] necessariæ sunt fortes medicinæ: & maxime, quando sunt de natura declinantes ad frigiditatem, quemadmodum sunt phlegmatica. & tales medicinæ sunt, sicut oleum de castoreo, & similia. & hoc non requiritur nisi propter regimẽ membri: quia est per se humidum, & passiuũ. Et quidam euacuant materiam huius apostematis cum ventosis positis in parte cerebri posteriori. sed talis euacuatio est timẽda: eo quòd forsitan in corpore existit superfluitas, quę per ventosam ad membrum apostematum poterit peruenire. propter hoc talis cura non est facienda nisi cùm securitatẽ habebimus, q̃ humores nullatenus ad locũ discurrere possint inde. Sed hæc medicatio in principalibus mẽbris est periculosa. Hucusq̃ docui breuiter medicationem membrorum apostematum, inquantum apostemata sunt in talibus membris, adiuncta cum medicatione, inquãtum sunt apostemata: ob hoc quia medicatio apostematum, inquãtum in membris officialibus existunt, non nisi istis modis completur: quia medicatio, quæ in carne simplici existit, nõ est necessariũ vt agat, nisi inquãtum sunt apostemata. Sed in multis istorum apostematum non indigemus cõsyderatione in causis efficientibus ipsa: sicut sunt apostemata facta in carne molli causa rerum extrinsecarum. Et si corpus mũdum extiterit, sufficit in cura ipsorum apostematum oleum calidum solum.

De cura

De cura Apostematum frigidorum, & aliorum apostematum specialium. Cap. XXXI.

ET deinceps volumus loqui de apostematibus frigidis, quæ fanem non faciunt, & de formica deambulatiua, & de carbunculis, quæ fiunt in aere pestilentiali. Et dicamus quòd apostemata mollia, quę fiunt de phlegmate non multum grosso, multoties ex hepatis errore fiunt: sicut illa, quæ fiunt in extremis in hyposarca. Et horũ medicatio procedit secundum hunc modum medicationis eius, à quo generantur: & sufficit vt vngãtur oleo rosato, cum aceto, & sale. Et si multa illic spargatur materia, prodest euacuare membrum ab illa materia, & vti rebus calefactiuis & deficcatiuis, & euacuatione cum expressione membri, horum medicatio non facilis est. Et sufficit spongia infusa in aceto et aqua salsa. quia spongia habet siccare, & stypticitatem facere, eo q̃ sapit naturam maris, & acetum deficcationem, & incisiuum existit. Quæ vero sunt de grosso phlegmate embrocari debent cum spõgia in aceto infusa, mixto cum alumine, cinere, & sale. & debet spongia ligari super membrum, quemadmodum fiunt ligaturæ super membrum fractum. Sed apostemata dura, quæ ex humore fiunt grosso, debent emplastrari cum medicinis mollificantibus: sicut cum medulla cruris arietum, aut vituli, cum modico ammoniaco. & ista, & similia vtilia sunt: quia medicinæ multum resolutiuæ non sunt subtile, & grossum petrificant. & quæritur hanc [illegible] fitio, in qua sunt resolutiua, & præparatiua ad [illegible] dum: eo quòd omnes partes apostematis [illegible] resolutionem æqualiter secundum [illegible], & aliquãdo cum istis medicinis miscentur [illegible] tis resolutionis. & melius omnium est [illegible] quando cum istis medicinis miscetur. & hoc [illegible] rant apostemata. Et Gale. hic laudat [illegible] lapidis marchalitæ, vel molaris [illegible] aceto, & maxime in apostematibus, quę [illegible] das ad membra principalia. Ego vero dico quòd Gale. hanc medicinam non laudat, nisi quãdo virtus aceti æqualiter perdat calorem in ipsum membrum [illegible] est in substantia aerea, & membra recipiunt ab ea, quemadmodum recipiunt res, quæ maturantur in medio aere, quæ æqualem habent maturationem. Si autem quæratur à Galeno, vapor iste fit à calore impresso in lapidibus istis: & quare propter natura lapidis eidem conuertatur: ergo, quare lapides non terminat, & ponuntur cum aceto calido super apostema maturatum? Et quia cum fuerit in splene acetum superpositum in omnibus suis medicinis, semper laudabile existit. propterea quia hoc membrum est rarum: & non accidit [illegible] nisi gratia grossi nutrimenti, ex quo nutritur. & acetum assimilatur humoribus [illegible] sui substantia: eo quod suum nutrimentum [illegible] assimilatur. & hæc est melancholia & [illegible], quæ in purgatione splenis dantur, non debent ab aceto priuari: quia ipsum est eis cibus [illegible]. Et non sufficit in apostematibus duris, quæ fiunt in splene, emplastrare detoris [illegible], sed medicamenta per os recipere, quæ habent resolucre duritiem eius, & ipsum oppilationem aperire: sicut est radix capparis, & [illegible] cum aliquot [illegible] speciebus aromaticis. Sed apostematibus in hepate duris acetum propinari non debet: eo quòd paratum est [illegible] magnam recipe. sed cura eius est cum rheubarbaro, spica nardi, et asaro, costo, & schœnantho, & similibus. Et dura apostemata hepatis ad curandum multo sunt difficiliora sunt, & maxime si fuerint multum inueterata: [illegible] interfaliter in hydropem inducũt.

Sed scrophulæ sunt apostemata dura in carne molli generata. quæ ex eis fiunt ex phlegmate subtili, curari debent cum medicinis dissolutiuis, & mollificatiuis. & quæ fiunt ex phlegmate grosso, cum medicinis purgatiuis, & cum aperitiuis, & cum ferro incidi. sed hoc fieri debet magna præmeditatione, & timore. Et similiter verucæ, & nodositates tribus curantur modis: aut dissolutione, aut putrefactione, aut incisione. et quibusdam necessarie sunt omnes tres, & quibusdam vna, & quibusdam duæ. Sed quæ intus in corpore oriuntur, curantur cum medicinis aromaticis mixtis cum aperitiuis & mollificatiuis: & sunt omnino difficilis curationis. Formicæ vero duæ sunt species ambulatiuæ. vna cutem corrodit, & incedit interius. & alia veliculas habet paruas, quæ milio assimilántur: & propterea miliaris appellatur. Sed ambulatiua, quæ fit ex humore cholerico subtili, debet curari cum medicinis illum humorem euacuãtibus, sicut scammonia cum sero caprino: & superponendæ sunt superius medicinæ, quæ deficcẽt sine mordicatione & refrigeratione, sicut solatrum, & mentha, & similia. Sed miliaris, eo q̃ fit ex admixtione phlegmatis cum cholera, & propterea eius materia debet euacuari cum medicinis illos humores purgantibus. Carbunculus vero, eo quod pro maiori parte fit in aere pestilentiali, ebullit sanguis, & putrefit, & propterea de necessitate inducit febres pestilentiales. Medicatio vero illarum fieri debet cum ambabus speciebus euacuationis, vt phlebotomia, et pharmacia. Et in hac febre non sufficit medicina, vnum tantum purgans humorem: sed medicina omnes purgans humores, sicut pilulæ cochiæ Rasis, in quibus intrant florchas, & masticha, & scammonia præparata: & colloquynthis etiam præparata esse debet, eo quòd corpora talium recipiunt putredinem in omnibus humoribus. et talia in hac ægritudine multum vtilia existunt. Et superponendæ sunt omnes res, quæ sine mordicatione exiccent, & vt corrosioni resistãt: quemadmodum est emplastrum factum ex farina ordei, & indico, & lingua arietis, quę plantago nominatur. Et dabis ei etiam aliquantulum de theriaca magna, quæ Arabice dicti alterueh. Et omnia emplastra, quę superponuntur, debent confici cum aqua rosata. Et Galenus cõmendat trochiscos * andarachorũ super ipsos more emplastri: & similiter omnes trochiscos habentes stypticitatem. Et hic non sunt res reperchssiuæ superponendæ, ne materia reuertatur ad membra principalia: nec aperitiuæ, ne putrefactionem inducant. Sed cancerolitates multoties euacuari debent ex humore ipso generante, & superponendæ sunt medicinæ deficcatiuæ sine mordicatione, quemadmodum mineralia existunt: vt est calx, plumbum, et cachimie auri, & horum similia. propterea quia propter malam qualitatem, quam habent, propter paucam mordicationem cito corruptionẽ recipiunt, ob hoc quia fiũt ex cholera adusta, quæ super terram sparsa ad modum aceti bullit. Et hæc passio sanationem non recipit, nisi a principio: sed si inueterabitur, incurabilis efficietur. propterea quia medicinæ locales sufficientes non sunt. & medicio possibilis non est, quia neruos continet, & arterias. et si inciduntur ista membra, non est tutũ, quin corpus pdatur. & impossibile similiter existit ista apostemata cum corrosiuis remouere. Et si fuerit tale apostema in membris principalibus, eius cura impossibilis existit. Hę sunt curationes malæ complexionis materiali, & non materialis. Et scias quod apostemata, quia fiunt in membris principalibus, & febris aliquando ne medicatione sanãtur: & sufficit in hoc opus natura. Et propterea multos inuenies complexiones habentes

bentes densas, qui ex fortibus ægritudinibus euadunt sine medico, & medicinatfi cut Barbari, & Arabes, & qui in deserto habitant. & hoc fit, quia aliquantulum cum brutis assimilationem habent. & pro maiori parte hoc accidit illis, qui complexionem habẽt effrenem. Sed quando medicinæ componũtur secundum authorum dicta, tunc adiuuant naturam tempore breui, & bonum finem consequuntur: quia bonam habent determinationem, & minime violentam. Sed qui solum per naturam ex fortibus ægritudinibus curantur, in fine remanent in ægritudinibus, quæ temporaneę dicuntur sicut mihi accidit, quando ægrotaui cum febre fortissima, & creticaui ex illa per apostema in articulis, eo quòd mihi necessaria administrata non fuerunt: quare remansi arthriticus, & podagricus, & adhuc sum. Et sunt ægritudines, quarum correctio non sufficit à natura, nisi per medicinas iuuentur. & in hoc medicinæ potentia declaratur. Et sunt aliquæ ægritudines, sicut sunt febres, & apostemata, quibus natura & medicinæ sufficientes non existũt: sed si euadunt, per accidens euadũt, sicut in rebus naturalibus aliquando extremitates fiũt. tamen de raro contingentibus hoc existit: sicut vlceratio pulmonis, & similes. Sic ergo finis istius scientiæ in proposito habendus est secundum plus, hoc est secundum ægritudines plurimas, & plura individua, & plura tempora. sicut hoc idem accidit hominibus in Mechanicis artibus: quia aliquando assequitur artifex intentionẽ, & aliqñ ab ea priuatur. & causa illorum sunt media, quæ in illa arte cadunt: sicut est maris nauigiũ, agricultura. Et propterea dixi in definitione, quòd medicina est ars Mechanica. & multi ex hoc mirabantur: & ipsi ignorauerunt quid dixerim super Secũdo Physicorum de Mechanicis artibus. Hic completus est sermo de mala complexione materiali, & non materiali.

Primo libro cap. 1.

De curatione solutionis Continuitatis. Cap. XXXII.

DEinceps volumus loqui de ægritudine solutionis continuitatis. Et dicimus quòd continuitatis solutio potest accidere vnicuiq; consimili membro. quando vero fit in carne, dicitur incisio: & quando in osse, dicitur fractura: in neruo, punctura: & quę in arterijs, dicitur scissura. Et indicatio istius speciei ægritudinis significationẽ habet vniuersalẽ et particularem, sm membrorũ conditiones: & nos ab vniuersali intentionẽ sermonẽ incipiemus. Et dicimus q̃ cõtinuitatis solutio, in eo q̃ solutio cõtinuitatis existit, simplex absq; alicuius alterius ægritudinis societate, eget solum vna intẽtione. Et in pluribus hęc solũ ligatura curatur. et aliqñ cum ligatura, & alijs sustẽtamentis: sicut in fractura ossium fit, & in multis membris. Et quædam fractura indiget sutura: sicut in laceratione myrach fit, quando zirbus est egressus. nam necesse est vt zirbus reducatur, nisi sit corruptus. quòd si sit corruptus, oportet vt incidatur: ob hoc quia non est membrum necessarium, sed iuuatiuum. sed quia habet neruos & arterias, ob hoc ipsas primo ligare debemus radicitus, et postea quod corruptum est incidere debes. et aliquando inflat propter frigiditatem aeris, ita q̃ tunc intus reuerti non potest: & tunc spongia in aqua calida infusa in manibus expressa, & optime temperata est superponenda. Et Galenus dicit quòd quando feceris hoc, & non proficeris, tunc de cute aliqd incidere debes. sed maior pars huius artis perdita est in hoc nostro tempore. Sed aliquibus vulneribus non sufficit labiorum vulneris aggregatio, vel sutura, sed est necesse vt ponantur medicinæ deficcatiuæ, quæ deficcent vel fugent saniem, quę in partibus vulneris est locata. Sed si cõiunctę fuerint partes, hac non indigemus: sed tunc medicinæ styptiçæ & exiccatiuæ sunt necessariæ. deficcatiuę enim propter exiccationem saniei: & styptiçę propter cohiunctionem labiorum vulneris. Et scire debes q̃ multa membra reperiuntur, quorum solutiones continuitatis minime consolidationem recipere possunt: sicut sunt intestina gracilia, & diaphragma, & omnia membra quæ sunt in vltima siccitate. Quando vero substantiæ carnis facta est deperditio, duæ cadunt intentiones: vna est diminutę carnis restauratio: & alia est cicatricis creatio. Prima intentio completur, quando materia ad membrum veniens in quantitate & [illegible] existit recta, hoc est sanguinis: & in ipso [illegible] complexio sit secundum suam conuenientiam [illegible] & natura suo beneficio sufficiens est ad hoc per se, sine medicinarum administratione. Sed quia circa horam finis digestionis ad quodlibet [illegible] superfluitates, quarum [illegible] grossæ & fluxus harum superfluitatum [illegible] carnis resistit: ob hoc [illegible] auxilio medicinarum ad illam humiditatem [illegible] accidam, ad hoc vt noua caro in vulnere [illegible] & tales medicinæ sunt carnis generatiuæ [illegible] numerus est multus, sicut thus, farina iridis, opopanacum, & tutia. Et [illegible] secundum magis & minus. nam [illegible] & fabę sunt in gradu primo generationis [illegible] ista farina orobi, & iridis: et post [illegible] & opopanacũ. nam ista in tertio gradu [illegible] harum medicinarum quantitas, et [illegible] ione membri, loco, sensibilitate, et ipsius [illegible] natur. quia membro humido medicina est thus, & complexioni formi[illegible] quãdo vero sicca complexio est, thus [illegible] sed necesse est vt fortior apponatur [illegible] quia in membris fortis siccitatis non [illegible] nis multum per siccas medicinas, nam aurum vulneris, cum parua existunt, sanantur cum memithe & aceto, & si magna fuerint, tunc trochisci * andaracharon vtiles existũt. et si nõ sufficiunt, tũc necessaria est scoria ferri cum aceto, & simile est vulneribus gulæ. Et Galenus propter hoc dicit quòd cum membrum naturaliter siccum ad humiditatem peruenit membri, à sua natura multum est elõgatum. & propterea eget rebus exiccatiuis in eo gradu, ad quem peruenit membrum istud versus humiditatem. nam medicinæ non sanant, nisi quando sunt in contrario distemperatæ, in eodem gradu, in quo membrum est distemperatum: ita q̃ si distemperatum fuerit in secũdo gradu humiditatis, necesse est vt medicina distemperata sit in secundo gradu siccitatis. Et non sunt humectanda vulnera, quæ sunt in membris siccis, ęquali humectatione eius, quod in membris humidis existit: sed est necesse secũdum plurimum, vt per comparationem existat. propterea quia corruptio, et putrefactio siccis membris accidit, antequã humectationem humidis membris equalem recipiant. ergo secundum Naturalẽ philosophiam dicimus quòd causa huius non est nisi difficultas membri sicci, & grossa superfluitas quæ in eo existit: sicut q̃ dictum est, quòd siccitas est difficile passibilis. Et huius ratio similis est rationi iuuenis & senis, sicut supernis determinauimus. Et via, qua cognoscit Medicus quòd medicina in mundificatione vlceris debilis existit, est multæ sordiciei in vlcere abundãtia: quemadmodum cognoscit quòd medicina nimis est abstersiua propter rubedinem vulneris labiorũ, & ipsius pfunditatem. Et aliqñ medicina corrosiua auget in vulnere sordiciem.

* Andronis

* Andronij

Et in

Et in hoc errare potest Medicus. quia sicut propter medicinam hæc accidit, rubedo, & caliditas in labris vulneris existit, & in vulnere profunditas. & si hoc à loco pronenit, hoc est manifestum. Nã si vulnera fuerint in membro exposito contactui medicinarum, aut in superficie posito, ita quod in transitu mutationem non recipiãt medicinæ, tunc necessariæ sunt debiles, sicut in vlcerationibus sufficit stomachi. & si in grossis intestinis vlcera fuerint, debent clysterizari: & si in subtilibus pharmacari. In membris vero profundis medicinæ exigiuntur fortiores: sicut in vlceribus pulmonis, & in membris musculosis, quæ profunditate corporis sunt remota. Et propter hanc loci cõsiderationem habenti similiter in gutture vlcerationem, in positione medicinę ipsum stare præcipimus: ut efficacius paulatim medicinam oportet solutiuam transglutire. Et habentibus passionẽ meri medicinam lambitiuam præcipimus, & ei admiscemus viscosam medicinam: ipsam in meatibus morari facientem. propterea vulnerum diuersa est medicatio. nam quædam ore tenus curantur, & quædam cum localibus medicantur, & quædã cum ambobus. Adhuc ordinata sunt propter locum & figuram cõuenientia instrumenta, vt medicamina introducãtur debite, prout iudicant sicut syringa, pessaria, & similia. Quod vero à sensibilitate sumitur membri, manifestum est: nam membrũ valde sensibile medicinas fortissimas sustinere non potest. similiter & membrum mũlti iuuamẽti. Sed vulneribus, quæ in superficie corporis fiunt, in quibus cicatrix similis cuti fieri oportet, & callus: his sunt medicinæ deseccatiuæ finaliter: sicut galla, balaustia, & similia. & est necesse vt earum [illegible] cõglutinatiuam operationẽ excedat. Et in quibus est superflua generatur, necessariæ sunt medicinæ corrosiuæ, quę fortiores generantibus existant & fiant vt colcotar, & viride æs, & similia. Et propterea non est impossibile, vt in aliquibus corporibus viride æs iam sit carnis generatiuum. Et scias quòd corrosio carnis superfluę operationibus naturæ appropriata non est, sicut est carnis generatio: sed est res, quæ appropriata est operationibus artis. Sufficit quod breuiter dictum est de vulneribus, quæ intus & extra in carne fiũt, cum quibus mala complexio non est associata. Sed si mala complexio est appropriata, est sicut causa vulneris: et curari nõ potest, nisi remoueatur: sicut accidit, quando euenit apostemati. Et quia medicationem malæ complexionis tam nouistis, cum hoc etiã hic reiterare expedit. Et dicamus quòd si mala complexio, quæ in vulneribus fit, est propter sanguinem, qui illuc currit: qui in qualitate, aut quantitate distemperatus existit, aut in ambobus. Et hic aut à toto corpore prouenit, aut à membro vulnerato, aut ab ambobus. Et si à toto prouenit corpore, aut à membro vulnerato, aut ambobus, perscrutãdum est vtrum per qualitatem, aut qualitatem prouenerat. si propter quantitatem solummodo accipit phlebotomia. & si solum propter qualitatem, tunc necessaria est pharmacia. si autem ab vtrisq; prouenit, & vtrunq; faciendum est. Et si fuerit in singulari membro ex membris corporis, tunc ipsum oportet euacuare. Et si fuerit ipsum membrum vulneratum, sicut renes, & similia, tunc totum corpus euacuandum est. Et si a toto prouenit corpore, repercussiones necessariæ sunt omnibus repercussionis modis, sicut [illegible] diximus: & deinde membrum confortare debes, & trahere materiam toto posse ad oppositam. Et si malitia [illegible] fuerit in membro vlcerato, tunc prouidendum [illegible] qualitatibus malis. quoniam, si vulnus fuerit [illegible] ipsum humectare debes cũ aqua calidaet si fuerit humidum, ipsum debes exiccare cum fortibus exiccatiuis. Et similiter facere debes in distemperantia caliditatis & frigiditatis. Et si in vulnere caro addita fuerit & indurata valde, incidenda est cum ferro: & postea apponere debes ea, quæ habent generare, & consolidare. Et si ibi fuerit apostema, non est via tanationis membri, nisi apostemate remoto: quãuis medicinæ, quæ curant apostemata, contrariæ vulneribus existant, Et si duæ aggregãtur res in membro, velut mala complexio propria membri & corruptio sanguinis illuc aduenientis, in his consyderandum est. Et tcias q; quando vlcera non sanantur propter adhibitas medicinas, illud fit vna trium rerum. vna est propter medicinas, quæ complexioni membri conuenientes nõ existunt: aut quia materia transmissa non est conueniens: aut quia in membro complexio læsa est per naturam, eo quòd ibi vna species malę complexionis, aut plures sunt. ergo scire debes quòd sanatio vulneris fit, aut propter corporis euacuationem, & cum temperantia complexionis, & cum plagæ deseccatione. & aliquãdo vtimur theriaca, & similibus. Sufficit quod dictum est in cura solutionis continuitatis simpliciter, materialis, et non materialis,

De curatione solutionis continuitatis Venarum, & Arteriarum. Cap. XXXIII.

DEinceps volumus loq de cura solutionis continuitatis in venis, & arteris. Et dicimus quòd solutio continuitatis in venis facilis est consolidationis: sed quæ est in arteris, illa est difficilis, exceptis corporibus puerorum. & propterea q; solutio continuitatis istorum nos adduxit in aliam rẽ multum timẽdam, hoc est sanguinis fluxum, necesse est vt in hoc sermonem faciamus. Fluxus vero sanguinis multis fit modis. aliquando fit propter venæ incisionem, vel vlcerationem. & hoc fit aut propter causam intrinsecam, aut extrinsecam. si propter extrinsecam, aut incisione, aut extensione, aut percussione, ppter intrinsecam, aut propter humores acutos corrosiuos, aut extensiuos. ita vt aperiant venas. & aliquando currit sanguis ex orificijs venarum, & aliquãdo stillat. Et incipiemus à sanguine decurrente propter venarum laceratione, eo q periculosior existit. Et dicemus quod, quando dilacerat ur vena in corporis superficie, sanguis duobus modis potest restringi. vno modo vt subtrahatur illius membri materia, quando propter multam fit quantitatem: alio modo vt digito oppiletur, si fuerit parua. nam propter hoc coagulabitur in orificio sanguis, & stabit aut propter ligamentum, aut propter cauterium: eo q cauterium crustam præparat sup plagam: aut propter medicinas stypticas corrugatiuas: sicut medicina facta de visco cocto, & tritici farina, & similibus. Et Galenus commendat cõtra fluxum sanguinis arteriæ aloen, & thus, & albumen ouj, & pilos leporis. & hæc medicina retinet sanguinem, & generat carnem. Sed cauterũ sufficiens non est. quia crusta cadere potest, & sanguis iterum fluet. Præterea cauterũ minuit de substãtia membri, & nobis non est necesse minuere de substãtia membri, sed potius laborare vt crescat. Et non laudatur cauterium, nisi quando fluxus fuerit propter venæ corrosionem: quia tunc cauterium superpositum est loco rei, quæ remouet causam facientẽ corrosionem. Et aliquando ponimus frigida repercussiua super membrũ, quando fluxus fuerit ex caliditate. Sed aliquando prædicta omnia debilia esse dicũtur, & insufficientia: quare tũc necessarium existit venam vel arteriam finaliter incidere: habita tamen hic cautela, vt prius ligęs, stringẽdo fortiter

fortiter caput ipsius venæ, quæ est versus cor, & postea incide. Sed subtractio sanguinis ex loco illo fit, vt præparetur membrum. & erigatur, vt orificium apertum superius adaptetur. Sed debes tũc materiam trahere ad oppositam partem, vnde sanguis tunc fluebat: aut ad proximiorem locum, sicut de ore ad nasum, & de vesica ad matricem. Et attractio ad partem oppositam fit, sicut quãdo propter fluxum sanguinis narium ventosas super hepar poni iubemus: aut super splenem, si fuerit ex parte sinistra. Et ventosæ etiam ponitæ super occipitium stringunt sanguinem narium, trahendo ad opposita: aut super mammillarum radices propter menstruum. Et aliquando fit attractio ad partẽ oppositam propter ligationẽ membri, aut propter medicinas menstruorum sanguinem prouocantes. Sed phlebotomia in sanguinis menstrui fluxu est medicina per accidens: propterea quia hæc medicatio in suo genere solum existit. vnde timenda est. & aliquando est naturalis, quando fluxus propter multitudinem sanguinis fuerit.

De fluxu Sanguinis, qui à membris prouenit intrinsecis. Cap. XXXIIII.

SEd sanguinis fluxus, qui in partibus intrinsecis existit, nõ habet viam, vt retineatur nisi à medicinis stypticis, aut cibis grossis. Et medicinæ stypticæ in hoc sunt sicut balaustia, & succus rubi, & galla, & similia. Et quæ sunt nimis stiptica sunt sicut bolus armenus, & tegula pistata, & plantago, & solatrum. Et Galenus multum succum plantaginis commendat in passionibus vuluæ, propter corrosionem ibi fiẽtem. Et ex fortibus lacerationibus venarũ, quę in membris fiunt, sunt illæ, quę in pectore fiunt. & fortiores illis sunt, quę in venis fiunt pulmonis: & ita q; aliqui dixerunt quòd nunquam consolidantur: sed quando ad sanitem deducuntur, perfecte non curantur: sed cum bono regimine, si inueniri potest, eorum prolõgabitur vita. Et sunt aliqui, qui ex hac infirmitate minime moriuntur. & hoc dico, quod per animam meam probari potest ex dictis Galeni: quamuis illud non dicat manifeste. sed multi ex modernis hoc testificati fuerunt. & dicit Auic. q; vidit mulierẽ, quæ vixit viginti annis post lacerationem venarum pulmonis: sed illa semper comedebat zuccharum rosatum cum pane facto cum coriãdro. Et ego assentio ei quod dixit, eo quòd filij Auenzoar mihi similia retulerũt, scilicet q; in pluribus hominibus hoc idem viderũt. In principio vero huius dispositiõis si sit propter percussionem, aut propter aliam ex rebus extrinsecis, debet phlebotomari ex vena cõmuni, si multa fuerit repletio: & si nõ fuerit multa repletio, de basilica minuendus erit: & sanguis duabus vicibus extrahatur. & tempore phlebotomiæ testiculi, & brachia ligentur: & à tussi abstineat quantum plus potest. Galenus præcipit dare acetum cum aqua mixtum, si medicus viderit quòd in pulmone sanguis fuerit coagulatus. & hæc medicina est contraria iuuamento causę, & accidenti: propterea quia aceto mest per naturam vt moueat tussim, & tussis prauum est accidens: & hoc timendum. & acetum cùm sit pungitiuum, vulneri nocet, & sanguinem subtiliat, & aperit, & fluere facit. et propter hoc acetum dimittendum est. Et medicinæ dandæ sunt habentes repercussionem, & stypticitatem. & eligenda sunt stiptica, quibus subtilitas sit admixta propter membri profundationem. & quod mihi videtur hic melius omnibus alijs rebus est zuccharum rosatũ cum aqua, in qua coctæ sint glandes, & nuces æqualiter, & cauda caballina. Et mirabilis Abumeron Auenzoar mihi indicat q; hęc aqua debet esse illa, in qua fertum multum sit extinctum: ita q; propter hoc à sua quantitate decrescat, et postea in ea res bullant. & per hanc viam possibile est glutinationem sanguinis fieri, & consolidari plagam. Et q̃d multum necessariũ hic existit, est cibi diminutto. & sufficit aqua ordei cum nucleis assis granorum mali granati in prandio, aut pultes granorum ordei: & sero. ℥. ij. panis cum testiculis gallorum. Et si causa fractu ræ venæ fuerit reuma, quod illuc concurrerit, & cõmouerit tussim, & propter hoc vena sit apertat aut propter humorem acutum, qui substãtiam corrosit pulmonis: tunc pharmacia phlebotomiæ est abscidenda, & superponere capiti res deseccatiuas. Si causa reumatis frigida fuerit, supponamus capiti [illegible] caryophyllorum, piperis, pulegij. et si ea [illegible] calida fuerit, sufficit puluis macis, & nucis [illegible], & corticis pomorum cydoniorum, & [illegible] habent virtutem calefaciendi modicum, et cum [illegible] siccitate sunt causa solidationis vulneris. Et quia in breui tẽpore vulnus ad saniem potest peruenire, ideo studere debemus in remouendo causam quantum possumus. & hoc fit exiccando corpus modis [illegible], quibus possumus. Et propter hoc theriaca in hoc loco iuuatiua existit, & maxime noüiter [illegible] & proprietatẽ habet retinendi sanguinem, [illegible] modum habet inhibendi fluxum. & [illegible] cura conueniẽs existit duabus speculis, [illegible], siue fuerit ex causa intrinseca, [illegible] Galenus commendat hic trochiscos [illegible] Quando vero factum fuerit vulnus [illegible] dicit quòd causa suæ incurabilitatis [illegible] mundificari non potest nec [illegible] & aperit vulnus, & grossities [illegible]. Adhuc mihi videtur quòd [illegible] sit quia cùm hoc membrum [illegible] induratur, & fanationem [illegible] longo tempore viuere potest. Et habent [illegible] pulmone debemus propinare [illegible] habent aliquid abstersionis [illegible] sicut capillus veneris, & cortex citri, & [illegible] lilij. & panẽ comedat cum zuccharo rosato. & [illegible] passas pingues. et bibere lac, hoc laudabile existit. Libere quam ordeii et terras habitare siccas. & simile huic faciat, qui toto tempore in reumate frigido perseuerat. Et si vlceratio est in canna, melius curari potest. & hoc fit cum rebus exiccatiuis deseccantibus vlcera pulmonis, & præcipiẽdo infirmo vt in ore teneat medicinas deseccatiuas & abstersiuas mixtas cum lenitiuis: & vt iaceat supinus, vt taclius medicamina tranfire possint, discurrendo per vulnera, quemadmodum ros discurrendo per parietes, & muros, per terram. Quòd si causa fluxus sanguinis fuerit ex aperitione orificiorum venarũ, cura eius erit cum medicinis kuibus stypticis. Sed si causa aperitionis venæ subtilitas sanguinis fuerit, ipsius sanatio erit cum cibis grossis conglutinatiuis. Sufficit nobis [illegible] usque dixisse de solutione continuitatis arteriarum, & venarum.

De cura solutionis continuitatis in Nerui [illegible] Lacertis. Cap. XXXV.

NVnc vero volumus dicere de solutione continuitatis, quę in neruis, & lacertis accidit. Et dicimus quod quãdo solutio cõtinuitatis in his membris accidit, tunc necesse est corpus cum phlebotomia, & pharmacia euacuare: et studiose perspicere vt in vulnere aliquid sanari nõ fiat, nẽ dolorem spasmosum inducat. & ideo quia nerius est membrum, ptundum viscosum, nõ sufficit in mũdificatiõe sanari medicina consolidatiua:

consolidatiua: sed necessaria est medicina, quæ cum calefactione habeat suctionẽ, vt saniem trahat sine mordicatione. & ideo in principio necesse est hoc vulnus aperire. Et medicinę hę vtiles sunt, sicut viscus alboan. & quòd fortius existit est, quando aliquid additur de euphorbio: & maxime si corpora humida fuerint, confert valde. Sed in corporibus duræ complexioni & siccis valet opopanacum, & assa fœtida. & sulphur cruдum oleo oliuæ mixtum in his multum valet. & gummi pini in his virtuti viscí, & glandium proximũ est. Et quando incidetur, vel scinditur nervus, & cutis desuper fuerit eleuata, tunc has non posset medicinas sustinere, sed erit sufficiens oleum oliuæ ipsum cum oleo oliuę, et ponere desuper locum. Et si corpus durum extenterit, trochisci andracis erunt sufficientes. Et si nervus ex transuerso, & non est incisus, tunc vulnus periculosius est, & in longitudine trahere tur. & hic est timor spasmi. ob hoc regimen illud totaliter est adhibẽdum, vt propius sis in resistẽdo spasmo. Sed res, quæ mitigant dolorem nervi, ipso nõ existente discoopero, est oleum olivæ calidum: propterea quia resistit omnibus passionibus nervi. sed quando discoopertum est, tunc contrarium illius: & non est ponendum nisi doloris fortitudo appareat. Et necesse est vt medicinę, quæ nervo superponuntur, sint calefactiuæ ideo quia hoc membrum pro maiori parte frigore læditur. Et quando apostemata nervorum exulcerantur timendus est spasmus, tunc ex toto incarnatiua, quia ex hoc securabitur à morte: quamuis medicamus ad priuationem sensus, & motus. Et similiter vero fortiores medicinas patiuntur cicatrices nervorum quam chordæ: quamuis vicinitores sint nervis. ligamenta, quæ cum lacertis sunt cõiuncta. Item similem medicationi nervorum requirunt ossibus continuantur, fortiores recipiunt.

De cura fracturæ Ossium. Cap. XXXVI.

DEinceps loqui volumus de solutione facta continuitatis in ossibus, quæ fractura nuncupatur. Et dicimus q̃, quando ruptura fuerit in osse ex transuerso, tunc necesse est vt partes ad sua propria loca reducamus: & ad hoc vtiamquanq; partem trahere cũ instrumento ad hoc solito, aut manu, donec suo musculo vniatur, & æquare quòd fit æquandum: & postea ligatur, secundum quòd præcipit Hippo. Et est vt duæ fasciæ accipiantur, & cum vna incipere ab loco fracturę superius ascendendo. Et Hippocrates hoc laudat ligamentum: quia per hoc curfut materiei resistitur ne fluatur, quod non accideret, si superius ligando ibi inciperet, & vsq; ad rupturæ locũ perueniret. & præcepit Hippocrates, vt hic ligatum stet vsq; ad septem dies propter apostemata interum, propterea præcipit, si dolor membro superueniat, vt super membrum ponantur medicinæ mitigatiuæ & frigidæ, ne ruptura adhuc embrocet aqua calida, ad hoc vt pustulæ non oriantur: & hoc prima septimana. propterea si securi sumus ab apostemate, tũc non solum non sufficiunt fasciæ, immo astellæ erũt admungendæ. Dicit Rasis: qui medentur hoc nostro tempore fracturam in prima septimana, astellas ponunt: & Hippocrates hoc apostematis metu vetat. Et etiã, quia prima septimana non timemus quod membrũ fiat tortuosum, sed apostemata tantum timemus. Item Rasis dicit, q̃ fractis ossibus, nostri temporis Medici in principio ponunt astellas in extremitatibus medicinarum, quibus membra ligantur cum tarina ordei, & albumine ouí, & sic sanantur: donec *cõ calescant. Et mihi videtur quòd nullus qui per hunc modum curatur, ille casualiter euadit. & melius est dissoluere fasciam, & sic fiat omni septimana, & videre porum sarcoidem: (& est illud, quod diximus in Latino supra os) qui si nimis fuerit grossus, superponendæ sunt medicinæ multum desiccatiuæ, & fascia bene constringatur. & si nimis fuerit subtilis, embrocet spongia, & aqua calida, & fascia elargetur. Et si fuerit repletio, medicetur phlebotomia, & pharmacia, et ipsius cibus subtiliet multum. et quando transiuit primam septimanam, debet cibari cibis limulibus illi substantiæ, quam volumus generare, vt cibis grossis et viscosis. Et si fractura cum vulnere carnis exiſtit, necesse est vt orificium vulneris remaneat apertum. Et si os in longitudine scissuram patiatur, ligatura sola cum bono regimine sanat. Et si fractura fit in osse craneí, vt penetret vsq; ad telam, tũc necesse est vt circa scissuram os remoueatur, vt mundificari possit à sanie tela, ne telam corrumpat. & si sic non fieret, sanari non posset. sed hoc in loco nostro non inuenit, qui hoc facere sciat. Et sufficiat hoc in omnibus speciebus malę complexionis, & solutionis continuitatis, et primo in membris consimilibus.

*coalescant.

De cura ægritudinum Officialium membrorum: Primum autem de cura ægritudiñ in Numero. Cap. XXXVII.

ET dicamus quòd ægritudines membris officialibus appropriatæ, quædam sunt, quæ sunt ægritudines secundum numerum magis & minus: & quædam sunt, quæ sunt ægritudines creationis, sicut figura, oppilatio & apertio, asperitas & lenitas: & quædam sunt ægritudines positionis. Sed ægritudines numeri, quædam sunt naturales, sicut digitus sextus: & quasi ars Medicinæ hoc non considerat: & quædã sunt non naturales, sicut lapis qui nascitur in vesica, & lumbrici qui in corpore nascuntur, & verrucæ, & aqua in oculum descendens, & vngula. & antecedẽs causa istorum est materia distemperata in quantitate, & qualitate. Et si istæ ægritudines sint in fieri, causa efficiẽs remoueri debet cum euacuatione vniuersali, & postmodum membra superflua erunt remouenda. & si facta fuerit, quod istum est, erit remouendum. Et medicinas proprias vnicuiusq; illarum rerum tu scis in multis particularibus libris. Sed quę lapidẽ expellunt, & arenam, sunt medicinæ appropriatæ illi operationi, sicut diximus. Lumbrici vero, & ascarides occidunt: tur cũ medicinis amaristicis sicut est absinthium, & *cetonica. cum. sed cucurbitini fortioribus indigent medicinis. Verrucas vero eradicamus cum ferro, vel cum penna, pon ẽdo verrucam in concauitate pennæ, & circumgirãdo violenter extirpare. & quæ huic operationi vtiles existũt, sunt pennæ aquilarum, & gallorũ. De aquis, & saniebus, quæ in oculis aggreganí, dicit Gale. de quibusdã Medicis oculorum, qui infirmũ ponebant super scamnum, & caput inferius quassabant, donec videbant saniem ab oculo descendentem: & hoc in aqua oculi fieri non posset, eo quòd nebulæ assimilantur: ita quòd quando ipsam descendere facimus, reuertitur superius. propterea non valet aliter, nisi inferius cum instrumẽto trahatur. Et collyria fellitum sensibus valent, & aquis quę ad oculum descendunt. Et aliqui sunt, qui curant eas aperiendo. Vngula autem, quãdo est magna, curatur cũ ferro: & si parua fuerit, curatur cũ medicinis. Sed mollam remouemus cum medicinis prouocantibus menstrua, & cũ aborsum facientibus. Sed ægritudines diminutionis numeri sunt, sicut calui tium propter alopeciam. Et tu scis quòd pilorum generatio ex superfluitatibus fit laudabilibus, & inlaudabilibus. ergo casus eorum

*santonicã. Oppo. videtur. 16. tertij. trac. 6. c. quarto, in fine, vbi dicitur q̃ ascarides indigent fortioribus medicinis. Et idco scias q̃ aliter accipit cucurbinos: nã vermiũ sunt species quor.

eorum est propter defectus illarum superfluitatum aut ex corruptione dictarum superfluitatum, quæ egressæ sunt à sui natura in qualitatibus malis. & propter hoc necesse est, vt expellamus ipsas superfluitates per pharmaciã. Diminutio vero carnis dictum est, qualiter debeat restaurari.

De cura ægritudinum in Creatione. Cap. XXXVIII.

SEd ægritidines in creatione, ex quibus vna in figura existit, vtplurimum sunt naturales. & ideo in curatione medicina ingressum non habet. Et si etiam tempore partus vsque ad finem augmenti ad bonas conuertantur formas, rectificari possunt. Et etiam lenitas, & asperitas ægritudines formæ existũt. Et asperitatis causa est humor cholericus acutus, aut phlegmaticus salsus. & sanatio istius est superfluitatis istius euacuatio, & membrorum confortatio cum rebus stypticis, ne huiusmodi materia vlterius sparga: & postmodum cũ medicinis lenitiuis asperitas remouetur. Sed lenitas ab humore fit leui, & lubricatiuo. & huius sanatio est illum humorem remouere. & secundum quòd dictum est in alio, hoc erit faciendum. Et sub hoc genere, oppilationis ægritudines continentur. Et si in fieri fuerit, humorem faciẽtem euacuamus cum vsu medicinarum aperituarum, quæ illas aperiant oppilationes. Et si factæ fuerint, & non adsit repletio, aperitiuæ medicinæ sufficientiam habẽt. Et apertioni viarum, quę clausæ sunt, medicatio erit per contrarium: sicut sunt medicinæ stypticæ, & confortatiuæ. Et aliquando curatur hæc passio cum medicinis stypticis, & stupefactiuis. et hoc fit, quando virtus superat expulsiua.

De cura ægritudinum in Positione: & operis Peroratio. Cap. XXXIX.

ET positionis ægritudo hernia manifestior existit, sicut quæ in ventre, & testiculis fit. Et quæ in ventre fit, sanatur vt æger super ceruicem ponatur, & quod egressum fuerat, reducatur. Et fractura stypticis sanatur, sicut cum nucibus cupressi, & gummi glandium, & similibus. Et si tumor fuerit, qui reductioni resistit, remouere illum debemus cum rebus remouẽtibus ventositatẽ. Herniæ vero, quę in intestinis descendit, curatio est, vt quod egressum fuerit reducatur, et exercitium inhibeatur. & hæc ægritudo difficilis est ad sanandum. Ex ægritudinibus positionis gibbositas existit. & huius curatio est humorem grossum viscosum euacuare, & exhibere medicinas vaporabiles, quæ ventositatem diminuũt grossam. Et huiusmodi ægritudinũ est dislocatio. et hęc per reductionẽ membri ad pprium locum curetur, antequã apostemetur. Et scias q̃ quodlibet membrũ, quod dislocatur, eius positio læsionem recipit, excepta brachij, & spatulæ dislocatione tamen huius scientiæ artifices cognoscunt eam. Sufficit tibi & illis, qui tibi assimilantur, [illegible] breuiter de generibus ægritudinum dictum est, [illegible] librum non cõposui, nisi, propter illos, q[illegible] declaratione assimilantur. quia illi comprehe[illegible] dictum est, ab eo quod est dictum, propter [illegible] & principia, quæ habebunt. Nam tu sc[illegible] scientiæ principium sumunt duobus mo[illegible] rebus per se notis, aut ab alia scientia. Et [illegible] sufficit q̃ in hac scientia multas habes [illegible] principia. Et scias q̃ ille, qui à te elongabi[illegible] librum vitabit. Sed debuissem compleuisse [illegible] in sanatione accidentium vnicuique membro [illegible] peruenientium: propterea quia etiam ac[illegible] secundum aliquem modum ægritudi[illegible] in declaratione rerum vniuersa[illegible] ad particularia reducan[illegible] mihi commoditas non respondet: [illegible] hac nobiliore studere intendo. [illegible] ad huiusmodi præclaritatis scientiam [illegible] est vt libros Abumeron Auenzoar [illegible] illic medicinæ thesaurus patet ma[illegible] nos ab errore exuat: & ex ipsius lumine [illegible] illuminare dignetur.

*dicendum

Septem Colliget finis.

Ioannes Bruyerinus Campegius, uir doctus, ac in [illegible] perpolitus, res Colligetianorum Auerrhoi sectatores, tribus Colligetianis. Secundo scilicet, Sexto, ac Septimo respondere latinitate donauit, easq; in lucem protulit. Nos autem studiosorum cõmodo eas post antiquam librorum Colligeti translationem una cum ipsis imprimendas curauimus.

IOANNIS

IOANNIS BRVYERINI CAMPEGII

IN SECTIONES TRES COLLECTANEORVM DE RE MEDICA AVERRHOI PRÆFATIO,

ad illustrissimu potentissimiq. principis Lotharingorum medicum Ioannem Galfredum doctissimum: atq. Heronymum Montium Allobrogum medicorum præstantissimum.



On decerunt, scio, viri clarissimi, apud quos nostra hæc Collectaneorum rei medicæ Auerrhoi interpretatio calumniam pro gratia habitura sit. Quippe plerique omnes uniores medici iam [illegible] abile in Arabum Mauritanorumq. dogmata odium conceperunt, ut ne nominandi, cir[illegible] locus relinquatur: principes etenim Hippocratem, atque Galenum habere nos prædic[illegible] primis sectari, summaq. uenerationesimul ac diligentia obseruare debeamus, qui [illegible] ad medicinam pertinent, tam docte, tam copiose, tamq. accuratè posterita tradide[illegible] cæteris nihil addi possit, quod rem medicam adiuuet. Quæ opinio, ut nobis omnino haudquaquam probata, ita non usquequaque improbabitur. Sanè summus fuit Hippocrates, summusq. denique Galenus, uerùm numeri omnibus minime absoluti: quod de Hippocrate identidem ingenue fatetur Galenus: atq. etiam de Galeno tum Græci, tum Latini, tum Mauritani, inter quos primas sibi uendicat Auerrhoes, qui multis in locis omni studio conatur conciliare Aristotelem Galeno: interdum uero ab ipso notatur Galenus: quod quàm rectè, uiderint docti. Ego quidem in ea sum hæresi, Arabum pariter ac Maurorum de medicina commentarios, prorsus haud esse negligendos, si eorum nostrorum uestigijs insistens, qui etsi eloquentiæ uiribus minus ualerent, ingenij tamen subtilitate, [illegible] omni genere minime destituebantur: quod me aliquando docuit noster ille Dionysius Coronæus, tripl[illegible] eruditissimus, Latina, Græca, atque Hebræa, mihiq. olim in literis Græcis præceptor: quippe inter euol[illegible] tilis in Auicennam monumenta, deprehendit illum mult[illegible]ta assequutum iudicij acrimonia, quæ op[illegible] qui linguam Arabum, Hebræorumq. calleret, explicari. Vbi etenim locus occurrebat, in quo uaria [illegible] uersia, codicem Auicennæ Hebræum (quem secum Roma aduexerat, postremo Clementis septim[illegible] mo) statim consulebat, illicq. perspectebat Fulginatem, illa rum linguarum omnino expertem, co[illegible] sentiri. Quamobrem apud me plus sanè ualebit ueritatis amor, quàm timor calumniæ, qu[illegible] simuq. defugere uix potuerunt. Sic uaria sunt hominum suffragia: multis nanq. recondita doctrina, in[illegible] placet: alijs eloquentia sola arridet: nonnulli linguarum peritia, scientiarum tamen cognitione de[illegible] ur: quod prudentissime Erasmus uno libello declarauit. Ab Hippocrate, Galeno, atque ali[illegible] sanè mentis negabit optimum medendi exemplar peti: nec infi[illegible] [illegible] profectam, & eam elegantissimam, atque incorruptissimam: non tamen ab his solis petenda, [illegible] uerba tam sanctè iurabo, ut non interdum melioribus, cumulationis q. remedijs inuenti, ab [illegible] ab his esse admittam q. si quid recentiores uel insigniter barbari, inculq., porrexerunt melius. Nempe exempli gratia, si uariolis morbillisq. adhibenda sit curatio, (Græci ἐξανθήματα) quæ exigua ab antiquis prodita reperitur, num ex Auicenna, Auerrhoe, cæterisq. id genus mutuo sumere uerebor? Atqui Galenus uir elegantia sibi incomparabilis ex Scribonio Largo, & alio quodam Lugdunensi medico quædam decerpsit, minime ueritus ne inciuitor fieret oratio: Plato item eloquentissimus ab Hebræis, Aegyptijsq. non pauciss. rarissimaq. didicit: Quemadmodum Aristoteles ille eloquentiæ princeps a Iudæo quodã uiro egregia multa hausit. Barcho Peripatetico testante: Theophrastus insuper scribente Eusebio ex Hebræorum libris non pauca laudauit, desumpsit quid tamen non obstitit, quò minus eleganti sime placita sua posteritati mandarent. Nam quid opus est commemorare aliorum philosophorum, & uirorum literatorum pene infinitorum peregrinationes susceptas? qui tamen omnes, si de elegantissimo, excultissimoq. commentarios conscripserint, nullamq. barbariem exoraturorum consuetudine imbiberint: quam potius sese politiores, uenustioresq. effecerint. Facessant igitur, qui hoc nostrum quidquid negocium uitio nobis uertere uolunt. Atq. haud secus, ac Cameades, qui scripturus aduersus Stoicos prius uerato superiora expurgant, faciant, dum Auerrhoi nouam interpretationem legere aggredientur: sic enim conuenerit, ut qui in ipsis continentur uitiosissimi succi, uacuati, depulsiq., nulla absurda, nulla tumultuosa, nulla denique distorta uisa ipsis parant. Verum enimuero Criticorum huiusmodi calculos, cẽsuras[illegible] ue nihil moror. Vna mihi satis erit, uiri nunquam satis laudati, uestra sententia, unum uestrum iudicium pro lapide Heraclio. Cur uero conuertẽdi in Latinum Collectanea de re medica Auerrhoi pronunciam susceperim, in caussa fuit otium quo ab aulæ Gallicæ tumultibus liberi, aliquot iam menses fruimur Lugduni Mecœnate nostro clarissimo prudentissimoq. Cardinali Turnonio Regis Christianissimi uices gerente. Consyderãti nanque mihi Galeni principis nostri uniuersa pene opera Latinitate donata, simul ac Græcorum aliorum posteriorum, diligentia uirorum doctorum, uenit in mentem, ne quoque posse medicinam adiuuare, si hanc, quam aggredior materiam, aliqs uel integratam, uel corruptissime depranatam, quam possem diligentissime tractarem. Laborant equidem hac in

NVnc de partium officialium uſu paucis pertractabimus, quæ facultati altrici famulantur, neceſſaria in totum, ac manifeſta explicantes: principium facientes à nutricatione, quæ ad vitam eximium i primis vſum obtinet. Quippe ad functionem huius abolitionem mors ſequitur. Sunt vero, quātum ſenſu vſurpare poſſumus, hæc: Ventriculus, atq; os, & quædam oris particulæ, gula, inteſtina, iecur, venæ, renes, lien, vtraque veſica, tum bilis, tum lotij. Cæterum oris præcipua vtilitas commanducatio eſt, in quod munus dentes inſtituti: anteriores quidem ad ſecādum (inciſorios vocant) maxillares, q & molares, ex tranſlatione, q̄ his cibi veluti molis cereales fruges tenuantur, & atteruntur. at q̄ in ore ſit aliqua cōcoctio, patet, quamuis is, quem probè noſti, alio vtatur nomine. Cibi meatus, quo in ventriculum cibaria ingeruntur: cuius functio duabus conſtat facultatibus, attractrice, ac propultrice: primo nanq; ab ore trahimus cibos, deinde in ventriculū deuorantur, pelluntur q; quibus actionibus abolitis, animal ſimul, inedia, fameq; occumbere neceſſe eſt. Variari vero partem, quæ potentijs naturalibus famulatur, oportet: id quod ex arte ſecandi corpora patebit. Conſtat igitur gula tunicis duabus, interna atque externa: quarum prima, cui recte ſunt fibræ, quò ab ore in ſe attrahat, inſtituta eſt: altera vero, cui trāſuerſæ ſunt fibræ, quò cōſtringat ea quę continet ac protrudat, talis facta eſt. propellit autem cibos haud ſecus, q̄ manus coacta ac compreſſa, fluida humidaq;. Sequitur ventriculus alimentorum per gulam ad ſe delatorum coctionis inſtrumentum: tea nanq; in chylum mutat, atq; alterat, at non in ſanguinem: quod cōfirmant indicantq; nuper dictæ potentiæ, quibus ad hanc functionem vtitur. Concoctio uero manifeſtior eſt in tunica eius craſſiore, ac carnoſiore, quæ plurimi caloris copiam tum à venis, tum ab arterijs deriuatam continet. Poſtremo viſcera calidiora adiacentia ventri habes: iecur à dextris, lienem à ſiniſtris. Duas quoq; habet tunicas, quæ pertinent vſq; ad ipſum os: Vna quæ interior eſt, qualis eſt in ventre, talis perſiſtens: Altera ad carnoſiorem ſpeciem in gula conuerſa, quarum fibrę contrariam inter ſe diſpoſitionem obtinent. Quæ interna eſt, in rectum porrectas habet fibras, vt quæ trahendi cauſa ſit inſtituta: externa tranſuerſas, quò circulo contrahat. Hinc eſt q̄ & attractoria, & expulſoria facultates euidentiſſimæ in hoc viſcere ſint. Nempe vbi alimenta ingeſta ſunt, arcte ſtatim vndiq; complectitur ſuis tunicis, quod vbi cibos ad perfectionem concoxit, vniuerſæ partes ſupernè inſurgunt ad inferna præmendo. Habet vero expultrix actiones duas omnino contrarias: vnam quæ peracta concoctione deorſum, alteram quæ ſurſum expellit. At vis illa, quæ nobis diſcernenti nominatur, non ita euidens eſt in ventre, niſi ſi ex cremore (chylum vocant) ali ipſum dixerimus, & ob id cibum appetere, & tam arcte vndiq; conſtringere, premere atque amplecti, quæ equidem noſtra eſt opinio. Quare ſi aliter ſentiremus, hoc eſt, ex hac conuerſione cibi in cremorem haud nutriri ventrem: cur igitur alimenta expeteret: eaq; accepta tam [illegible] conſtringeret: famesq; & eſuritio ceſſarent, vbi [illegible] nus: alioqui neq; in appetentia, neq; in coni [illegible] diſſerentiis potentiæ functio obſcura fo [illegible] ſit; vt pars parti famuletur, ſuſp [illegible] tur, oportet: vnde tum alimentu [illegible] id ipſum venter ſuſcipiet, atq; c [illegible] collegarum nſorum nō paucos [illegible] ni, alimentum prius non po [illegible] uerſionem, q̄ in ſanguinem [illegible] qui nōdum cibi in ventre ſ [illegible] r. Dicemus itaq;, ex ei [illegible] alionis trahere qualitate mac [illegible] pis inſigne: mox nanq; de [illegible] ſcitq; fames: haud ſecus q̄ [illegible] tatur, tollitur ſtatim ſitis. Atq; [illegible] exiſtimare portiūculam quan [illegible] diam aliquantulo, non ſan [illegible] tum præſtet: quod nobis [illegible] rangula, quę nihilo mi [illegible] ctio in primis à calidi [illegible] illa ventriculi com [illegible] Ventres craſ [illegible] hac fue [illegible] & ſan [illegible] ctionem [illegible] in vaſa [illegible] ceſſitatis [illegible] ribus mola [illegible] altricis quo [illegible] que potentię [illegible] pyloroū ea quæ in ventre conco [illegible] terijſitur, perfecta quippe concoctione, tum aperitur inferius os ventriculi, excidit q; per ipſum quod concoctum eſt: inde iecur per venas cremoris ſucculentum trahit: poſtremo ſicca ſuperfluitas excrementaq; deorſum ad inteſtina delabuntur, ac pelluntur: quorum duos vſus conſpicimus: alterum quoniam ab ipſis ad iecur alimentum tranſmittitur: alterum propter excrementorum expulſionem. Conſtant vero duabus tunicis, vt ſint validiora: rarataq; harum vtraq; ex tranſuerſis cōſtituta fibris eſt: quare in his propulſoria facultas euidentior eſt, attractoria autem imbecilla. Ad hæc vim concoquendi his adeſſe patet, ob temperamētum, quod proximum temperamento ventriculi ſortita ſunt. Multos uero inteſtinis anfractus, multaſq; reuolutiones natura commenta eſt, vt materiæ in his contentæ perfectè concoquerentur, atq; vt tandiu manerēt, donec iecur, quod ſibi eſſet neceſſarium, aſſumpſiſſet. Quare Ariſtoteles animantia, quibus reuolutiones inteſtinorum paucæ eſſent, guloſa prodidit. Deniq; in iocinore alimentum in ſanguinem commutari, inde ad parteis omneis tranſmitti, in confeſſo eſt: quamobrem principem altricis poteſtatis eſſe Galenus cenſuit, ob excellentiam, qua cęteras nutritioni addictas parteis anteit: qui equidem ignorauit, alimentum in corde exquiſitum, ac poſtremum confici altricemq; in eo primam ac præcipuam uim ſitam. Sunt vero in nuper dicto viſcere quinq; naturales

facultates:

facultates: concoctricem dico, dum scilicet omnis conficitur: retentricem, vbi cibari coquuntur attractricem, dum ab intestinis succum trahit: alterationem, quando secernit, digestoriq; tria excrementa: serosum aquosumq;, quod à renibus trahitur: biliosum, quod à vesicula huic innexa: atribiliarium, ac crassum, faeculentumq;, quod à liene propulsoriam vero facultatem attractoriæ proximam esse merito dubitatur: cuius solutionem hic quidquam postulat. Meminisse vero conuenit has facultates mutuam quandam conuenientem inter se habere in corpore quemadmodum & munus vnum operæ multæ, & circa quod multi artifices. Nutrientia vero potissimum plantarum, quę sanè est omnibus ablimis indita: verū enimuero, accuratius an altrix ista potestas in iocinore principaliter pangat, an aliud sit viscus, ipso præstantius, dignanda sit. Nos quidem satis liquere ex his, quæ philosophia scripta reliquimus, arbitramur, hanc ipsam nimirum potentiam vnam tantum: portiuncula vero aliæ efficere: partes vero ex elementis constare compositas: quod vero ex elementis constet temperantiæ: id esse quasi sanè temperamentum coctione prouenire: decoctio vero calore. Quibus huiusmodi instrumentum, sanguis vehementioris caliditatis [illegible] interest, necessarium [illegible] tertiipsum. Eris igitur [illegible] admissioni addictus? Quæ [illegible] natura, quæ [illegible] calorem, [illegible] habeat, [illegible] quoque [illegible] princeps efficit quemadmodum [illegible] princeps, ac dominus appellatur, [illegible] opera negociaq; curantibus vero [illegible] hoc fungitur. Discernit vero [illegible] cæteris q; eius sectatoribus, quæ scilicet secum ad hanc potentiam perficiendam sufficere ipsi fateantur, non paucas à corde arterias in ipsum deriuari, quæ non paucam caloris copiam deferant, quæ sanè incassum actemerè à natura commentæ sunt, si iecur ad hanc functionem sufficiat. At forte respondebunt, ab isto calore vim vitalem iocinori infundi. Nos vero iterum rogabimus, quæ sit vitalis facultas in animantis partibus? an alia sit ab altrice, atq; sensibili, quibus vita constat? sed magis sentibili acceptam referimus: quæ opinio aduersatur isti, quem probe nosti. Quęcunq; vero de his potentijs conscripsimus, id ob earū functiones actum putato, quas duas tantum, sentiendi scilicet, & nutriēdi arbitramur. At si obiciant tertiam aliam virtutem à corde profectam, quæ scilicet pulsus gignit, ipsamq; solam per se dicet virtutem: Nos, etsi id fatebimur, cor tamē iocinori eam transmittere dicemus: venæ etenim, quæ ab hepate sunt, minime feriunt. Pulsuum vero effectrix facultas illa vitalis à cor se emanans: quæ caloris ac vitium in quaq; parte corporis custodiēdarum causa est, itemq; vnà cum ipsa cor partibus alijs primarium alimentum exhibet, cæteras q; omnes virtutes impartitur. Quamobrem cor princeps viscus erit potentiæ altricis conditor, hoc est, eius alimenti, quod est instrumētum, quo cum agit facultas nutrimentum exhibendo. q; si hic alia esset vis præter illam altricem, alia quoq; membra haberent: hęc etenim non potest, vt sit vlla in particula potentia specie contraria alijs, quę sunt in cæteris membris potentijs. Hæc vero in solo principe viscere sedem obtinet: quod neq; Galenus neq; alij medici vsquam censuerunt. Collatio itaq; cordis ad iecur eadem erit, cum ea quam facit Galenus iocinoris ad partes cęteras: quare cor in hac facultate iocinore præstantius sui pertus q;. Iecur náq; suum munus haudquaquam probè obiret, nisi si à principe calor tū qualitate tum quantitate moderatus trāsmitteretur ad ipsum. Satis igitur superq; probatum, Cor principem esse, & effectorem præcipuum potentiæ nutritoriæ: quod à Galeno & cæteris anatomices magistris omissum est. Non est præterea q; censeas iecur princeps viscus vocandum, quamuis eo indigeat cor ad alimēti tum elaborationem, tum confecturam: quemadmodum ventriculus, etsi cibum iocinori apparet, princeps nihilo minus non appellabitur: Neq; bubulcus cæteris bubulcis edulia parās, eorum princeps protinus censebitur. Postq; igitur cordis principatus discussus est, & ex arte secandi corpora liquet arterias in omneis parteis corporis dispergi, & ob id à corde alimentum quoq; exhiberi eo modo quo nuper diximus, nō incassum temereq; factas arterias opinabimur. Cæterum hactenus per anatomicen spectatū non est, ab hepate per venas ad cor sanguinem deferri: is etenim qui in venis habetur, imperfectior est: qui vero in arterijs continetur, vt vehiculum spiritus esset, infusus est. Dicet vero quispiam, hanc considerationem ad medicum non pertinere. Ego vero maxime necessariam ingenue fateor, quod aliàs diffusius explicabitur. Cæterum non possum non demirari Galenum cōmentario de locis affectis III. immerito Archigenem reprehendentem, in curatione memoriæ deperditæ: quippe hic memoriam à corde proficisci existimans, remedia cordi idonea adferebat: ad quem Galenus ridens (inquit) postq; ô Archigene tu in ea es opinione: memoriam in corde sitam, cur cucurbitulam cordi non affigis, omnemq; medicationis scopum ad id non vertis? Ego vero Galeni, q; Archigenis sententiam dignioram reprehensione cēseo: quod ex his quæ retro iam diserulmus, & posthac differemus, patebit apertè. Cor omnium corporis partium princeps: atq; eius situs sedem obtinet principalem: in medio enim positum est, (qui locus est regum, ac nobiliorum) vt vndiq; attingē vel æquè vel proximè possit, & tutius conseruari: quare inuolutum & circundatum membrana crassa (pericardion vocant). Nutrimentum illi aduenit ex vena, quæ inter ipsum atq; iecur iacet: tegumentum vero atq; operimentum quod auri eius impositum est, eius gratia factum est, vt recusum, sanguini præberet ingressum: occlusum verò, retineret. Altera vero auris, quæ à vena (vt nonnulli sentiunt) ad pulmonem sanguinem deferente alimenti gratia (venæ nanq; nullæ pulmoni sunt continuæ) operimentum habet ad hoc commentum, vt extrorsum apertum sanguini exitum in pulmones præstaret: verum alteri harum aurium terna instituta sunt tegumenta, vt aperta introrsum sanguis atq; spiritus in arterias dimanarent, ac fluerent: nec postea refluerent, recurrerentue. Hæc autem vena est in cordis uentre finistro, est vero arteriæ maioris os. Altera vero auris, quæ alia in parte est, arterię os est, quę ad pulmones tendit, à qua ventilatio cordi cōtingit, quare vt extrorsum aperirentur, tegumenta huius facta sunt. Sequitur vt de liene nōnulla dicamus, qui duos meatus habet, vnū iocinori, alterum ventriculo continuum. in hoc viscere crassitudo sanguinis spectatur, quare vt à melancholico succo iecur expurgaret, constitutum arbitrantur. Abest autem non parum à veritate, si duo esse hepata in

in corpore existimemus: nullas enim ab hoc venas ad alias partes deriuari cernimus. Vesica verò quę iocinori subest, vt biliosum traheret excremētum. Renes quoque iocinori ancillantur: trahunt nanq; id quod est in sanguine aqueum ac serosum per venam, quæ à gibbis iocinoris exorit. Vesica altera, vt à renibus serosum, aqueamq; superfluitatem traheret ac reciperet: habet verò operculum quoddam cortici non absimile (musculum alij vocant) quod dum trahitur lotium, referatur attracto vero & defluxo, occluditur, ne ad renes recurrat. Id vero maxime meminisse te velim, unumquodq; instrumentorum institutorum ad sanguinis expurgationem, attrahere excrementum illud tantum, vt ex eo alimentum suscipiat: præstant verò & alios vsus necessarios, vnde facultatibus nuper scriptis singula prædicta sunt, attractrice videlicet, alteratrice, retentrice, discernente, atq; propultrice. Hæ sunt omnes altricis potentiæ partes. Cæterum duas tantum concoctiones omnibus particulis communes memineris, ventriculi, atque iocinoris. Atqui si placet in venis aliquam collocare, ea sit exigua. Tertia vero ac postrema singulis membris propria ac peculiaris.

De partibus dissimilaribus, quæ sunt genitiuæ potentiæ instrumenta. Cap. X.

QVoniam de partibus nutritioni dicatis sermo nobis retro plurimus fuit, iam de his, quæ generationis sunt instrumenta, disserendū: Altrix nanq; potentia eadem habet cum altrice organa, nulla vero sibi propria. Partium genitalium aliæ sunt fœminarum, vterus, vuluæ, mammæ: maris, testes, & coles. Testes ad genitale semen efficiendum emolita est natura, quorum caro alba, fungosa, spongiosaq; est, cuiusmodi quoq; mammas habere spectamus. quare sanguinem sibi similem faciunt, hoc est, albicantem: quemadmodum & iecur chylum in rubrū mutat, hoc est, suum colorem: agens quippe quod ab eo afficitur, sibi consimile reddit. Illud vero te latere non debet, ipsos in generatione principatum non obtinere, vt sentit Galenus: etsi facultas ista in his sita sit: quandoquidem functiones suas nequaq; possunt peragere, nisi si per spiritum qualitate ac quantitate moderatum à corde trāsmissum: quare in confesso est, vim illā cordis, quæ tam probè calorem temperat, vt inculpatè sua munera obeant testiculi, præcipue genitalem appellandam. Quæ verò facultas ipsis adest, prædictæ ministra erit: atq; si excellentiam quandam obtinere videtur, particularis censebitur. Quos autem Galenus in fœminis constitutos esse prodidit, nullius in generatione momenti esse existimes: quippe semen quod in venere ab ipsis emittitur, ad generationem nihil vtilitatis habet. Atqui alij quis dicet: Frustra ergo horum testium constitutio à natura facta est? Huic protinus respondebimus, in maribus mammas nihil conferre ad genitricem potentiam: in illis tamen nonnullos vsus insitos. Rogabit iterum quispiam, Vnde semen fœmineū genituræ nihil opis suppeditare exploratum habeam? Dicam ingenue, id tum sensu, tum argumento deprehendi: Nempe fœminam non emisso semine concipere nō ignoramus. Ego igitur postq; Aristotelis de ea re commentarios perlegissem, non paucas obstetrices rogitans, an id verum esset, comperi crebrrime vsuuenire, vel si inuitæ coeāt. Harumq; multas vidimus quæ vi venerem essent passæ, concepisse. Porrò matrona quædam quæ è regione ædium nostrarum habitabat, iurauit nobis vel conceptis verbis, cùm balneum ītrasset, in quo improbi quidam homines antea dum lauarent, semen genitale profudissent, statim concepisse: quod etsi incredibile videretur, fecit nihilo minus vitæ illius antractæ integra, atq; inculpata castimonia, vt fidem verbis suis adhiberem. Quamobrem protinus ad commentarium quendam Auencladij, quem de semine genitali edidit, cuoluendum accessi: vbi id posse contingere inuenimus. Cuius rationem mirè nobis arridentem huiusmodi afferebat: videlicet ipsi vtero inesse vim quandam propriam abditam, ac cæcam cum semine genitali, quæ ipsum trahit ad quod nulla opus esse de[illegible] voluptate scribit. Eximiæ quidem, & do[illegible] rationes. Illud autē, quod naturali argu[illegible] explodamus, est, q; si fœmineum semen eas[illegible] & tam eximias vires obtineret, [illegible] posse fœminam ex se nullius ope gnare, [illegible] opus esset. Non est insuper [illegible] qualem à semine maris, alias vero [illegible] constituit: quoniam quamuis numerosæ sint, in vno tamen (quod ipsis inest principio) vnum sunt principium quidem principij largitor, atq; opifex cor [illegible] quoq; omnium auctor potestate [illegible] semine dimanarit, nos vtique mari[illegible] generationem nihil conferre recte arbi[illegible] eadem est ratio de hominis genitura. [illegible] horum suas functiones [illegible] mutua commixtio atq; tempera[illegible] formam ac constitutionem sint cōsequuta [illegible] solum, sed a certum solum oxy[illegible] verum [illegible] & [illegible] habeant temperamentum [illegible] facultate pectus vestris [illegible] est, nullamq; formam ēē [illegible] obrem pars quæ talem [illegible] generationis facultatem [illegible] qui versatum, verum [illegible] untur. Ego vero libentiſ[illegible] [illegible] sanguis, ac semen [illegible] ad hanc [illegible] egendū. Sanguis etenim membra vniuersa [illegible] conficit: patet item semen maris ac fœminæ [illegible] operari omni specie sed & fœminam ad generationem [illegible] habere quispiam dixerit, quamobrem actionem vnius sine alterius actione consistere absurdum foret. Ambo igitur scopum vnum obtinent suarum functionum: fœtum scilicet, cui ab vtroq; portio essentiæ inseriuntur: ab vno quidem forma, ab altero materia. verum nusquam præstat formam fœmina: nusquam mas materiam: quod enim alimentum exhibet, materiam quoq; præbet: at fœmina alimentum suppeditat, suggerit igitur & materiam: formam vero mas, quæ est Aristotelis sententia. Verum enimuero quoniam fœmina in se nihil contineat, quod materiam existimare valeamus, præter semē atq; sanguinem mēstruum: at semen aquosa est humiditas excremento similis: nec aberrabis si vere excrementum nominaueris, quo mēbra ali haudquaquam possunt: à sanguine etenim potius nutrimentum suscipierent: qui vere alit. Nihil vero interest inter alimenti materiam, et inter essentiæ materiam: alimentum partim essentia est: generatio uero essentiæ est in toto: totius uero materia eadem est cum illa partium. Ad hęc fœminæum semen materiam fœtus non esse, indicio sunt mulieres, quę citra emissionem seminis grauidæ sunt: vterus quidem propellit, cuomitq; suum semen: maris vero attrahit ac retinet: quibus liquet superfluitatem esse fœminæ semē, à voluptate concitatam huc illucq; diuagantem, haud secus, ac saliua in ore esurientis atq; famelici prouocat, dum alium edentem conspicit. Maris quidem semen agentis vices implet: partes item à calore naturali, qui

sedem in corde obtinet, aluntur, hicq; primum est animæ potentiæ altricis instrumentum: atq; ob id quoq; facultatis perficientis absoluentisq;. Porrò in maris semine, atq; sanguine qui in vtero cõtinetur, præcipuam caliditatis huius portionem actu adesse oportet: in semine ipso quidem, quia calidum humidumq; est. Sanguis autem, ex quo consistit ac gignitur fœtus ex veris corporis fœminæ, qui in vtero retentus, longè abest à facultate nuper dicta: incoctus nanq; hic existit: quinetiam longissimè abest ab eadem potentia fœmineum semen: præterea fœminæ in se caliditatem habere non erit dicendum: quippe cùm ipsum quidem calor ille naturalis à calore alentis tantum [illegible]. Quamobrem sic colligemus, semen quod est [illegible], neq; materiam, neq; formam fœtui suggerere: [illegible], à sanguine mẽstruo, hæc verò à fœmineo [illegible] peditatur. Item semen non solum qualitate, verum etiam quãtitate vsum vtilitatemq; præstat. Aristoteles itaq; Galeni calumniam vitabit, qui ancillam, quæ saltauerat apud Hippocratem, abortiuisse dicit, contra Aristotelem adducit. post quem fœtum semen membranula inuolutum visum est mihi ab Aristotele organum, ubi [illegible] istud haberetur, utpotè re medica parum necessarium. Quæ tamen circa vtero hæc disquisitio ad generationẽ animalium, quæ qui controuersiam explicatam ac solutam habere uolet, ad commentarios de generatione animalium Aristotelis confugiat. Nostra igitur oratio ad id, quod egressa erat, reuertatur. Coles tum ut semen in vtero imitatur, atq; infundat, tum ut per eum reddatur locum constitutum fuit: Vteri, ut contineatur in [illegible] gnitur, atq; ut per eos desinat excrementum [illegible] incocti fœminarum (mensium nocens) [illegible] est ab immodico earum humore obstruentium caloris non probè concocti, [illegible] ntium. Quare natura meatus istius, [illegible] qui istud excrementum uicibus quibusdam ac circuitibus propelleret: constituit uuluas natura ex multis fibris transuersis, ut retentrix facultas valida esset: nonnullis uero oblongis, ut semen genitale attraherent: atq; uis propulsoria eximia esset, unde & fibras in latũ protensas nactæ sunt. Quæret vero quispiam: an vteri immutandi potestate sint præditi? Dicam consyderationẽ ampliori ista esse speculandam: quãdoquidem absurdum esset asserere, vterum partes fœtus fingere, cùm à vi illa (quam informatricem nominant) nisi cum calore semini innato fingantur. Quin potius quæ in vulua est immutandi potentia, conseruatricis tantum vicem occupat: semen etenim cum ab aere nos ambiente attingitur, statim vitiatur: vnde videre est, quam immutandi vim vuluæ contineant. Post hæc mammæ explicandæ, quæ, vt lac progignerent, factæ sunt: caro etenim ipsarum tumefacta albidaq;, atq; insignem cum vtero consensum habent: iuare vbi quæ ad vteros profluere debuerunt, ab aliqua causa impediũtur, statim ad mammas recurrunt: quod lactantes apertè indicant, quibus nulla, aut pauca erumpunt menstrua: quarum nonnullæ dum infantibus lac præbent, concipere minimè possunt. Hactenus de menstruis, ac semine genitali.

De instrumentis sensibus dicatis generatim. Cap. XI.

SEntiendi potentia quinque omnino modis explicatur: videndi, audiendi, gustandi, olfaciendi, & postremo tangendi: quorum gratia cerebrum à natura factum est: præcipue propter quatuor primas differentias sentiendi, quarum quilibet suo duntaxat instrumento contentus est: visus, oculo: auditus, auribus: gustus, linguæ: odoratus, naribus: tactus, carne. Instrumentum non paruam dubitationem adfert. Quippe Galenus neruos, qui à cerebro oriuntur, instrumenta sensionis esse censet, ab illisq; omnibus partibus sentiẽdi uim suppeditari. Aristoteles autem sedem sensuum carni tribuit, opinioni inhærens, quam de cerebro concepit: ille nanq; sensus in cerebro esse, tanq; eorum principe, hoc est, citra alterius opem functiones sentiendi à cerebro præstari. Hic vero cor principium esse sensuum, cui in hac facultate ancilletur ac subijciatur cerebrum, vel quinque ipsos sensus obtinenstid quod eadem methodo contemplari volumus, qua nuper iocinoris excellentiam excussimus. Primo quidem Galenus cæterique anatomices peritissimi ingenuè fatentur, arterias non paucas, magnasq;, ac validas à corde ad cerebrum tendere: vnde facile innotescet, in his functionibus cerebrũ cordis auxilio indigere. At dicet aliquis: Si à corde cerebrum calorem delatum accipiat, quo alitur, ac foueatur: necessario sequetur, cor ipsum cerebro famularis: alimentum nãq; & altrix ipsa potestas nõ aliam ob causam à natura exhibita sunt animãti, q̃ ob sensus & sentiẽdi facultatem: quod verò à cordis calore cerebro accedit ac suggeritur, sensus sunt omnes, quinario complexi numero: quamobrem dicet alius vim sentiendi in corde præcipuè sitam: quæ quidẽ sensus est communis vocatus: cuius essentiam in commẽtarijs de anima satis superq; explicauimus. Hac itaq; in re Aristoteles atq; Galenus mutuo discrepant, illo in corde, hoc in cerebro sensitricem vim collocante. At si roges, quomodo compertum habeamus, à corde cerebrum ita moderatum calorem tum qualitate, tum quãtitate obtinere, ut sensibus omnibus efficiendis sit satis: Hic tibi liberè, ac verè respondebimus: haud quaq; a quouis calore sensus quoslibet gigni: quandoquidem is, quo cum alendi potentia agit, alius est ab eo, cum quo suas functiones peragit vis sensitrix: quod ipsum in dormientibus, atq; vigilantibus videre est: nempe in somno nutritoria facultas validior est, quo tempore sensus actu non sunt. Quare caliditas, cuius ope functiones suas sentiẽdi vis perficit, in somno delibutis, actu in sensibus minime spectabitur: quidã etenim oculis patentibus dormiunt: atq; hi tamen haudquaq; vident: id vero committitur, calore, in quo consistit visio, per neruos visorios (opticos Græci uocant) recurrente ad internas alioqui cernendi munus haud quiescet. Ad hæc meminisse oportet, unam eandemq; rem, actu atq; potestate simul & eodem tempore muniri haud posse. facultas itaq; cernendi unà cum spiritu visorio emanat: hic uero cũ naturali calore: is uero illa, tibi quis dormit, actu non mouet, quippe in somno uideret. Porrò calor naturalis, qui olim sensitricem roborat, non is est, qui altricem touet: dormiens etenim alitur, at minimè uidet. Quando uerò unde transmittatur, & quò recurrat calor ille didiceris, sedem quoq; sensus communis explorata habebis. Verum enimuero à corde proficiscitur ac defertur, illucq; redit, ac reuocatur: quare uigilãs planè caldior est circa exteriora, dormiens uerò frigidior, qui inde altricem uim ualidiorem habet. Absimile igitur quis asseruerit, calorem illum, à quo sensus omnes, ac uigilia consistunt, primùm à cerebro exorti, ac fieri usus etenim id est frigidum, & qui inde nascuntur nerui frigidi: quippe maior horum numerus frigus euidẽtius continere conspicuntur: quamobrem incredibile quippiam foret, si calorem ab his in corporis partes deferi ac delegari censeremus. Præterea & q animæ altricis materia est calor, & qui sensitricis, unum quidem sunt, tum subiecti loco, tum situ: potentia nãq; alendi, quæ in fœtu est, ad sentiẽdi admittendam & excipiendã idonea

idonea est. Hæc autem fœtui formam finemq;, illa materiam præbet. Atqui receptio i loco maximè apto fit: anima uero recipit in sui tantum subiecti loco, suiq; situs; qui sanè calor est naturalis quare sedes, in qua animam sentiendi uim admittere necessario oportet, illic erit. Quod igitur ex utraq; conflatum, ac temperatum est, unum loco subiecti ac posituræ dicemus: quamuis in neutra duarum figurarum possit unum esse: simpliciter quidem unum, hoc est numero: atq; unum definitione: certaq; de his nostra est præclara sententia. Verum enimuero postq; apertissimè declarauimus calorem, à quo gubernantur, moderanturq; sensus, sedem in corde obtinere: eam quæ sensum communem regit potentiam, hic quoq; sitam censebimus, cui cerebrum ipsum famuletur, & quæ principem eminentissimum cor habeat. nos id idicatiua methodo fusius exposuissemus: sed breuitati studentes, in alium differemus commentarium. Cerebrum itaq; cordis minister facultatem sensitricem illi suggerens, eo scilicet pacto, quo rex à cubicularij sui potestate (quam nihilo minus à rege accepe- rit) aliquid facere impellitur. Quærendum deinceps, quo modo cerebrum cordi deseruiat, quemadmodum de ministerio iocinoris retro diximus, quod alimentum uidelicet cordi apparat. Nunc uero haud dubie asseremus, functiones sensuum in quauis caliditatis mensura ac modo non perfici. Patet quidem uehementiori non opus esse, ne externè sensilia percipi impediat. Spectamus etenim acutis affectos morbis, & ob id cerebri plerunq; calidiori intemperie laborãtes, sese videre, audireq; multa, quæ nusquam sunt, existimãtes. Id quoq; in tactione præcipue innotescit, quæ in primis ad qualitates percipiendas instituta est, quibus carere suum instrumẽtum vtpote commoderatum ex eis, haudquaq; potuit: atq; ideo etiam temperatissimum factum, ut exquisitius exactiusq; sentiret. Cæterum cor cùm sit calidissimum, iccirco aduersus cordis sedem & calorem cerebrum natura molita est, vt feruorem illius moderaretur, & temperiem afferret, qua sensilia perfectius sentiremus, ac deprehenderemus. Atqui si frigidum cordi temperamentũ indidisset natura, altricis potentiæ functiones imbecillimæ forent. Cerebrum verò ac cor sic aduersa posuit, vt nuper dictas potestates animantia perfecta exquisitissimas absolutissimasq; obtinerent. Spõgia quidem quæ inter animalia ascribitur, & multa id genus, cerebro indiguisse non videntur, potissimumq; eo neruo grandi (spinæ dorsi medullam intelligit) qui à cerebro ortum habet: quare si fortè aliquando pars nonnulla huiusce modi animantium secetur, abrumpatur, aut euellatur, illa & uiuet, & nutrietur, & incrementum suscipiet: hoc est, residuo animal illud renascetur, & complebitur. Hinc spectari potest, in quo cerebrum cordi famuletur: quod doctè & sapienter Aristoteli, eiusq; sequacibus, atq; sectæ viatoriæ scriptum est. Caluaria ad cerebri detensionem ac munimẽtum constituta, figuræ rotundæ, ne tam facile læsioni pateret: quod imitati duces, iubent turres rotundas cõstrui, ad vix patiendũ aptissimas. Ad hæc sphærica tũ capaciora, tũ assiduæ motioni ac vertigini, promptiora sunt.

De spinæ dorsi medulla. Cap. XII.

SPinæ dorsi medulla eiusdem generis est cum cerebro, vertebras affixas sibi continens.

De tactionis instrumento. Cap. XIII.

TActionis proprium instrumentum caro est, vtpote animantibus omnibus communis: quin et ipse tactus ipsis cõmunis est: quorum perfectio- ra carnem obtinent neruis numerosis refertam, quibus eius temperamentum moderetur. Cùm itaq; nerui eiusdem sint cum cerebro temperaturæ, qui ab eis visus expectantur, cerebri visibus respondebunt: verum cùm numero partes in quas pauci inseruntur, tum parguntur nerui, hebetiori, atq; obtusiori sensu prædituæ sunt. Porrò huius sensus quippiam partibus vniuersis carnosis commune est, quatuor scilicet qualitates: caliditas, frigiditas, siccitas, humiditas. Quippiam verò [illegible] tum partis proprium: quemadmodum vbi [illegible] manifestam quandam persentiscit, hoc [illegible] sit mollis quidem sensus erit resolutionis [illegible] essentiæ calidæ ac siccæ: hæc vero frigidæ [illegible] duplex igitur sensus proprius constituitur [illegible] sensus, qui in glande colis, pudendo [illegible] dum venerem indulgemus, tactui [illegible]

De lingua. Cap. XIIII.

SEquitur lingua, quæ ad sapores percipiendos vnà cum suis neruis accõmodata [illegible] (vt prius tactus) sinciunt ad [illegible] etiam exprimendas, & explicandas [illegible] & adeò eos expressionem factam [illegible] lice duo [illegible] vitantur, glãdulosum [illegible] etiam pituitæ [illegible] vlos vero [illegible] ge- [illegible], vt sapores gustui tradat.

De oculo. Cap. XV.

[illegible] gratia constitutos nemo [illegible] cum suis tunicis, atq; tribus humoribus [illegible] chij. Talpotes primum visus [illegible] [illegible] [illegible] telæ aranearum similis [illegible] [illegible] [illegible]

venis plena: Alter vt à duritate ceratoidis chrystalloidem tutam reddat, ob id mollior facta: Item ne spiritus visorius dissiparetur dispergereturq́, nigra: quippe nigrum cogitq́ atq́ etiam media parte, qua pupilla est, modico foramine concaua: quod foramentum iccirco factũ est, vt foret chrystalloidis arachnoidisue, aut vtriusque forma sensilium. Nempe (sicuti bene nosti) non fit extra mittendo visus: oculus etenim admittit colores per splendidas suas partes, ac lucidas, eo pacto quo speculum, qui mox vbi admissi impressiq́ sunt, à visorio spiritu comprehendi dicuntur quod nos sex validis argumentis discussimus in commentario de sensu et sensili. Quare si pars quæpiam oculi idonea est, & apta proper suum eximium splendorem ad colorum impressionem, erit profecto propria visionis instrumentum. Ceratoides vt propugnaculum foret aquei illius humoris (quem albuginem vocitant) cõstituta, atq́ item subtilis pariter, & splendida, ne chrystalloidi impedimento sit ad formas recipiendas, simul ne visio ab extrorsum occurrentibus aliquando lædatur. Adhæc adnata tunica secum mouet musculum oculum mouentem. Ita certus de partium oculi vsibus, ex Galeno qui maxima ex parte (vt patet) à coniectura profluxerunt: parates vero omnes sic tantum instituæ, vt oculus corpus fulciat.

De auditorijs sensibus, ac partibus. Cap. XVI.

NVnc de aure, auditionis quidem instrumento, nonnihil differendum. Est igitur quod foramen gignit auditorium, neruus quis a cerebro fam deriuatur, at foramenti auris sic reperimus. bagiosis autem anfractibus, obliquisq́ circumlu nibus prædituq́ aures, ut frigidi spiritus pitio violentiam exoluerent, paulatim obliquionis tate. Atq́ etiam (quod est commodius) ne validæ uoces, fortiúe graues tam facile læsionẽ inferrent, fuerunt quoq́ cartilaginoſe, vt vnà cum figura huiusmodi ad uoces percipiendas aptissimæ forent. Cætera verò animantia aliter constructas obtinent, pluriq́ ijs prominẽt, ac maiores sunt, vt eas circunducere, & obuertere semper sonis, ac vocibus possint: quare rationabiliter homini non mouentur, illis autem crebrò mouentur.

De olfactorijs instrumentis. Cap. XVII.

OLfactus instrumentum nasus est: qui sensus in his quæ odoratu prædita sunt animantibus attractione, spirationéue, in his verò quæ huius sunt expertia, minimè ht. Id genus sunt apes, muscæ, & alia insecta. Aristoteles hũc effici in nasi duobus meatibus, hoc est, naribus censuit: at Galenus in duobus illis meatibus ossium, quæ ethmoidæa Græcis appellantur, ob quorum remotiorem situm spiratione animans indigusse ad olfaciendum. Quę opinio à veritate aliena est: alioqui naribus obstructis odoraremus, vbi aere ore inspiraremus, attraheremusq́: neq́ foramẽtum palato inest his proximum. Quamobrem Auenzoarus non ineptè scripsit, nos posse odores percipere edulio rum, dum in ventre concoquuntur, si Galeno astipulemur: quinetiam quæ illis ossium meatibus carent animalia, haudquaq́ olfacerent. Porro attractionem olfactui donatam ob duas causarum alteram meminisse te vtilium: aut vt melius scilicet diligeres: aut propter huiusmodi in his quæ odorant animantibus crassitudinem, atq́ hebetudinem. Fieri nanq́ potest ab odoratis & attractibus, qę tenuiores sunt effentię, vaporem ad sensorium imprimi. Verum cum omnis quia olfactus, aut trahendo, aut impellendo fit, vapor ab olfactubili pellendo aerem foras haudquaq́ ascendet: qui potest trahendo id facere: aer nanq́ odoratum attrahendo q́ fundendo magis sentitur ac percipitur quod ex eo liquet, cùm quippiam olfacere volumus, nos etiam in attractionem incumbimus, quæ sanè huius gratia instituta fuit. Quæ igitur animantia trahendo odorant, olfactus sensorio exquisitiori prędita sint, oportet, quàm quę contrà. Id verò in formicis apibusq́ spectatur. Præterea in his quæ odorant animalibus paucus, vel penè nullus odor sentiscitur citra attractionem, propter imbecillitatem atq́ hebetudinem sensus. Equidem homo multis animantibus odoratum obtusiorem obtinet, quæ præcipuè sagacitate odorandi victum venantur, quòd prouidentia quadam diuina ac præscientia fieri prouerbiorum libri testantur.

De partibus, à quibus motus efficitur voluntarius. Cap. XVIII.

FAcultas, quæ motum animantibus præstat imaginatrix est, æstimatrixúe, quam appetitrix, atq́ concupiscibilis præcesserunt: deinde firmata deliberatio, simul & ratio, ob præsentiã illius, quod est imaginatione æstimationeúe complexũ: sicuti in commentario de anima explicauimus. Instrumenta verò huius potentiæ quot sint, quibus suas functiones peragat, exploranda sunt. Primò igitur motionem voluntariam in propriam atq́ cõmunem secabimus. Hæc erit, qua secus locum (delatio dicitur) mouetur animal: illa verò cutis quæ in fronte est, oculorum, maxillarum, primarum nasi, labri, linguę, epiglottidis, capitis, ceruicis, humerorum, cubiti, radij, digitorum, articulorum, thoracis quando respirat, vesicæ vbi clauditur, colis, intestini recti vbi excremẽta retinentur, peritonei, coxarum, crurum, testium, deniq́ pedum, & eorum digitorum. Hæ quidem sunt partes, quæ voluntario motu agitantur. Verum vnde fiant motiones istæ perscrutandum: nam à pluribus quàm ab vno efficiuntur. Exempli gratia: manus à tendone motum habet, tendo à musculo, musculus ex seipso, isq́ primò mouet, nec ab alio motionem obtinet: constat nanq́ omne quod mouet, ab alio mouetur: iccirco ea quorum unum aliud mouet, tandem ad id veniant necesse est, vt à nescio qua potentia motrice motum habeant, & non ab alio corpore. principium ergo huic inest aliud, vti in naturali philosophia diffusè explicauimus: id si non admittamus, negocium ad infinitum dilabetur. Motionis igitur initium in ipso musculo. Quamobrem medici, qui à neruo musculis motum præstari censent, absurdè faciunt: quippe neruus aut ex se, aut ab alio principio, quod illi adesset, motionem præberet. Aliàs verò docuimus, quodlibet mobile motorem habere, qui deniq́ si corporis expers non sit, minimè mouebit, nisi idem moueat. q́ si à corporeo motio emanaret, res in infinitum caderet. quare hic esse necessariò oportet quod moueat, nec moueatur, atq́ sit corporis expers. Hoc est argumẽtum vnum, quo patet id, quod primò animal mouet, non esse corporeum, sed animæ potentiam, quæ sita sit in musculo necessario. Estq́ facultas, quæ ab voluntatis imperio pendet, quam tum imaginatrix, æstimatrixúe, tum deliberationis certitudo præcedunt. Præterea cùm id quod mouet, sit corporis expers, sequetur necessariò, quod primò ab ipso mouebitur corporeum esse, & tanquam materiam: illud verò formam: fieri etenim haud potest, quod primum mouet in animante sine materia consistere. Quale igitur erit corpus huiusmodi? nempe calor naturalis, qui in nobis est: partes etenim refrigeratæ motiones deperdunt: calorem quidem illum natiũ in talium

in talium functionum definitione complecti nemo nescit: qui differentias proprias in singulis partibus pro functionum natura fortiunt. euidentiores verò sunt in nutriendi facultate, quod ab omnibus admittitur, approbaturq́. At Galenus sedem huius caliditatis in cerebro esse prodidit literis: quæ per neruos in vniuersum deferatur corpus. Aristoteles contrà in corde sitam censuit, cerebrumq́ eadem ratione illi famulari, qua nuper dicebamus in sensuum functiõibus. Cor igitur caloris principium atq́ fons. Quare in timore calor homini ad cor confugit recurritq́, ob idq́ crura tremunt, interdumq́ homo sternitur, mouericq́ non potest. Vnde vis illa prima gubernatrix in hac motione, & id quo caloris modum ac mensuram temperat ac moderatur, à corde proficiscuntur. Galenus præterea cæteriq́ omnẽs medici vim illam voluntariam in corde fatentur positam, vnde animantia tantum à voluntatis impetu mouebuntur, & cor principium erit, quod à cerebro temperabiturparum verò interest id genus temperamẽti aut per neruum perfici, aut per spiritum animalẽ in ipsum defluentem, quem spiritum in nullis neruis, exceptis visoriis (opticos vocant) Galenus manifestè conspici negat. Cęterum q́d primario à calore illo naturali motũ habet, musculus est, ob quandam similitudinem, quæ illi est cum calore: componitur etenim ex carne simplici & neruis, à quibus tendones exoriũtur. Neruus quidẽ solus natura frigidus est, nullius caloris particeps. Quinetiam vena immerito principium huius motionis nominaretur, quæ à viscere non primo ortum trahat. quod item argumento alio indicari potest, f. q́ alimentum suggerens pars quiescere q́ moueri debeat. Materia item non erit: ab ipsa nanq́ agitationes pulsuum, omnino dissimiles motui, q́ à voluntatis imperio prodit, & penè contrariæ efficiuntur: quorum diuersitas, ac contrarietas, haud secus q́ velle, ac nolle simul existit. Musculum igitur fontem & initium motionis caloris natiui dicemus. Quamobrem partes ossium expertes, non duplices, & exiguæ, à musculis, nullo intercedente, accipiunt motionem: duplices verò in ramos diuaricatæ tendonum ope, qui ab extremo ipsarum fini enascuntur, motum habent: ob id cùm cogitur contrahiturq́ pars vna ex his, tendones illi vellunturq́, atq́ ob vinculum, quo cum ossis extremo ligatur, os istud motu illius mouebitur. Atq́ etiam pars quæ mutuò contrarios motus obtinet, duobus quoq́ ossibus vel musculis constabit, quæ diuersum quoq́ inuicem locum sortientur, quorum quodlibet suo tempore trahit, prohibetq́ ne à suo contrario eodem momento motus efficiatur. quòd si vtrunque simul ageret, pars equidem modo vno, æquabiliq́ velletur. Exempli gratia: si musculus, qui ſ externa manus parte situs est, trahat, in illam partem declinabit: si verò qui in interna, ad hanc vertetur: quando autem vtrunq́ agit, manus neque introrsum, neq́ extrorsum inclinabit. Iam verò de musculorum numero differamus, quos Galenus DXXIX. in corpore hominis prodidit: faciei quidẽ XLV. quorum XXIIII. oculos atque palpebras mouent: maxillam inferiorem XVII. reliquum faciei nouem: in hisq́ sub frontis cute delitescunt nonnulli, oculorum apertioni magnopere cõferentes. Sunt item duo nasi extremum mouẽtes: duo qui labrum sursum, alij duo qui deorsum trahũt: duo prętera qui maxillam. Capitis atq́ ceruicis XXIIII. quorum alij illuc, vbi eorum est positura, trahunt: alij caput ceruicemq́ simul: horumq́ alij sursum, alij antrorsum, quidam retrorsum, alij dextrorsum, quidam sinistrorsum. Linguam mouentes nouem sunt: ceruicis verò atq́ epiglottidis gratia XXXII. Humerorum singulorum septem: vtriusq́ partis brachij XIII. quatuor supra cubitum: intus duo, quibus ad iternam manus partem flectitur: duo foris, qui extrorsum, hoc est, iternam partem. Brachiorum quodlibet XXXVII. obtinet: quorum alij extra, septem verò intus positi. Manus item XXXVI. habent, quælibet XVIII. qui ad externa, internaq́ mouent, & ad motum pollicis, minimi digiti, atq́ volæ. Thoracis deniq́ CVII. quorum alij relaxant, alij extendunt. Vertebrarum XLVIII. In ventre sub thoracis osse ad vmbilicum octo perueniũt quorum alij recti, atq́ in longitudinem sese agunt, quidam in latitudinem extendunt, alij per transuersum deferuntur, qui alij & flectunt, & actionis vim cæteris suppeditãt. Testiculis [illegible] quatuor. At in cerulea [illegible] quæ arcet, ne nobis inuitis reddatur vrina. Præterea in recti intestini extremo quatuor appositi, ne videlicet importune excremẽta deijciantur. Coxę, ac crura XL. VI. constant pedes verò XXVIII. ad motionem indignerit, atq́ eorum articuli quidam numerum cęteri digiti pedũ XXII. habent. [illegible] musculorum omnium numerus, aut à [illegible] & cõmunalium calore, qui vniuersis [illegible] Quantus itaque comparatum, [illegible] motionem obtineat, præterea [illegible] calido [illegible] instar formæ vel à calore, qui musculo [illegible]

rio ac per se musculis assignabimus: per consensum vero ac colligantiam cerebro, ac neruis: atq; curationem primo & remedia musculis adhibebit: deinde ad cerebrum neruosq; uertetur medicationis scopus. Respirationi autem partes deseruientes, septum transuersum, pulmones, aspera arteria, epiglottis, columella: quorũ usus prius non explicabimus, q̃ spirationis utilitatem exactè discusserimus. Hanc Galenus ainq; omnes medicinæ professores, duos usus obtinere literis mandauerint. Vnum, vt cordis naturalem caliditatẽ aeris nos ambientis algidi ingressu refrigeraret, atq; excrementa fumida caliginosaq; à calore natiuo dissipata diuaporataq; expelleret: quem animantibus calidioribus, ac sanguine fœtis, extrinsecũ necessarium esse constat: his uero qui tũ caloris, tum sanguinis sunt expertia, haudquaq; quippe non tã aeris circũfusi pulsum in his respirationis usum implere. Alterum deinceps, vt aere respirato, id quod de spiritu defluxit, instauretur, alanturq; vires innatæ. Verùm absurdum, falsumq; id deprehenditur compositum nanq; nullum à simplici alitur: alioqui animans ex elemento vno conflatum reperiretur quod penitus à Galeno reijcitur, qui ob id aquã non nutrire asserit. Cæterum cui potentiarum animæ spirationis munus ascribatur, accuratè cõsyderemus. Galenus à motione à voluntatis imperio prodeunte hoc testatur, ob id, quòd integrum sit nobis spirare, ac non spirare: quodq; neruus huius sit proprium, ac primarium instrumentum. Quare dissecto cuipiam neruo, qui septo transuerso motum suggerit, is profectò diutius non viuet, q̃ qui strangulatur. Verum enimuero Galeni opinio duobus argumentis refelli potest primo, quia dormientes spiramus: voluntaria autem motio cogitatione ac deliberatione fit: hæ autem in somno functiones non peraguntur: postremò, quoniam spiratio, quę intempestiua est, ac præposterà, arteriarum pulsui respondet. quare Hippocrates hanc crebrò pro pulsibus usurpat, quoties videlicet partes respirationi addictæ minimè affectæ sunt: quinetiam cordis temperaturam æquè atque arterias indicare docuit. Quidam præterea philosophi ex voluntaria, atq; non voluntaria facultate, hoc est, naturali, animalique, respirationem constituẽ censuerunt: idq; in non pauce animantis partibus spectatur, vt in motu palpebrarum oculi, ac deglutitionis, quas sane compositas esse cõstat: unde imbecillioribus effectis, cadit quoq; ac debilitatur deglutitio, haud secus atq; appetentia: quæ quidem sententia præstantior esse videtur. Quandoq; quis obuerat, illum prudentius ac doctius sentire, qui naturalem eam tantum asserit facultatem, ob hoc scilicet, q̃ dum sani degimus, dumq; morbis laboramus, crebrò citra deliberationem respiramus. cordis temperaturam prodentes: quinetiam suspiria multa fiunt. Ad hæc vbi respirandi munere necessario indigemus, spirationem sistere, ac compescere, integrum nobis minime erit, quemadmodum nec tussim, aliaq; id genus. Natura itaque hanc voluntariam functionem inuenta est, ut auxilio esset naturali pręsentiæ, quando videlicet cordi satisfacere non valet. Præterea Galenus præterea, qua illam omnino à voluntatis arbitrio penitus abdicat, testatur huiusmodi, quod scilicet figurę, conuersiones, & motus harum facultatum, id est, motuum voluntariorum, abolent asserit: quæ mendosa ratiocinatio à veritate aliena est, tum in principes, tum in figura. Nempe quãdo prædicatum rei quæ a subiecto data est, auferatur, non debet semper auferri prædicatum a illa, a qua est ablatum subiectum: alioquin repugnantium antecedentis oppositi in tota materia [illegible] consequentis tutari ac defendere oporter. Hoc autem testatissimum facit, quantum in dialecticis Galenus claudicauerit: quippe si ablato nẽmo, sectoue, quæpiam quoq; auferatur motio, illud tamen necessariò non sequetur, neruo illo existente motus gratia, q̃ neruo propriam motionis causam acceptam feramus. Atqui si quispiam uenas caroticidas, neruosq; soporiferos, qui ad cerebrum pertingũt vulneratos habuerit, statim omni functione voluntaria destituetur, vnde particulæ illæ appellationem nactæ sunt. Quare Rasis memoriæ dedit, regem Indiæ, vbi in quempiam nobili genere clarum animaduertere vellet, sectionem harum partium imperasse: quod animaduersionis genus ac supplicij mortem adferebat. Quis autem sanæ mentis illic omneis motiones uoluntarias propterea insertas dicet? Porrò nihil actionem huiusmodi in neruo efficit, q̃ id quod talem potẽtiam complere, atque perficere potest: quo affecto afficiatur quoq; actio necesse est, etsi huius propria nõ sit caussa: quãdoquidem vitiatur, deperditurq; propria functio, abolita facultate, quæ illuc defluebat, ac transmittebatur: quamobrem voluntarij motus deperditio non testatur motum quemlibet in neruorum essentia uoluntarium adesse: qui tamen per accidens potest à voluntate produci. Quod si obstinatè repugnas, voluntarium penitus affirmando, nihil propterea promoues: quippe musculorum erit, non neruorum. Verum enimuero ad partium spirationi famulantiũ usus accedamus, quandoquidem de ipsa abunde disputauimus. Pulmo igitur spirationis officio delegatus, aditum spiritui parefacit: cùm enim attollitur, influit spiritus: cùm contrahitur, effluit: vnde instrumẽtum respirationis propriè esse in confesso est. Verum hic subtilitate ingenij consyderandum erit, nunquid respirationis exspirationisq; motio thoracé sequatur, nec priuatum motum aliquẽ obtineat an verò sit thoracis motus spirãdo, quem pulmones sequantur, tanq; auxilium afferentem. Galenus pulmonem priuatim nullum motum habere scriptum reliquit, sed vnà cum thorace attolli, agitariq; : quinimo spirationem, quæ naturalem motionem sequitur, à septo transuerso fieri: est autem id musculosum quippiam, atq; carnosum, inferna à supernis dirimens: hoc est, partes nobiliores ab ignobilioribus distinguens, ac separans. Dilatato itaq; thorace, aere impletur pulmo. Existimare autem oportet huius constitutionem similem esse follibus, qui in terrarns habentur: quod tibi male infelicius fiet, si vulnerato thorace, ac cõfosso, aer introrumpat: quiescit etenim protinus pulmo, interitq; eius motio: idq; forte ob refrigeratos pulmones. Aristoteles (incuriam vocat) septi transuersi nullam aliam utilitatem scripto reliquit, q̃ vt separarentur inter se partes principes, ac nobiliores, à nutritorns, & ignobilioribus: vt videlicet animæ principis origo inoffensa seruetur, nec facile occupetur exhalatione cibi, & caloris aduentiti copia. Atqui tantus philosophus calumnia dignus non est, neq; imperitię crimine notandus: quando quidem quæ arte secandi corpora discuntur, haud absimilia sunt his, quę numero motionum circulorum comprehenduntur. Ars verò anatomices ætate Aristotelis planè haudquaq; erat absoluta. Porrò Galenus, cuius seculo medicina omnibus numeris (vt dicitur) perfecta erat, scripsit. Erunt (inquit) posterorum, qui in medicina quędã à nobis nõ inuenta, neq; cognita in lucem emittent. Quamobrem non tam crebrò (vt multi censent) Galenus Aristoteli refragatur, quin potius illius mentis aliquid adijcere, atq; implere nititur: cuiusmodi sunt, quæ de septo, de motu neruorum, de sensu & motu, de cordis ac cerebri principatu: quæ nanque ille de particularibus disserit, haudquaq; in vniuersalibus huic reluctantur. Verùm ad id, vnde nostra digressa est oratio, redeamus. Galeni igit de pulmonibus sententia diligenter perpendenda: quippe nullo alio argumento, rationeue probare studet, dilatato thorace pulmonem quoq; attolli, q̃ eodem quiescente, pulmones quiescant, intereatq; animal. Nos verò non adeò absolutè ac simpliciter pronunciandum censemus, thoracem videlicet præcipuam motionum pulmonis caussam esse: fieri etenim potest, vt pars vtraq; priuatim moueatur, habeantq; mutuum

erit ſtatim ferendũ iudicium, fontem ipſaq; ſolum eſſe cerebrum: haud aliter q̃ affecto cryſtalloide viſionem vitiari cernens, nihilo minus ipſum viſoriæ facultatis primariam eſſe ſcaturiginem. Nam & ſepto tranſuerſo affecto, nuper dictas potentias lædi ſpectamus: non tamen ſanæ mentis homo harum ſedem in hac parte puta**uerit**: Cerebri etenim ventriculi harum gratia conditi à natura, quorum tẽperatura functiones ipſarum conficit. Atqui retro ſcriptæ virtutes in duobus prioribus cerebri ſpecubus euidentiores ſunt: à quibus per viam, tramitemue qui inter ipſos conſiſtit, deferuntur: in qua via meatũue quãdam corpuſcula conſtituta ſunt, quæ dum calorem intermittũt ad cerebri ſinus ingredi oportet, aperiri exp[illegible] dũq; vbi ſubierit. Horum verò mentionem [illegible] in cõmentario anatomices. Cerebro humido nimirũ & [illegible] conſtituto, ſuper impoſitum eſt os, quod caluariam nominatur, pro tuta ac munimento: duæ item membranæ, quarũ altera tenuis atq; imbecilla: altera craſſa ac valida, cerebrũ vallant ac veſtiunt. Quinetiam globoſa, vt quæ ſit omnẽ figurarum tum perfectiſſima, rotunda, atq; ſphæricarum capaciſſima, tum ab incommodo & læſione remotiſſima, cæteris ſedem eminentiore in animantibus [illegible] obtinuit ſenſuum gratia, qui (teſte Galeno) ſunt: quod eiusmodi in re[illegible] nit, quippe qui cuſtodiæ excubiisue præſunt, [illegible] bluntiorib; locis collocantur.

De ſomno. Cap. XXI.

PRoximum ab his partiũ vſibus, [illegible] eſt, vt de quibuſdam, quæ ad ſanit[illegible] diſſeramus, inſtio quidem ſumpto à somno: de quo primũm quid ſit, & cui parti creditus ſit: quæ eius ſit cauſſa, conſyderemus oportet. Eſt quippe animantiũ generi apprime neceſſarius, atq; vtilis, ſub quo homo quoq; continetur, qui ſomno deſtitutus vitæ non exiguam iacturam facit. Somnus igitur (mea quidem ſententia) nexus quidam & quies ſenſuum, atq; eorundem recurſus receſſusq; à ſuis inſtrumentis ad intimat idq; ſomno ſepulti, dormientesq; apertè teſtantur, qui ſenſilia, etſi proxima, minimè percipiunt: tum qui patentibus oculis dormitant, nequaquam vident: atqui ſi facultas viſoria inſtrumentis adeſſet, cõtinuò hi quoque viderent. Verum enimuero id non tantum in ſoporatis conſpicimus, verumetiam in his qui ſtudioſiſſimè, attentiſſimeq; in aliquam rem incumbũt: etenim non pauca ſenſilia prætereuntia non animaduertunt. Cum itaq; ſomnus tantum ſit ſenſuum ad intima receſſus: ſenſus vero haudquaq; moueri poſſunt illa, quæ p vniuerſum corpus ſit, motione, abſq; auxilio alterius, quod illis materiæ loco adſit, erit verò id calidum naturale: quare ſomnum eſſe cottum quẽdam caloris ad intima refugientis aſſerimus. Quinetiam partes extimæ refrigeratæ ſomno preſtu hominis huius teſtimonium ſe cupiditiſſimum exhibent. Atq; item concoctio, quæ in dormitantibus validior conſiſtit: nempe calidum id, quod in vigilantibus functiones concinnat (præbet etenim motum ſenſumq; extimis in ſomno ſopitis ad ima ſubtertugit: illud verò a corde tantum animãtium partibus trãſmittitur, ad quod ceu ad fontem atq; principium in ſomno refluat atq; reuertatur, neceſſe eſt: quẽadmodum in motu cõſyderatur, quem ad id, vnde incœpit, redire oportet: quale i Deo ſpectamus, à quo oia dimanant, & ad quem cuncta reuolant. Poſtq; igitur explicauimus ſomnum, ſenſus quietem, otiumq; ſuarum functionum, atq; intermiſſionem, quæ a caliditatis ſubtertugientis receſſu conſtit: proximum eſt, vt ſcrutemur, quæ ſit cauſſa huiuſce cõfugij in ſomno ſopitis: quod in primis coctionem adiutat. Caloris equidem ad extima ſparſio à quantitate, nõ à qualitate eiusdem inaucta prouenitat coactio quãtitatis imminutio eſt: idq; contingit, quoniam à frigiditate humiditateq; ſuperatur. Somnus ergo calore interno refrigerato, atque humectato fit: tunc nanq; copia minuitur calidi, dum ad ſuum fontem recurrit. Præterea cùm cerebri vſus ſit, vt cordis caliditatem, ſiccitatemq; moderaretur, neceſſe cor ab illo maiorem huius functionis cumulum conſequi, atq; alimentum cordi tranſmiſſum refrigerari humectariq;: proinde rigationibus, quę vim frigidam humidamq; obtinent, perfundimus capita vigilñs affectorum creberrimè: etenim cerebri conſenſu, cor quoq; affici conſpicimus. Quamobrẽ qui à ſolo cerebro ſomnum effici putauerunt, grauiſſime lapſi ſunt. Ad hæc argumentum à frigiditate humiditateq; ſomnum conciliari tale eſt, q̃ alimẽta pleraq; omnia ſoporem appellantia, vi frigida humidaq; prædita ſunt, cuiuſmodi lactuca, & id genus: at vigilias accerſentia calida ſiccaq;. Somni autem cauſſa, quæ à materia nomen habet, vapor eſt humectus ab iſernis, intimisq; ad cerebrum elatus, vbi a frigore conſiſtit, grauisq; effectus, dum, quæ illic ſunt, cæteris miſcetur humiditatibus, dumq; ad altiora penetrare non valeat, neq; diſcuti diſſipariue, ad ima denuo defluat neceſſe eſt, atq; inde meatus facultatum ſenſilium obſtruat. Quinetiam ſomnus animanti ab fatigatione laboribusq; conflt, calore natiuo intermouendum, opusq; faciendum diſperſo, imminutaq; eius quãtitate, refrigerato: proinde coactus ad ſuã confugit ſcaturiginem, fontemq; haud ſecus ac milites, qui graui imminente periculo ad ducem recurrunt. Cor verò in animante princeps: quod poſtremũ animali mortuo refrigeratur. Somnus itẽ naturæ eſt functio corpus gubernantis, iccirco neceſſaria animantibus perfectis, quoniam abſq; eo immodicis laboribus frangerentur ſenſus, atq; interirent: quibus pereuntibus actum de vita eſſet. Quamobrem qui minus probè dormiunt, pallore afficiuntur, atq; munia ſua potiſſimùm nutritionis, deterius obeũt. Quin & exercitio ac fatigatione ſenſuum calor ille internus refrigeratur, vtpote ad extima expanſus: rurſusq; ad intima ſubterfugit, vbi eius minuitur quantitas. Illud verò te latere nolim, ſomnũ conuerſionem tantum eſſe temperaturæ caloris intimi ad frigidum & humidum, eſtq;, quę hunc facit facultas gubernãs, quæ in corde poſita eſt, cuius calor hac ratione huius eſt inſtrumẽtum. Propterea exoritur hic quæſtio, cui potiſſimum potentiæ animæ commiſſus ſit ſopor: Cui ingenuè reſponſum volumus, facultati ſenſitrici illum eſſe creditum, quæ roboratur, & incrementum ſuſcipit huius functionibus: neq; nutritoriæ poteſtati attribuendum, quatenus eſt nutritoria, quoniam vegetalia non ſoporantur, ſenſus nanq; ſunt expertia: illa verò vis ſentiendi aſcribitur ſenſui communi. Somnum tribuimus ſenſitrici potẽtiæ, vtpote quæ ab eo tueatur, conſeruetur q̃; quamuis ſeriatur tunc temporis.

De temporum anni temperamento. Cap. XXII.

ALtricis facultatis functiones partesq;, quæ illas perficiunt, aiantibus neceſſariæ: ſed maximè actio, qua pereunte, aial interit. ſpiratio itẽ neceſſaria. Porrò liquet ea, quæ ſanitatem corporis humani tueni, ac conſeruant, eſſe aquam, aerem, alimenta, quibus ſin naturam ſe habẽtibus corporis ſanitas cõſequatur. Aer verò naturaliter ſe habet propter ſolis aſtrorumq; functiones: ſol verò id facit, ſignitorum pererrãs p anni quatuor tẽpora, ver, æſtatem, autumnũ, atq; hyemem, querum

quorum conſtitutionem exploratiſſimam medicũ habere oportet, quippe tum dignitate, excellentiaq;, tum vtilitate longè ſuperet alia ſanitatis tuendæ præſidia. Vere quidem nutritionis functiones validiores atque perfectiores, calido ſcilicet interno copioſiore exiſtẽte, quod temperatura eſt tum calidum, tum humidum: proinde ver calore, humoreq; moderatum aſſerimus, collatione ad hominis temperationẽ facta: quinetiam adoleſcentes iumoresq; vere actiones viuidiores obtinent. Vocabitur item non abſurdè temperatum, hominis temperamento collatum: quando quidẽ non à quatuor qualitatibus per ſe totis mixtis ea tẽperatura conſtituitur: cuiuslibet nanque corporis temperatio alteri qualitatum agentiũ exuperanti (quæ inſtar formæ erit) atq; alteri patientium (quæ loco materiæ) aſcribitur: alioqui non vnius ſpecie, verùm duo conflarẽtur: functio item vna in ſuo termino minime collocaretur, ſi duæ qualitates oppoſitæ ſimul præpollentes ineſſent æquabiles actu poteſtateq;. Quippe ex duobus contrarijs actu haudquaquam vnum actu componitur: neq; etiam ex non contrarijs, quemadmodum duæ lineæ actu vnam actu non conficiunt. Quam opinionem pauci admodum, qui ſe naturæ interpretes iactitant, medicinæq; profeſſores noſtræ memoriæ admiſerunt: verùm iam illis explicabitur. Tẽperata natura, ex quatuor qualitatum pari mole moderata, hoc eſt, temperatiſſima, nuſquam ſpectari poteſt. Quinetiam temperamentum vni qualitatum agentium attribui moderatum non conſpicimus, propterea quòd ſingulæ actiuæ modum nactæ ſunt functionum ſuarum ab altera patientium, quæ illi adeſt loco materiæ. Sed vnde noſtra fluxerat oratio reuertatur. Æſtas calida & ſicca: hyems tum frigida, tum humida, collocata ad ver, hominisq; temperamentum. Quidam autumnum (vt qui eſſet inter æſtatem hyememq; medius) æquè temperatum atq; ver collocarunt, largiſſime quidem peccantes: veri nanque in totum quis dixerit contrarium? à quo vires omnes imbecilliores euadunt, cuius exẽplum experimentumq; vegetalia animantiaq; ſuppeditabunt. Proinde ſiccitatem atq; frigiditatem illi aſſignabimus: at validior erit ſiccitas: verùm vt ſummatim dicam, inæqualem omnino naturam habere pleriq; omnes peritiores ſcripſerunt. Sol autumno perinde nobis eſt proximus, atq; abeſt à nobis: quod de vere dici quoque merito debet. Sed hoc tantum intereſt, quòd autumno vires imbecilliores debiliores q; ſunt, ſiccitasq; exuperat in animantibus, quare nullam in generatione caloris ſui temperantia vtilitatem præſtat. Vere ſi quod aliud generationi in primis aptum atq; idoneum: humidum nanq; tali functioni familiariſſimum. Porrò breuitatis, diuturnitatisq; certum finẽ, ac ſcopum anni tempora non obtinent, ſed pro regionum natura, atque longitudine variantur. Quarum equidem temperatior erit, in qua breuis autumnus, ver verò longum: cuiuſmodi ſunt quæ ſub quinto climate iacent, præcipueq; maritimæ. Autumnus in noſtra Hiſpania duorum eſt menſium, quæ eſt in quinti climatis principio. Sub libra item temperatam horam afferere (vt non pauci) abſurdum eſt: quinetiam quartum quinto præſtantius climate exiſtimare. Galenus Græciam tertiam temperatiſſimam tradidit literis, potiſſimumq; Hippocratis patriam Coũ, atque huius tempora anni veri ſimilia. Nos quatuor cauſis, materiali ſcilicet, formali, effectrici, atque finali ſalubritatem partis cuiuslibet complexi ſumus,

AVERRHOI COLLECTANEORVM SECTIO SECVNDA, DE SANITATE TVENDA.

De artis medicæ fine. Cap. I.



Sectio hæc extro Collegit libro reſpondet.

INis philoſopho trifariam diuiden[illegible] Primò quidem, ad quem ſcientia [illegible] rio tẽditq; abſolutè conſtatur. Secundò verò, [illegible] dum formam materiæ [illegible] perfectionẽ [illegible] parabilis dicitur [illegible] remò, quo [illegible] huius gratia ſunt inſtituta, cõ[illegible] hic cauſlarũ finis vocitatur, [illegible] ſpicuorum, quę p ipſam elaborãtur. Verum enimuero artis [illegible] ſunt ac vere, primo, poſtremoq; [illegible] At ſecundo non ita ſimpliciter: [illegible] ſi vere) in latitudine. Pars autem [illegible] nunc ſcribitur, cæteris eius partibus [illegible] Quæ rurſus bifariam ſecabilis [illegible] ſanitatem conſeruat, actuet [illegible] quemadmodum auferri de[illegible] ſuis horbis accẽſuntq; quæ ſanè [illegible] ſanitatis [illegible] & ægritudinis [illegible] ſi te in media natura, vtrum, quę [illegible] Quippe [illegible] nullo [illegible] arte diuina [illegible] qui manca [illegible] medicina. Quãobrem no poſſumus [illegible] bare definitionem [illegible] mus. Medicina eſt ars facilis [illegible] uenta, quę tum ſanitatem tueatur, tum morbos depul[illegible] Qua definitione nullus maiorum poſteriorumue [illegible] rum alia verborem ſcripto reliquit. Nempe etſi illa, quæ Galenus tradidit, multis videat exquiſitè præcepta, nihilo minus parũ explicata, declaratag; eſt, & propè dixerim manca: qñquidem cuius eſſet finis, non explicuit. Vnumquæ nanq; artes operatrices, naturæ dominæ, cognoſcente q; finibus ſumuntur modis. Aut.n. præſunt faciendæ operũ facultati, & inq; formã, materiamue faciunt, ſed iubent: Aut minimè peripunt, ſed faciunt formã in materia apta: Aut medicinæ has, q̃ videlicet partim factunt, partim præſunt ac iubent: primò quidem formam elaborantes, altero materiã cognoſcentes, atq; explicantes. Horum primi exẽplum gubernatoris nauis eſt: atq; architectus, qui nauẽ extruit, fecundi & tertij, is q̃ in nauẽ cuncta probè diſponit, ordinat, atq; iubet. Nos verò de his exquiſitiſſimè ſcripſimus in commentario, quem in ſecundũ auſcultationis naturalis libri poſteriores reliquimus. Cæterũ medicina ex his artibus eſt, quæ abſolutè factiuę nocitantur: præſtat etenim formã, qua functiones ſuas naturales hõ perficit, atq; natura materiaue apta & idonea ad opus exiſtentes: alioquin non poſſet formam præbere. Eſt aut hic finis, quo arti locum ſui ſubiecti conuenientiſſimum ſuggerit. Atque haudquaq; abſimilis ratio vtilis, qua Galenus hoc quadrato, tẽperatoq; præſcribit, vt ſcilicet vitę naturali curriculum trãſigat, ſenectuteq; attingat, quę medicis ob

 [illegible] ligenter

Insigniter refrigeratas, exsiccatasq; partes corpis principes continuit. Quare hunc finem, atq; scopũ ars medica nequaq; debet transcendere: quo id faciet, immortalitatem hominibus adferet: quam non posse ab ipsa præstari in confesso est. Caussa vero, cur interdum medicinalis ars finem prohum non consequatur, eadem est cum illa, quę cæteris artibus impedimentum tuncit, **ne circa materiam suam**, atque subiectum finem optatum **adipiscantur**: quod in athletarũ, nautarum, atq; agricolarum uictus ratione manifestissime cõspicitur. Atqui **Rasius noster** huius caussam in quodam suo **commentario tradidit** huiusmodi, videlicet, q; ea quæ **retro** tam à **nobis exposita** sunt, non paucis intercedentibus **medijs** indigeant, vt hunc ipsum finem obtineãt, **quem á nobis** suppeditari, fieri minime potest. Cuius equidem opinio **proba est**, verũ non vsquequaque perfecta: quare **adijcere quædam nos** oportet, quo diligentior euadat. Est igitur **verum, hanc** artem in individuorum corporibus **peccare, ob materiei** ipsorum idoneam præparationem fieri nunq; **potest**, duos esse homines eiusdem æquabilis, temperatæq; naturæ vna eademq; ratione victus vtentes: quorum alter ad senectutem finemq; suo temperamento **conuenientiorem** ducere **queat**: alter verò eidem eodem dictæ genere vtatur. Quandoquidem ingenerabitur succi, qui morem accipient celeriorem, ideoq; profectò contingit ob quandam huius temperaturæ insitam innatamq; aptitudinem **ad vitiosos humores** gignendos, quę nos lateat, & hanc ignorantia **his** parit **naturarum** tam **multiplex innata** propensio **aptitudines**q;, vt nullis notis **nullisq; indicijs** [illegible] abunde expositum **est**: vbi id quoq; prodijt, **materias** faciet singulas **accidentia obuiantia peculiaria**, insitaq;, præterea quoq;, quæ **à forma suppeditantur. Quamob** rem accidẽtia, quæ **materiei adsunt, multifariam illam** naturarum individuorum **variationem** procreant, haud secus, ac ea, quæ **peculiaria formæ** insunt, mores tam varios in hominibus singulis individuisue conciliant. Quippe homo postremum compositum exitus, non paucas individuorum differentias speciesue **habebit**: quod facit, vt multiplicitas proprietatum, naturarum scilicet ac morum individuorum, non ita pateat. Verum enimuero longius fortè, si par sit, nostra est expatiata oratio: quanq; ingenue affirmare aulim, id quod nuper nobis scriptum est, maximam afferre vtilitatem his, qui exploratum habere concupiscunt, in quo philosophorum doctorumq; virorum nõ paucis olim dubitarunt. Nunc ad institutum negocium reuertimur, de immissis illis, quum ea sunt sententia, vt deberet is quotidie attendere, qualem in libro de sanitate tuenda Galenus præscripsit, finem optimũ consequutus sit, & rarę, quomodo dignoscatur finis artis medicę ab arte tuenda patientium: hiq; hallucinantiũ medicorum & indoctorum opinionibus astipulari videntur, quemadmodum & illi, qui dies hominum annosq; certo numero attributos censuerunt: quandoquidẽ vtrumque potest, quemadmodum naturæ temperatæ inculpata educatione vtentium æque breuem vitam vtrumq; atq; diuturnam victus improbã vsurparit. Sed hoc tantisper contingit: quare ab accidenti tam respecto ad longinquo medica ars neq; subibit calũniam, neq; subuersionem: abit etenim, vt tam infignis artis utilitas hoc tam exiguo scrupulo obscuretur. Porrò qui tantum a rebus externis, atq; ab electione voluptatemq; prosunt tribus verbis attributi, is nosse causſarum morem cum ratione videtur: quippe effectricium tantum gradus quidam (quæ dixerunt) sunt: Hæ vero vtpote manifestiores à pleriscq; omnibus medicis ægritudinibusq; assignantur. Huic si fortè (ut fit interdum) morbi accidant, quos id genus causſæ non præcesserint, diuinitus, cœlitusq; immissos protinus aiunt: quã opinionem, quoniam popularibus vulgoq; arrideat, minime improbabimus. Iam verò satis superq; expositа artis medicæ commoditate, atq; vtilitate, proximum erit, vt de causſis disseramus, quæ ex accidenti corporibus nostris vitia adiuuant, quibusq; medicinæ auxilio occurrere valeamus: sunt autem hæ causſæ effectrices: quarum alię huiusmodi sunt, vt facile cauere vitariq; possint, vt combustio, sectio, percussus, & id genus mille, quæ fugere omnino possimus. Alię verò, quæ necessario nos alterãt, atq; immutant, vel nobis multis nolentibusq;, de quibus agendum mihi nunc est. Sunt igitur quæ nostra afficiunt corpora ex accidenti causſæ, aeris nos ambientis cõstitutio, immutatio, exercitium immoderatum: quale est artium quarundam) deinde alimenta, potiones, aiæ affectus, atq; vt summatim perstringam, quæcũq; intemperiem cum succis, & citra succos pariunt. Ab his itaq; quandoquidẽ vindicare nos possumus, aut ratione victus, aut mediocritatem (quæ in sanitatis tuitione collocatur) amplectẽdo, asserimus sanitatem posse conseruari tantũ alimentis, tum boni succi, tum qualitatis moderatę, tu opportunè assumptis: item motu ac quiete mediocribus, excremẽtorũq; expurgatione: denique aeris boni ispiratione, & cæterorum accidẽtium præcautione, quæ intemperiẽ euocare nata sunt. Sumẽdi uero cibos modus melior medicinalis est. Excrementa purgabunt frictione, lauacro, exercitio moderato, atq; medicamẽti assumptiõe: q; vniuersa precautioni ab ægritudinibus accepta referẽda sunt.

De exercitio, eiusq, modis. Cap. II.

EXercitatio motus est partium ab aliqua electiõe, atq; voluntate procedens: qui primum quidem à membris efficitur, motionem voluntariam obtinentibus: secundo verò ab ijs quæ motu sunt prædita animali, cuiusmodi sunt venæ, partesq; nutritionis officia exequentes. Cum itaq; exercitatio motus sit, quædam propria, quędam autem communis constituetur. Atq; hæc toti corpori attributa, qua vtitur cuncta animalia: illa primatum singulis membris peculiaris: quẽadmodum vox, thoracis, atq; pectoris: sedere, actare, dormire exercitatio. Quinetia alia exercitationis sectio, quatenus exercitatio: (prima namq; à partibus desumpta est) vehementem etenim quãdam, remissiorem ac leniorem, alteram et tertiam temperatã collocamus. Atqui valida & imbecilla fatigatis interdum ac laborantibus cuiusdam partibus fiant, quibus pariter accedent, tum concitata, tum tarda: interdum vero cum in mouendo alterum alteri eluctatur, atq; ab eo opprimitur, vt in grauioris oneris sublatione contingit: veruntamen hæc differentiæ neq; citata neq; tarda iunguntur. Atqui nonnunquam celeritatem pariter, & vehementiam exercitatio habebit, qualis est illa gladiatorum. Cæterum exercitij modici utilitas exigua est. Spiritum etenim internũ citatiorem facit, atq; auget: caloris quoq; genuinum augmentũ parabet, cultoditq; excrementa partium altrici facultati deseruientium expurgat, & expellit, pariter & discutit: membrorum effentiam emollit: quare corpori, cæterorũ nullũ magis erit commodũ, q; hoc ipsum. Quippe caloris, atque spiritus augmentũ, quod ab eo conficitur, non absimile est caliditati naturali externæ. Atqui hæc quæ ab externis excitatur, veluti à medicamentis alijsue rebus, energica & actu calefacientibus, ex accidenti contingit. Quæ cõmoda nuper dicta

dicta homo consequetur, si à cõcoctione exercitationi sese dedat. q; si prius exercitio vtatur, periculum est, ne crudos, incoctosq; cibos, ac succos partes ad se rapiãt: quo simul afficietur facultas retentrix, expellenturq; incocta alimenta: quandoquidem (vt rem paucis absoluam) quiete concoctio exquisitè cõficitur: potentia autem propulsoria motu, agitationeq;. Quamobrem tempus eius vtendæ illud esse statuimus. Sanè huiusce temporis nota, color est vrinæ mediocriter rufus ac suppalens. Inhibenda verò exercitatio tum primũ est, cùm sudorem calenti admixtum spectabis, atque spirationem alterari immutariq;, colorem rubrũ ac floridum apparere, simul ac venas intumescere. Diligenter itaq; curabis, vt cùm dictorum iam indiciorum quodlibet apparebit, protinus exercitium sistatur. Quippe validо digeritur, exhauriturq; corpus: quod patet in his, qui eo genere delectantur exercenturq;. Remissiori verò & imbecillo, quod expurgari debet, minimè expurgatur: nec quod ab eo tutum ac liquatum dissipare valet. At mediocre ac temperatum excrementa corporis tum discutit, tum absumit: quinetiam & corpus implet, & carnosiorem obesioremue reddit exercitatum. Quare ad sanitatis tutelam supra quàm cuiquam credibile sit, moderatum exercitium cõfert. Verum enimuero quot incommoda ocium, exercitiq; negligentia pariant, clarum nobis testimonium exhibent, qui in vinculis, atq; custodia vitam agunt: facies etenim horum non dissimilis cachecticorum facie: color foedus atq; ipsorum omnes functiones affectæ, imbecillæq;. Sed animantium quoq; cæteris idem vsuuenire, maximeq; auittio genere caueis detẽto & faginato, cernimus.

De frictione, eiusq, multiplici ratione. Cap. III.

EXcrementorum concoctionis tertię frictio quoq; euacuationem exequiturcuius differẽtiæ simplices quidẽ sex numero statuimus, qualitati ternas ascribentes, asperam, leuem, mediam: vel (vt quispiam censuerit, vehementem, remissam, ac mediocrem: quantitati verò multam, paucam, mediocrem. Atqui vehementes frictiones tum densant, tum durant immodicè corpora: Remissæ verò & imbecillę rarefacere, simul ac mollire valent: Mediocrium frictionum opus uniuersa iam dicta mediocriter efficit, mediaq; inter primas postremasq; habentur. Præterea validiores carnem minuunt, gracilęq; corpus reddunt: mediocres contra carnis incrementum adiciunt: paucæ verò nullum opus euidens conficiunt, nisi q; parum calfaciunt. Hactenus de simplicibus frictionum differẽtijs, quibus coniugationes ipsarum, ac complicationes exploratas habebis, si diligenter in id incumbas. Tempus verò nullum aliud ipsis statuemus, q̃ quod exercitationi nuper attribuimus: Atq; in sequentibus perfrictionum differentias exercitij differentijs commiscebimus.

De lauacro. Cap. IIII.

NVnc de balneo nobis disserẽdum, vt pote quo & vacuentur corporis superfluitates, atq; excrementa: cuius varias esse facultates, quæ corpora nostra afficiant, asserimus: primo namq; tum humectat, tũ siccat, refrigerat simul, ac calefacit: excrementa, quæ sub cute adhærent, & meatus obturant, expurgat: interdum verò eosdem obstruit, & cutem dẽfat: flatus discutit, ac tumores: corpora vt probè alimentum suscipiant, idonea aptaq; concinnat: est etiam vbi appetitionem meliorem: dolores demulcet, ac lenit, & aliquã prorsus tollit: humores fluidos tacit, coeq; à particula in particulam aliam trasmittit. Harum verò adeo contrariarum, & sibi pugnantium functionum cur eam esse dicimus vnam ex his, quæ ternario numero continentur: Aut enim ab ipsius lauacri natura, & constitutione: aut à laborantium corporum affectu: aut denique à tempore, quo in ipso detinentur. Cùm verò naturam balnei, atq; partes scripsimus, intelligas velim aquam tum calidam, tum frigidam, deinde domũ, in qua præparatur, aereinq;. Atq; ista rursus in gradus partiuntur. quippe aqua inter calidum frigidumq; medię refrigerat, humectatq;. quinetiam nonnihil discutientis possessatis obtinet, quo sordes, quæ cuti adhærescunt, abstergit. Aer quoq;, qui eandem cum illa temperaturam habet, exiguum sudorem eliciens, tenuis è corpore succos euocat, tumul ac euacuat. Is verò, cui aqua (vt aliis docuimus) humidior sit, tamen non æque humectat pe rinde atq; aqua, vt quæ colorem appellant; quinimo videficcante aere [illegible] velim: qui quò calidior, eò plus [illegible] atq; aer insigniter calidã & [illegible] excrementa vacuant [illegible] eadem opera discutiuntur; idq; tantum in corporibus puris, & [illegible] quippe in illis, quibus sinus [illegible] obstruant, inediam [illegible] obturant, cuocalfaciens, quibus liber exitus [illegible] vnde corpora [illegible] rigores q; contin[illegible] accedentium [illegible] illud sibi per[illegible] nobis exhibent. Quo[illegible] [illegible] [illegible] [

De ratione uictus hominis temperatæ naturæ. Cap. VI.

PRoximum est, vt de cuiuslibet nouem temperamentorum sanitate tuenda agamus, mitto sumpto à natura temperata. Primum igitur alimenta, exercitationes, frictiones, balnea, somnos, ac vigilias, animi affectus, aerem nos ambientem, atq; externa omnia mediocria esse oportet: qui modus docendi, tum à doctrina, tum à functione proficiscitur. Quamobrem grauissimè hallucinati sunt, qui nullum locum medicinæ in conseruatione sanitatis hominis temperati reliquerunt, putantes illam methodum curàdi solum suppeditare, quæ sanè quidem temperatæ minime necessaria est: quod si ita forte vsuueniret, id rarissimũ memento. Præterea cùm Galenus in tuenda valetudine optimi temperamenti, medicamentis opus nõ esse prodiderit, nihilõ minus in eius ætatis (modo diutius vixerit huiusmodi individuum) quæ secundum naturam, & apprime illi vtilia sunt (cuius generis exercitium, lauacrum, & cætera) difficultatis ac negotij non parum habere videntur: potissimumq; apud illum, qui hominis finem sanitatem collocarit, externarum rerum, & fluxarum gratia dubitationem haud parum obiicit: verùm multo maiorem difficultatem exc[illegible] habit, liter fatebimur alteri, qui sanitatem [illegible] ob animæ perfectionem, aut vt [illegible] sensu incomprehensibilem [illegible] sunt quæ sententia paucissimis [illegible] ac multis disputationibus [illegible] demq; neglecta, ad [illegible] ab huiusmodi cõtemplatione [illegible] ratio victus temperati hominis difficilior, [illegible] abunde expedita effugiare rem in paucis [illegible] Galenus nuperrimè nati pueli [illegible] corpore consuescere præcipit, vt [illegible] iniurias nõ ita facile admittat, sed diuturn. Verum enimuero mea quidem sententia, et Auenzoari, vtilius oleũ (quod ex glandibus præparatur) illinetur, vtpote efficacius præstans quod à sale expectamus: neq; etenim, sicuti sal, mordet. Præomni verò cibo lac præbendum iubet vsq; ad dentitionem: alimentum quippe (vti aliàs diximus) alito simile esse oportet: lac autem infantis temperamento familiare, ac consimile, ob idq; à prudente natura institutum: à dentitione solidioribus cibis nutriendus, atq; huiusmodioribus. Nutrix à malis succi alimẽtis abstineat, temperatoq; exerceatur exercitio: venerẽ nõ indulgeat, quę menses elicit, vnde lactis vitiantur tum sapor, tũ odor: infans quotidie lauetur in aqua potabili tepida, aereq; temperato, ne rigor exerceat inter lauãdum: quod quidem in domo balnei Galenus fentit esse præparãdum, verùm aere temperato nos ambiẽte ego id nihil moror. Tempus verò lauandi statuimus à lactis concoctione, ne in corpus incoctum alimentum trahatur: atq; item diuturnum præcessisse omnium oportet. Exercitationis vices occupabit cunarum motio. Quinetiam quæ terrore mostruosq; inuehunt, procul abigenda: his nãq; puer horret, atq; hebescere consueuerunt naturæ. Demde ne calor ipsius obruatur, atq; extinguatur, sed incrementum suscipiat, vires q; animales roborentur, cantilenis, melodijsq; suauibus (tantem oblectabimur: modesq; mutibus tentãdum, vt hilarior permaneat: quinetiam tormoris ac venustis, tum hominibus, tum pictu ris assuescant. Incommoda autem quæ infantibus accidunt, aut cruciatore, aut ab æstu, aut terroribus, & huiusmodi multis alijs externis proficiscuntur: quę educatio ad annum tertium deducetur, hoc est, cùm iam ambulare cœperint. Ab his annis quotidie exercebuntur, deinde frictione vtentur, à qua lauacro sunt committẽdi: alimenta quantitate qualitateq; sunt mediocria: verum prius q; rursus cibum ingerant, eadem præcipienda sunt. Quinetiam exercitationes moderatæ sint: immodicę nanq; ipsorũ corpora arefaciunt, exhauriũt q;, simul ac incrementum remorãtur. Frigidæ lauacro abstineant, quippe eo pacto auctus quoque inhiberetur. Educabitur autem sic puer, traditq; victus rationem obseruabit ad expletum tertium septennium. Sanè vinũ, atq; ceruisiam ne gustare quidem puero suaserim: nempe hausta caput replent, ac suprà quàm par sit calefaciunt: ipsius q; animum ferient, turbidumq; efficient. Adultus verò atq; iuuenibus potiones huiusmodi tantum abest vt incommodum afferant, vt etiam insigniter vtiles sint, modicè exhibitæ: vtranq; etenim bilem tum flauam, tum atram iam manifestò colligũt: illam quidem naturaliter, hanc verò secundariò, & ex accidenti. Summatim bilis amaræ acrimoniam demulcẽt, ac mitigant: atque per vrinam ac sudores expellunt. Atræ verò bili omnino aduersantur, ac (vt quispiam dixerit) tota specie. Denique humectant quicquid immodice siccatum est. Porrò cibi adultorum tenuantes esse non debent: carnes quibus vetei assuescẽdi sunt, optimæ perdicum, vnà cum panis interiore præparatæ.

Ab oleribus, fructibus q; (vt in totum scripserim) temperatura humidioribus abstinebunt. Atqui eiusmodi ætas sic producta educataq; ad sapientiam naturalemq; scientiam inclinare, & idonea esse secundum naturam videtur: quinetiam alteram ex perfectionibus, quas Alexander putat philosopho summe necessarias, obtinent. Præterea tertio superato septennio eadem ratione vtendi vtentur, verùm & id efficient, vt scilicet à concoctione nudentur, frictionemq; ex oleo dulci adhibeant: mollem inquam ac tardam, quæ corpus non condensat, durarue: frictio verò talis ob hoc præcipitur, vt aptiores sint exercitationibus obeundis: quòd si exercitium frictiones præcederet, meatus cutis densarentur, obstruerenturq; ab euocatis ad ipsam labore excrementis. Oleũ calens esto, durata nanq; emollit, ac superfluitates dissipat, simul & discutit. Lintea, quibus perfrictio peragitur, leuia esse oportet, ne asperitate carnem offendant. Variæ autem erunt frictiones, vt supernè deorsum, atq; internè sursum: tum in subiectum, tum in obliquum, tum in transuersum, tum subtransuersum adhibitæ: quibus omnibus cutis meatus exactè reduduntur. Quinetiam aer, in quo nudus fricatur, aeris veri temperiem retert, vt moderatæ excrementorum vacuationes fiant. Quippe frigiditas immodica expurgationes cohibet: caliditas verò immoderatiores facit. quare vt mediocritatem seruet, opera dãda est. Præterea ab his frictionibus exercitium capesset, quod inter vehemens ac remissum, citatum ac tardum, medium teneat: cuiusmodi est pariæ pilæ, cui libellum priuatim dicauit Galenus. Nam eius, quæ pagaica appellatur, & pedibus propellitur, exercitatio nuntime probatur: tum quia immodice valida ac vehemens, tum quia nõ citra periculum perficitur. Huius verò exercitij modus ac quantitas tibi significabitur, vbi anhelitus alterari coperit, hoc est, attolli & intẽdi, atq; sudore corpus permadi, ac detumescere. Cæterum exercitationis mẽsuram (testante Galeno) nullus põtest ad vnguem primo statim die definire: sequentibus videlicet, secũdo, ac tertio, & quarto exactius poterit, experimento facto: nam si qui exercitio incumbit, sese peccasse agnoscat, & immoderatus laborasse, sequenti die nimirum quod fuit nimium, corriget, ac detrahet.

Ab

Ab his spiratio cohibebitur quantum fieri poterit: suscipit etenim incrementum, atq; roboratur hoc pacto natiuus calor: meatus q; referantur, vt facilis pateat excrementis exitus: cui non absimile faciunt, qui insufflantes, foramenta atq; spiracula recludunt: cohibẽdo verò thoracis musculi septumq; transuersum expanduntur, & intenduntur: verum qui sunt ventris, parum intendi debebunt, alioqui excremento sæ superfluitates tum pectoris, tum pulmonis, ad partes nutricationi deseruientes, exprimerentur, atq; deferrentur. At qui septum imbecillius obtinet, ab huius generis cohibitione prorsus abstineat: excrementa etenim cerebrum peterent: cuius rei exemplum nobis præbẽt fistulatores, ac tympaulæ, quorum venæ faciei ac ceruicis in tumorem attollunt, & vultus rubore coloratur, ac tingitur. nempe humoribus spiritibusq; ad caput raptis, ac delatis, sequetur hęc frictio, quæ apotherapiæ debetur: quam & multam, & asperam exhibendam duo nobis indicant scopi: Primus, vt quæ sub cute delitescunt superfluitates, & ab exercitatione in hunc locum euocatæ expurgentur: Alter, vt firmetur corpus, atq; vt probi vapores vindicentur ab exercitationis immutatione. Quinetiam frictio toti corpori, ac celeriniè adhiberi postulat, iubente Galeno. Quare si linteis vniuersim corpus vno tẽpore perfricaretur, id esset commodius: quippe vniuersim, ac simul excrementa è corpore detruderentur. Hanc frictionem ex oleo dulci perficiendam semper memineris, sed & quæ circa corpus efficiũtur aliquo interiecto spatio ac relaxatione debere exhiberi. Cęterum positq; quarum septenarium attigerint, qui optimũ statum habent, & abunde aucti fuerint, aquæ frigidæ balneum intrepidè vsurpabunt, tum vt densentur quę ab exercitio rarefactę partes, simul ac roborentur: tum vt calor diffusus cogatur, & ad pristinum statũ redeat, functiones q; consuetas ritè peragat: eadem porrò ratione hic aqua [illegible] da vtimur, qua in exitu à lauacro. Esto verò [illegible] glacialis, nec tepida: altera nanque ferit [illegible] insuetas: altera vero quod expetimus, [illegible] ipsum immorandi in lauatione tempus [illegible] rum enimuero num caput frigida [illegible] sitione accuratiori indiget. Galenus quippe de hoc scribens, non pauca prætermisit. Atqui (vt breuiter quod sentio aperiam) capiti omnino lauandum non erit, frigida etenim pars est. Post hæc alimenta probi boniq; succi assumet, cuiusmodi gallinacea, hœdina, vitulina, & agnina: at vitulus nondum sit ablactatus, agnus verò anniculus: panis insuper optime (vti aliàs docuimus) præparatus. Porrò cibos assumendi tempus optimè præscribitur, quando videlicet omnes cõcoctiones peractę fuerint. Quòd si quis (ut nõnulli cẽsent) bis i die cibos ingerat, bis quoq; exercitationem adhibeat necesse est, bisq; lauacrum subeat. Galenus quorundam medicorum sententiæ accedere videtur, asserentium ter in die vniuersa hæc debere vsurpari: id quod non possum non magnopere demirari. cùm etenim iuuenis corpus hac ratione victus vtentis, robustæ, optimæq; sit naturæ, probęq; concoquat, tam frequenti alimentorum ingestione minime indigere arbitror. Quin potius ista ciborum partitio senioribus imbecillioribusq; statuẽdat in qua opinione ipse quoq; Galenus versatur: secamus quidem ac partimur exercitij lauatrię q; tempora, ob ciborum necessariam partitionem. Sanè recentiores medici duorum dierum ternas cibi assumptiones esse debere censent: eademq; ratione lauationis atq; exercitij ternam administrationem: Quorum opinioni admirabilis ille Auenzoarus subscripsisse videtur, cui planè ego quoq; assentior, vtpote veriora sentienti.

De usu uenereorum. Cap. VII.

VEnus si moderate adhibeatur, huic qui optima & temperata natura est, cõmodum vtilitatẽq; afferet: cauendum tamen, ne quid ex his quæ sunt præter naturam, contingat: veneris etenim rãtum indulgendum esse censemus ob hoc, q; semẽ excrementum est, quod vacuari, quemadmodum cætera, postulet. At qui sanè alienum haudquaquam est, sed naturæ bonum & familiare: quare exiguo in hac [illegible] errore, atq; peccato, ingens sequitur noxa. [illegible] non paucorum sententiam philosophorum [illegible] tium virorum, eorum nullus est vsus [illegible]. Exercitatio autem, quæ à coitu præscribitur, [illegible] vtilis sit, eatenus sanè erit, quatẽ [illegible] sorti. Eatenus (vt paucis dicam) [illegible] affert, facilitatem [illegible] ponim, effœminatorem [illegible] exhaustionem [illegible] quæ [illegible] habebitur, quæ il- [illegible] incommodis [illegible] præoponat. Erit autem [illegible] vt firmetur, vt cutem denset, par- [illegible] q; do [illegible].

De [illegible], atq; lassitudinibus, quæ [illegible] præcedunt. Cap. VIII.

P [illegible] vniuersa [illegible] vires [illegible] transcendet, quę vi [illegible] absentabuntur, nisi si aberratum [illegible] quippiam illam la- [illegible] corporis, quæ aduer- [illegible] gratia si ad- [illegible] vtatur, aluusq; [illegible] meridiũ ver [illegible] exlon- [illegible] lui fiat com [illegible] erit da vtimur, qua in exitu à lauacro. Esto verò [illegible] non red glacialis, nec tepida: altera nanque ferit [illegible] duntur ob [illegible] insuetas: altera vero quod expetimus, [illegible] quam, atq; frigiditatem, [illegible] ipsum immorandi in lauatione tempus [illegible]. Cũ verò excrementa cohiberi [illegible] tum ai- [illegible] ui vesicæq; intelligere [illegible] vniuersi, vt meatus illius, qui iecur, & [illegible] pariter ac illius, qui iecur splenemq; [illegible] palati ac narium. Hæc igitur vbi probè officio suo [illegible] funguntur, remedio indigent, quæ vacuationes huiusmodi promouent. Cæterum id te potissimum latere nolo, exercitationis errorem castigandum: est uero is lassitudo nominata, cuius (quando ab externis fit) tres simplices differentias in superioribus prodidimus, vlcerosam, tensiuam, inflammatoriam. Prima itaq; cõtingit tum à succo caliginoso, tenuiori, atq; acriori, tum ab excrementis retentis, quæ exercitio difficili & euaporari non potuerunt, tum ob carnis & adipis particulas immoderata aggitatione tusas atq; colliquatas. Curatio uerò commodior est affectui contrariæ: discutientia cum sunt, simul & pri habitum digerenda excernenda; dicuntur verò, & vacuabuntur multa, leuigantia ex oleo calido veteri nihil adfrictionis obtinente: hęc nãq; frictio qualeuis, non densat cutis meatus, sed potius rarefacit, ac recludit: ad hæc qa multa vacuat. lauacrum aũt primo aeremadmodum exacta [illegible] cõuenientius. cibis humidioribus [illegible] tenuioribusq; confusis vtei, at paucioribus. Hos [illegible] quæ tenuionis sensum iuuat, medicatio relaxatione præcipit. Cõferet itaq; leuis frictio cum oleo dulci, ad solem calefacto, facta uel cum anethino vel camamadino nõ mutuis. Quinetiã lauacro qui [illegible] laborarunt, committendi mediocritatẽ non excedent, plurimãq; in ipso morã trahere debebunt.

Tertia verò lassitudo, quæ phlegmonosa nisi mansue vocitatur, tum intenditur paulò, tum plus multo attollitur, tum sensibilem ixtionem adhibet. Atq; ea tria pro remedio postulat: superuacanei enim expurgationem, extēti partis remissionem, ac relaxati meatus, & postremo inflammationis accessæ refrigerium. Ego & eorum copiosum ac tepidum cum tritione in cibi et multa gllate vero cū oleo quod ex viola purpurea conficitur, clisteris actus frequentabitur. Atq; longiorem moram in aqua medij temperamenti trahet. Cibos etiam probi succi ac mat, parciores ac frigidiores, qui cæteræ lassitudini exspectant. Hactenus de ratione victus, & educatione optimæ constitutionis prouectæ ad annum quintum & tricesimum.

De ratione victus ætatum sequentium. Cap. IX.

Cæterum qui à consuetudine expetitur scopus in medendo, an scilicet quid fieri debeat, an nō: & si hat, quo pacto, quaq; mediocritate id efficiatur, nunc definietur exemplo potionis aquæ frigidæ in febre ardentissima. Nempe si qui laborat, dum sanus degeret, aquæ frigidę potui assuerit, intrepidè, actutò (vel tocinore oreq; ventriculi imbecillis) illam propinabimus: quòd si contra non assueuerit, sine periculo exhiberi nō potest: verum necessitate plerunq; adacti illam bibendam præbemus, sed & parcius, & minus gelidam. Quid autem consuetudo, quæ est acquisita natura, valeat, satis superq; notum est atque etiam subitas omnes, ac repentinas mutationes pernicioſas; paulatim nāque ac sensim progredientem, cùm ab altero ad [illegible] m trāsitus fit, id quod potissimum à prudente natura in cōstitutionū anni mutatione obseruari spectamus, ita scilicet quippe ac gradatim à contrario in contrarium perducit. alioqui si derepēte frigus immodicum calori succederet, intolerabile id animantium generi foret. Sunt verò qui tantam vim consuetudini tribuant, vt [illegible] fuisse quosdam, qui à teneris, venenū [illegible] ctescerent, nullū ab his incommodum sentiēt [illegible] timoniam ex his, quemadmodum [illegible] probi [illegible] ia, suscipientes. Quorum ego [illegible] dum arbitror quare in libello [illegible] multis demonstrationum argu- [illegible] ssimè peccare. Quòd autem [illegible] ent, nec vnico tantum vtendum, [illegible] est, ne scilicet natura assiduo vsu [illegible] medicamētum, atque id, quod [illegible] pellat. Porrò nemo neget virtutem maximè [illegible] andam, vbi euacuationē cogitamus.

Alteram verò modum indicabunt, qui hecticis febribus correpti aquæ gelidæ balneo lauantur, vtiliter quidem primò, sed si diutius vterentur, partes ipsorum principes vitiarentur, mortemq; indubitatò obirent: quod Galenus noster multis in locis doctissimè tradidit, exemplisq;, atque historijs confirmauit: cuiusmodi est illa adolescentis intemperie citra humorem affecti, qui cùm summopere aquæ frigidę potionem expeteret, hancq; medici denegarent, statuit moriendum sibi potius, quàm sic excruciari. quare auidissimè atque immoderatissimè frigida exhausta, statim ab intemperatura liberatur: verum eximia aquæ frigiditas deglutitionis functionem infigniter læsit, atque tandem miserimus ille medicorum insatia interfecit. Præterea intemperamenti, quod cum humoribus cōsistit, medicatio duos scopos obtinet: interdum etenim indicatio sumetur ab alteratione intemperiei diuersa ab ea, quæ ab humoribus intelligitur. Exempli gratia, febres quæ ab succis putrescentibus ortum habent, potissimumq; à crassis, lentis, atque crudis, quatenus intemperatura constat ea lida, ac licca, medicaminibus indigent refrigerantibus simul ac humectātibus, quamobrem concoctioni (qui alter est scopus) maximè obsunt. Oportet igit natura prudentem & experiētem hic esse medicum, vt inde vtilitatem, non perniciem consequantur laborātes: quippe quod in primis esse necessarium, idoneumq; putauerimus febris curationi existimamus, ab euacuatione proficiscitur vitioforum succorum: quod nō idem accidit biliosis febribus, quandoquidem ipsarum symptomatis solum occurrere debemus. Atqui si vtrunque parem vim cōsyderationis postulet, tunc æquam vtriq; que medicationem adhibendam esse putaro. Quando verò à symptomate periculum nō immineat, cauſę ablationi modis omnibus studendum est, quippe eo pacto exquisita fit morbi curatio. Ad hæc vbi ægritudo, & symptoma huic supueniens cōtraria fuerint, veluti febris

febris ac syncope, sic erit opitulãdum: febri nanq; refrigerantia apta sunt, animi verò deliquio calefacientia: atq; illa vacuatione indiget, hæc autẽ alimento. Quinetiam symptoma illud contrarium ad morbum cõtrarium primò sequitur, cuiusmodi defectus animi ab inanitione factus. Aliter verò in diaria contingit, in qua videlicet citra humorem causa cõsistit: atq; item aliter, quãdo ab exterioribus intemperies generatur, cuius curationem nõ te ignorare nõ arbitror. Hactenus de totius corporis intemperaturæ indicationibus.

Curatio, quæ singulis partibus debetur. Cap. III.

NVnc ad eas, quę priuatim singulis partibus debentur, nostra se vertat oratio. Si igitur in vna corporis particula ægritudo cõsistat, quemadmodum si cerebrum intemperie frigidiore afficiatur, mitior quidẽ ac leuior erit morbus, quippe haud ita multum symmetriam naturalis temperamenti prætergredi tur: quare præsidia modice calefacientia idonea erũt cerebro: at partes aliæ refrigerari validius debent. Hic autem easdem assumemus indicationes, quas supra cum de sene ac iuuene fieret sermo, tradidimus. Cerebrum igitur tutò calefacere potes, refrigerare citra periculum: cæteras verò particulas, quæ temperamento sunt frigido, quales nerui, sic frigore lædi nequeunt, vtiliter ac secure calefacies: idq; tum [illegible] faciendum, ne à sua temperie abscedant. Et [illegible] hunc dixisse putato, quonam [illegible] cidit ab elemento in ea præpollen[illegible] solicitudinem habendam tibi esse [illegible] sectæ magnum in corpore vsum [illegible] sunt partes principes, quæ eximia [illegible] bus præditæ sunt. Quippe ipsarum robur [illegible] adaugere penitus conaberis, ne per consensum (vt fieri solet) nobilissimum cor, à quo calor omnis natiuus, ac denique vita ipsa dimanat, vitietur. Quamobrem in tanum morbis, vehementer contrarijs non erit vtẽdum, potissimumq; vbi refrigeratione opus est. Iocinori etenim vel immodicè calefacto verebimur auxilia adferre exquisite refrigerantia, quãdoquidem opus eius omnibus particulis est necessarium. Intelligens igitur partium omnium tum functiones, tum vsus (quos in alia sectione indicauimus) haud difficulter inuenies, quatenus cuiusq; robur custodiri debeat. probe insuper dictum est, societatem consensumq; non exiguam nobis indicationem suppeditare, veluti cùm os ventriculi calidiori refrigerantia imoderate admouemus, cerebrum ipsum vitiari necesse est, quod natura est frigidius. Neque itẽ secus insigniter refrigerãdum, propter eius cum corde societatem. Cæterum istæ vniuersę indicationes, quæ calori contraria magnopere non esse adhibenda demonstrant, propter vnicum cor, cuius officij dignitas maxima est, atq; ægrotantibus maxime omnũ necessaria, quodq; potestate particulas alias cõtinet, quãtus vnũ actu, & energia existat, id quod in sectione de functionibus sanitatis nuper nobis scriptũ est. Quinetiam summa cura aduertes, iocinore intemperie calida laborante, cor non esse negligendũ, vbi curationem aggrederis: etenim id medicamentis, id genus facultatem habentibus, refrigerabis quoniam identidem caloris iocinoris causa existit. Verum enimuero nõ solùm nos oportet consilium dirigere ad calfaciendum, refrigerandum, humectandum, atq; siccandũ cor, sed etiam ad potestates, & functiones auxiliorum secundas, tertiasq; vocitatas. Postremò à situ indicatio assumetur: quæ etenim per summa corporis intemperie laborant, imbecilliora præstare postulant: quibus autem in profundo corpore intemperatura consistit, vtiq; multo validiora exhibebimus: alioqui multo infirmiora ex prouisu tuo ad locum peruenient: soluitur nanque ratione longioris interualli vis medicamenti, quod maxime constantur pulmonis ægritudines.

De missione sanguinis. Cap. IIII.

REstat, vt de indicationibus cõtrariorum expositis, duas præcipuas euacuationis differentias, purgationem, atque sanguinis missionem explicemus, quarum variæ sunt indicationes. Igitur in vena sectione attendenda sunt in primis, virtutis robur, atq; imbecillitas, vehementia morbi, siue adsit, siue futura sit, ætas, anni tempus, regio, præsens aeris constitutio, vita antè acta, consuetudo, deniq; omnis viuẽdi ratio: quæ vniuersa concentu quodam ac concordia, si detrahendum esse sanguinem significent, audacter intrepideq; venam incides, vnoquoq; diligenter obseruato, ne pars quæpiam corporis affecta id prohibeat, veluti cùm quis ventriculi os refrigeratum obtinet, simul ac nauseabundum & imbecillum. Porrò ætas, in qua potissimum vena vtilissimè secatur, ea est, quæ florens ac vigens dicitur: postquam facile tolerant & ij, qui septimum septẽnium ingressi sunt, idq; interdum ad septuagesimum vsq; annũ, verum minor, parciorq; euacuatio fiet, & cæteris. Quibusdam autem octogenarijs citra periculum & commodè mittetur sanguis. Pueris verò ante decimum quartum annũ Galenus omnino vetat detrahi: quanquam Auenzoarus memorię dederit, se filiolo primo venam dissecuisse, atq; hunc à morte tali remedio liberasse. Qui verò viribus infirmioribus degunt, in totũ ab huiusmodi euacuatione arcendi: quippe sanguine misso virtus semper ijs extremè concidit, nec postea reuocari, recolligiq; potest. Quòd si vitæ discrimen, iacturamq; futuram (vt in senibus apoplecticis) & alijs ipsorum morbis puideas, sanè id genus auxilij vsurpabimus, prudenter tamen & moderatè vacuantes. De temporibus autem anni, ver accõmodatissimum venæ incisioni. Æstas maximè, si constitutionem suam seruauerit, inimicissima: exoluuntur etenim facillimè spiritus ac vires, imbecilliores q; sunt: quare si necessariam missionem sanguinis perspexeris, modica sit oportet, atq; parca. Hyems quoq; vetat: cõcrescit nanq; tunc sanguis simul ac conglaciatur, crassescitq;. Postremò autumnus, siccitate caliditateq; æstati proximus, talem euacuationem interdum diffluadet, tũ propter ventorum tumultus, qui in eo excitantur, tum ob inconstantiam suæ constitutionis. interdum item autumno quibusdam venæ sectio cõuenit, natura ac morbi magnitudine cogente: quantitas autem ac mensura minorerit, q̃ ea, quæ vere detrahit. Præterea vbi intendimus partem vnam tantum corporis vacuare, in qua plenitudo quoque consistat, tunc sanguinis quantitati educendæ mentem adhibebimus: nec vno impetu id faciemus, sed iterando, quippe cõfertim facta euacuatio insigne periculum quandoq; adfert.

De purgatione. Cap. V.

NVnc de medicamentorum purgantiũ potione disserendum est: cuius modum ac mensuram exactè perpendemus. Hãc igitur neq; pueri, neque extrema senectute confecti assumere debent. Tempora autem anni purgationi conuenientissima, vt prodiderũt doctissimi, antiquissimiq; medici, ver, atq; autumnus: quoniã ijs constitutionibus succi à mediocritate naturali, qualitate tantum declinant. Æstate item, atq; hyeme euacuatio quæ fit per medicamenta, noxia est: illa nanq; siccitatem, caliditatemq; immodicam inuehit: hæc succos contumaces ac rebelles efficit. Porrò qui sanitatis tuendę gratia medicationibus tantũ vtuntur, constitutione temporis pluuia, atq; humidiore purgabuntur: quippe huiusmodi aeris conditio ac status peropportuna sunt. Consuetudo insuper magnum in hac re (sicuti & in alijs rebus) habebit momentũ. Quinetiam aliquam corporis partem purgaturi eius tum posituram, ac situm, ac denique cum alijs societatẽ, & conspirationem exquisitè contemplabimur, quod nos supra de venæ sectione proposuimus, cuius quoq; nunc meminisse non erit alienum. Cerebrũ etenim cùm quis euacuare volet missione sanguinis, humeralem venam dissecabit, quæ cerebro magis consentit, quàm interna. Auersionis item gratia prædictas indicationes spectamus: quippe mẽsibus immodicè profusis, ad mammas cucurbitulam agglutinamus: atq; profluẽte è naribus immoderatius sanguine, siquidem è sinistra nare fiat, lieni: sin è dextra, iocinori applicamus cucurbitulas. Quòd si superiora laborauerint, inferiorem euacuationem præcipiemus: quoniam id genus auxiliũ tum vacuat, tum auertit. Quamobrem eximiè cõfert vomitio affectibus partium infernarum: purgatio verò supnas tollit ægritudines. Præterea à membri figura ac formatione scopos indicationũ habebimus: ventriculus quidem vomitu deiectionęq; vacuat: iocinoris gibba per vrinam, si modico succo referta sint: nam si plurimo, pharmaca deiectoria quoq; tolerãt: ad hunc modum, caua deiectione tantum purgantur. Quinetiam ipsa intestina, ac deniq; renes & vesica per canales vrinales, si paucus sit succus: sin autem multus, vtiliter deiectorijs medicamentis expurgabuntur. Quamobrem prudenter quoq; fuse gerere debet medicus, dum interiorũ absessus curat, nempe purgantium pharmacorum transitu irritari solent, atq; inflammari, nisi sint ex his, quæ nostrates imbecilliora, [illegible] nigniora q; docuerunt: gargarissatus item gulę inflammationes, atq; absessus adaugent. Quoniam autem non parua est functionum (sicuti aliàs scripsimus) dignitas, atque nobilitas ad ægros conseruandos, sed aliæ magis his, aliæ minus salutares sunt: equidem ad portionem actionũ dignitatis etiam vsus atq; nobilitatis, cuiuslibet particulæ consulẽdum est roborii: oportet etenim minorem maioremue societatem cum corde habere. Expĕli gratia: iocinoris absessus qui ad vigorem pertinet, discutientibus ritè, ac meritò curari postulat, quemadmodum alij omnes absessus: partis verò fũmus in corpore vsu facit, vt adstringentibus aliquantum odoratis vtamur. Nõ præterenda verò intentio, & ea quam particularum sensus acutas, hebetudoq; præstant, quãdo quæ acutioris sunt sensus vehementia medicamenta haudquaquam ferunt. Cæterum medicorum nonnulli putarunt intemperiem esse, succi, qui eam peperit, euacuatione nequaquã indigere: quos ego quidem censeo, purgationem intellexisse, quæ intemperaturam plerũq; adauget. Sunt præterea alij existimantes in tebrium acutarũ initijs deiectionem omnino vitandã: succis videlicet contumacibus, ac rebellibus existentibus: de hoc verò infra disseremus vberius. Iam ad Hippocratẽ veniamus, qui scriptum reliquit, mulierem vterum gerẽtem, cui detractus sit sanguis, abortire: & alibi, vterum gestantes esse medicandas, si materia turget, quarto mense, & vsque ad septimum. Hoc in loco non possum non magnopere angi, atq; dubitare, cur purgationem venæ sectioni prætulerit. Ego sanè (vt ingenuè quod sentio, fatear) sanguinis missionẽ, si adsit plenitudo, qua fœtus non egeat, haud quaquam reformidarem: deiectionem autem quæ medicaminibus purgantibus efficitur, omnino vitabo: quandoquidem (vt summatim dixerim) à purgatione nullus cõmodus finis prouenire potest: fœtum nanq; vitiat purgans medicamẽtum, ob deleteriam, qua constat, essentiam: quinetiam ad fœtum improbos succos defluere, ac decumbere cogit, qui hunc inligniter afficiunt: purgatoria insuper medicamina vrinam citant: hæc autem menses appellant: quæ item mẽstrua prouocant, abortum vterum gerentibus adferunt. Hactenus de ijs quæ generatim vniuersimq; sumuntur indicationibus rationis medendi, quæ tanquam capita, ac principia curanti necessaria sunt. Restat igitur omnẽ intemperiem, siue cum humore, siue citra humorem cõsistat, aut toti accidere corpori, cuiusmodi est febris, aut vni tantum particulæ. At quæ cum humoribus fit, duplici constat differentia, quippe aliquandò in partis cauitate, aliquando in ipsius essentia insita, impactaq; est. idq; citra tumorem interdum: alias autem cum tumore, qui absessus vocitatur. Verum initium faciemus ab intemperie toti corpori communi: deinde eam, quæ vnicuique parti aduenit, deducemus: postremò de absessuum curatione.

Omnium [illegible] febrium curatio generalis. Cap. VI.

DEphe[illegible] sermo nobis habendus est, quæ[illegible] indicationes obtinet. Vnã, quæ do[illegible]em calidam, ac siccam refrigerando, hu[illegible] auferendam, & ad temperamentum reuocandam: Alteram, quæ causis externis, atq; euidẽtibus reprimendum suadet: quãdoquidem diaria nihil aliud est, quàm intemperatura citra humores à præcipientibus vt plurimum orta caussis. Quatenus autem sit refrigerandum, atq; humectãdum, multa nobis indicabuntur primis ægrotãtis temperamentum, ætas, aeris conditio, anni tempus, regio, atq; consuetudo: postremò caussæ, quæ hanc febrem euocant. Aduertas insuper refrigerationem, quæ primò febribus adhibetur, à cibis & præsidijs vim frigidam habentibus suppeditari. Quæ verò secundario atque per accidens fit, lauacro aquæ calidæ temperatæq;, idq; potissimum in hac febre, quæ spiritus maximè inuadit, eosq; in halitum vaporosum vertit. Quamobrem nisi discutiatur, immoderatam toti corpori flãmam suscitabit: quo fiet, vt in putridam degeneret ephemera. Balneum itaq; huiusmodi omnibus vtiliter curationis ergo præcipitur. Aquam item oportet tantam nancisci differentiam, quantam caussæ febrim efficientes obtinuerint. Accidit interdum diaria à cutis stipatione, tum ob frigus, tum ob balneum prætermissum, tum ob lauacrum aquarum vim astrictoriam habentium, quales aluminosæ, aut denique propter corporis totius squalorem, qui à calore aeris immodico prouenit. Atque in totum calidiores, siccioresque natura corripit ephemera.

Curatio specialis diariarum. Cap. VII.

QVi igitur densatione cutis febricitant, post accessionis declinationem dulcis aquæ temperatæq; lauacro committentur: frictiones item cum oleo dulci tepido mediocres lenesq; vtilissimæ sunt. Nec sunt bis terq; lauandi, quoniam eos tantum sic curabat Galenus, quibus balnea cõsueta efficerent. Quinetiam perfusio aquæ frigidæ à lotione iterata (vt ego quidẽ sentio) incõmodã erit, obstruitur etenim atque stipabuntur cutis meatus. Est verò quandoq; deiectio immoderatius fuerint, ægroq; immodice [illegible]

inutilis futura. Porrò à balneo alimentum dabimus, siquidem ægri temperatura calidior, ac siccior fuit, annicp tẽpus calidius, refrigerans simul ac humectans, cuiusmodi ptisana, quæ omnia excrementa generosè promouet, ac depellit: deinde ab huius concoctione pisces saxatiles, pariter & perdicum carnes offeremus, & id genus alia. Qp si aliam haberet accessionem, superiora reiteranda sunt, talisq victus ratio.

Quæ à vigilia, tristitia, atq; ira, diaria corripiuntur. Cap. VIII.

QVi ob vigilias, tristitiam, iam febricitant, etsi curationẽm eandem ferè expectant, tamẽ quæ ab ira proficiscitur febris, maiori refrigeratione indigebit, quàm quæ à vigilia, aut mœstitia: quarum equidem nulla frictiones desyderat, solo balneo mediocri contentę. Ad hæc quas vigiliæ, ac tristitia accendunt, magis humectabimus, somnumq diuturniorem præcipiemus, modisq omnibus laborantes exhilarabimus.

A solis deustione. Cap. IX.

QVæ à solis immodica deustione excitatur, refrigerationem p[illegible] fiat, si diutius in aquæ temperatæ lauacro [illegible]norentur æger, simul ac frictione modica cum oleis refrigerantibus, cuiusmodi est quod ex viola [illegible]etur, cuius perfusio summè vtilis erit.

Ab algore. Cap. X.

SI quis ab algore diaria contractus [illegible] pariter lotione calida vtetur. Aut qui ad balneũ [illegible]ndum lauacrum, cõmodior est. Caput item rosaceo calefacto perfundendum, nam cæteris frigido rigamus. Cibi erunt tẽperati, aut aliquatenus calidi, vt sunt turtures et mulsa quoq maxime idonea. Verũ (vt summatim dicã) lauacrum diarrhœis oibus, præter eas quę à destillatione frigida oriuntur, & quæ ex inguinum tumoribus, conuenientissimũ. At si ab æstu destillationes veniãt, lauandos iubet Galenus, ea tantum ratione, q putarit ad concoctionem tenuiorum succorum balneum suffi cere, quippe crassiores per vniuersum corpus diffundit. Quamobrem ante coctionem absolutam lauandi non sunt. Erit autem balneum dulcis, atq temperatæ aquæ. Vtint autem exhibitio cõmunem in cũctis ephemeris intentionem habet: vini inquam aquosi, albi, tenuis & odoris: præcipuè si ægrotãtes per sanitatem vino bibendo insueuerũt, bibendum id erit: nam & concoctionem adiuuat, prohibetq ciborum in ventriculo fluctuationẽ, flatus discutit, vrinam atq sudores prouocat, animam exhilarat. At potissimum ns qui vigilns, curis et tristitia macerantur, liberalius vtilissimè bibitur. Qui verò ira exanduerunt, affectu mitigato tuto potabunt, alioqui futurum noxium.

A fatigatione. Cap. XI.

QVæ a fatigatione contracta est febris, ratione victus refrigerante tantum curabitur: alimentorum verò tantum ingerent laborantes, quantum cõficere possint, ac superare: solet etenim immodicè cibatis nausea superuenire.

Ab inedia. Cap. XII.

POrrò si ab media febris contigerit, edulia probi succi, omninoq concoctioni parata dabuntur, quæ tum refrigerent, tum humectẽt. Quamobrem si in accessionis initio cibentur, febrem arcebis.

Quæ ab obstructione. Cap. XIII.

CVratio ephemerarum plurium dierum, quę ab obstructione proueniunt, primis tribus diebus sola frictione perficitur, cum seminũ peponum farina, hordei, milij, fabæ, erui: vtiliter quoque assumetur oxymel ex aqua iridis, aut adiãti. At si talibus non cesserit, tertiumq prætergrediatur diem, iã tibi erit coniectandum, an plenitudo adsit: quę agitata prędicta frictione ægro incommodum adferre valeat: quippe ab huiusmodi remedio maior fit meatuum obstructio, & apertiõ. Quamobrem rationem curandi mediam inter diarias, ac putridas cogitabis, idq accidet, si plenitudinis notę missionem sanguinis, aut alui deiectionẽ indicarint: quæ prudenter à te consyderabuntur experimento. Quandoquidem sola disciplina citra experimẽtum explorare minime posses in singulis indiuiduis, quid, in quali, ac quanto sit faciendum. Neque solis vniuersalibus theorematum scopis fidendum: quippe experientia principia quæq particularia indiuiduorũ suppeditat, quæ literis ad vnguẽ explicari non possumus. Quare quo minus medicinã exacte calleamus, in causa erit id scilicet, quòd experimento magis quàm ratione stabilitur: vnde Hippocrati doctissimè proditum, vitam brevem, artem verò longam esse. Nos itaq huic arti operam minime tam diligentem nauasse nõ ignoramus, vt sim in ea opinione, in qua sunt non pauci nostri temporis medici, qui putant se ad summum peruenisse, quorum ego vanam gloriam nõ possum non demirari: quippe solos Auẽzoari filios magistros medendi existimo, quorum vitam longissimam faciat Deus optimus maximus.

Temperamenta calida, ac sicca. Cap. XIIII.

IN corporibus temperaturæ calidioris, ac siccioris sæpenumero ab astrictione, siccitateq accenduntur diariæ: quinetiam crudita[illegible]us succedũt, in quibus alimẽta in nidorosam & fumidam qualitatem vitiantur. Febricitãt etiam alij & ex ns, quos alui profluuium à cruditatibus male habet, quod à ciborum corruptione & rosione fieri solet. Ex astrictione quoq alui huiusmodi temperamenta in febres prompte incidũt: astringitur verò alius caliditate, ac siccitate, atque facultatis propulsoriæ imbecillitate. Est autem eorũ, quibus fluit alius, sanationis cura sic habẽda, ab humoris quidem detectione & vacuatione: liquidem alui profusio cessauerit, in balneum ducendi ægrotantes, atq victus offerendus ventriculum corroborans in febris remissione: deinde firmando ventriculo, & quæ circa eũ sunt partibus, vnguenta ceratacq admouere. quòd si alui fluor viget, à lauacro abstinebis, quę est Galeni sentẽtia: quã quã recentiores medici vehementia alui profluuia balneo curare se prædicant, auersionẽ ad contraria esse putantes: quã rationem medendi vitabimus, fit. n. ex accidenti, & propè dixerim per similia. Cibandi aũt sunt fluente etiãdum aluo, nec balneo cõmittendi. Consulet ur itẽ ventri, si modò vacuatio amplius nõ duret, peniculo oleo absinthino, aut rosaceo imbuto. At si mastichem tritã oleo rosaceo miscueris, remediũ præstantius efficies. Præterea (vt paucis dicam) partibus quę ex numero sunt principũ, energia frigida nusquã applicabis. Si aũt ventriculus deuratur, cõmiscendus erit præscriptis oleis summitatũ vitis succus, itẽ cydoniorum malorũ succus, quinetiã ex balaustijs, hypocisthide, et palmularũ carne medicamẽta cõtecta adnciemus, quibus si cerã addideris, ceratum efficies. At sunt medici non paucissimi rogantes, cur à Galeno ventri intẽperie calidiore affecto mastiche cũ oleo rosaceo misceatur?

Quibus

Quibus hoc respõsum volumus, aliam esse indicationem ab intẽperatura sola, aliam verò ab intẽperie partisquæ postrema id docet tantum firmandæ particulæ gratia, idonea esse, quę vnà cũ astrictiõe, amara et odora sint: in quo primi, qui experimẽta sectabantur, lapsi sunt, qui intẽperaturæ nullam habebãt solicitudinem: quod Galenus eos fecisse testatur in quodã, qui calida, siccaq intẽperie ventriculum affectũ habebat. Magno itaq studio cõsyderabimus, an intẽperatura adsit tam vehemens, vt ab ea periculum immineat: quandoq etenim firmãtibus ventrem tantũ vtemur, quandoq verò refrigerantia cõmiscebimus adstrictionis non expertia, quo in numero multa sunt. Cibandi insuper fluente aluo his sunt, quæ adstringunt, et id pro vacuationis mensura. Quippe si exigua deijciat, panẽ tantum biscoctum vocitatũ cum saccharo præparatũ, aut cydoniorum malorum succo offeres. Sin autem aluus copiosè fluat, validiora dabis, cuiusmodi est biscoctus panis ex hordeo cũ succo cotoneorũ apparatus. Quinetiam cõmodissimè malorum punicorũ succum, pyrorum, vel malorũ Galenus exhiberi prodidit. Quòd si appetentia careant, medicamẽto quod ex cotoneorũ succo, vel eorum fit carne, vtitor, cui & mastiche admixta sit. Tradita verò in libris de sanitate tuenda à Galeno medicamenti id genus cõpositio. At nos quod pip, aliaq medicamenta calidiora continet, minime tunc probauerimus, maximeq in nostra regione, tẽpore calidiori, & temperamento. Si autẽ aluus penitus cohibeatur, nihilq reddat, consyderandũ in qua parte cibus cõsistat, & num in ventriculo, aut intestinis. Quippe si in ventriculo, & supernis partibus, Galenus iubet, quod diatrion pipereon appellatur, dari, sed non medicamẽtosum illud, verũ quod est simplicissimum, & ab eodem in libris de sanitate tuenda traditũ. Est præterea ns vtilissimum, quibus cibi in ventriculo acescũt: nempe ab eo abstinere oportet illos, qui ventriculum calidiorem obtinent, et cibos propter caliditatẽ auersant. Dictum verò à Galeno, & à nobis in sectione ęgritudinum repetitum, partem quãlibet æquè intemperatã reddi, atque imbecillam à calore, & ab algore: verum quæ à frigore fiunt, essentialiter erũt, quę à calore, ex accidenti: quemadmodum solis caliditas vehemens ignẽ extinguit, & fornacis, aut camini flamma validior lucernæ lumen: quod eadẽ ratione coniectare possumus de ventriculi intemperie, ac nausea, quæ à caliditate efficiuntur. At Galenus consiliũ curationis ad frigidatẽ tantum direxit, quæ ex accidenti ventriculo contingit, quã indicationem à sua regione sumpsisse, nõ est dubium. Iam verò quæ medicamento ex cotoneis miscent, vtiliter sunt agalochus, mastiche, & chariophili: quod ita temperabitur, vt cotoneorũ frigiditas semper præpolleat: quã si citra cotonea medicamẽ parare velis, habes materiam eorũ, quæ refrigerant, & astringunt, vberiorẽ. Omnino autẽ prouidebit medicus huic, qd magis vrget. Quinetiã pluris, minorisq ratione præsidia, tũ frigida, tum calida augebimus, ac minuemus, si morbus exposcet. Galenus horũ ventriculũ aqua calida perfundi iubet, vt relaxatio fiat: quã vt timidè, ac prudẽter facias, suadeo, ne venter afficiat, cui penitus talis perfusio aduersatur. Nec te moueat indicatio, quæ à morbo est, demonstrans id genus remediũ commodum fore: maiusnanq periculum à natura particulæ non animaduersa instatquã obrem quę supradicta sunt, semper cõmixta accipiemus, aut in totũ idonea adferemus. Porrò si ex ventriculo nutrimentum descenderit, tunc perfusio illa peroptima estatq hic quoq spectandũ, ne ad partes irrigatas alimenta incocta trahantur: proderit item leuis infusio per inferiora, vtiq si rosio, aut flatus nõ adsint, ex oleo, melle, & exiguo sale: sin verò simul vrgeat rosio, adipem anserinã, an gallinaceã liquabimus: sin autem flatus discrucient, oleo incoquemus rutam, semina item quæ & discutiant, & comprimant, qualia sunt apij, cumini, marathrici, aliaq id genus: quando verò flatus ac nausea simul afficiunt, interni caloris imbecillitatem arguunt: quare nec refrigeratione, nec calore seorsum vtendum, sed simul tẽperabimus, commiscebimusq. Hæc item febris quandoq ad tertium peruenit diem: verùm nihil verẽdum, modò ea qua diximus, ratione curentur, & post euacuationem lauacro cõmittantur. Iam verò in quibus ructus acidi fiunt, et nausea laborant, ephemera talis minimè excitatur: quippe fumidus vapor ab illis non ascẽdit, sed potius halitus frigidi. Præterea frigidi humidiq natura, pariter frigidi ac sicci raro ab huiusmodi febre capiũntur: calidi verò, atq sicci promptissimè, atq maximè ob inediam, & exercitationes immodicas, ac balneum prætermissum.

Febres ex inguinum tumoribus. Cap. XV.

QVæ verò ex bubonibus fiunt, sanãtur tumore curato [illegible]one oriatur, purgatione opus [illegible]inis copia exuberante, sectio[illegible]ne cõtu[illegible]im auxillo pcauebimus, ne in deteriorem [illegible]ranfitus fiat. Galenus quidem lauãdos [illegible]d esse faciendũ in declinatione censeo: v[illegible]rabunt, ac ratione victus tenui vtentur, [illegible]berent. Hactenus de ephemeris, quas vt prolixè a medicis tractatas, cõpendiosè tradidi: habes autem à Galeno multis in locis, & à nostratibus definitas copiosissimè.

De Synochis febribus. Cap. XVI.

SEquitur vt de febribus acutis (quas synochos Græci appellant, nos continentes) disseramus, quas ex copioso, ac calenti sanguine fieri docuimus in sectione ægritudinum: aliquando quidem nondum putrescente, interdum verò iam putrido. Tres autem sunt omnino differẽtię. aut enim eadem febris vehementia permanet ab initio ad finẽ, quod accidit, quoniam par est ei, quod accenditur, transpiratio: aut addendo exiguum quiddam imalescit semper, nempe minor est vacuatio eo, qũ adijcitur: aut deniq autertur semper, atq minuitidq quando quidem quod vacuat, ac transpirat, altero copiosius est. Curationis itaq meta febris huius, quæ à plenitudine vasorum contingit, erit sanguinẽ detrahere, maximè vbi nõdum sit putridus. Quãm sanè euacuationem iubet Galenus vsque ad animi defectum ducere, modò virium robur adhibeat: primũ nanq celerrimè ex animi deliquio refrigerantur: postmodum necessariò alui detectio superuenit: quæ tiã interdum biliosa vomitio. Huic verò opinioni ne omnino accedamus, facit naturæ imitatio, medico semper vsurpanda. At prudens natura nusquã profluuio sanguinis ad animi defectũ morbos probè iudicauit: quin potius, si ita contigerit, mali, atq exitialis iudicij nota est, facultate scilicet propulsoria immodicè valida, & quod bonum quoq erat vacuante. Ad hæc non ob aliud quæritur sanguinis missio, & vt qui redundat in corpore sanguis, minuatur, simul ac naturæ modus conueniẽs, ac mensura custodiatur: quod equidem citra sanguinis iacturam, cui spiritus vitalis admiscetur, nequaquam fiet. Præterea id præsidium solam refrigerationem corporis præstare testatur Galenus: quæ vtiq ex accidenti facta insigniter periculosa est. Quamobrem externi caloris exiguum quiddam relinquere tutius censemus,

ęp natiuum, vitalemq; minorem faceres fieri item non
poteſt, quin in tali corpore, quale propoſuimus, conti-
nenti febre correpto, non adſit putredinis alicuius alte-
rius ſucci ſignificatio, ac pparatio, quę maior euadet,
viribus, quæ concoquere, ac vincere debent, imbecillio
ribus effectis, calore interno videlicet imminuto, atq;
propterea gubernare non valente, erratumq;, quod ac-
ciderit, reſarcire non potente. At notæ, quæ febrē conti-
nentem citra putredinē exortam indicant, inconſtates
ſunt, nec ſolidæ. Igitur cùm & ex vrina, & pulſibus pu
tredinē ſubeſſe ſpectabis, caue, ne ad animi deliquium
detrahatur ſanguis: quandoquidē vel à ſectione venæ
ad ſeptimum diem permanebit putredo, quā euincere
haudquaquā poterit virtus, tanta vacuatione facta im
becillima. Galenus nō eſſe concoctionē expectandam
cenſet, quando in putrido accenditur ſanguine, ſed ſta-
tim à principio venam diſſecare, poſtmodum ad aquę
frigidę potionē mentem adhibet, docetq; diligenter eſſe
diſcendum indicationes, quæ vel arceant, vel iubeant
propinare. In primis itaq; conſyderādum, num in hu
moribus concoctionis notas videris: an tumor aliquis
in principe particula ex abſoſſitum genere cōſiſtat: an
item ventriculum habeat [illegible] aut frigidum,
aut imbecillum. Quinetiā [illegible] aſſuetus ægēr ſit,
quippe cuncta hæc vel aude[illegible]ndam, vel trepi
dē indicabunt. Cæterum [illegible] quo ab hu
ius potione vſuuenit, aduer[illegible] ei, quod cau
ſam febris adimere debeat; qu[illegible] cruditatem
facit, omnēq; concoctionem p[illegible] febris au-
tem nullo pacto abibit, niſi quæ [illegible] priùs
adimatur. Nōnullis inſuper ex [illegible] imodera
taq; gelidæ potione ventriculus, [illegible] principes ādeō refrigeratæ ſunt, vt nuſquam [illegible] ſeſſi-
num recolligere potuerint. Atq; ex hīs aliį ſpirandi dif-
ficultate, aliį tremore, & conuulſione correpti, ſimul ac
toto neruoſo genere affecti ſunt. Galenus varias ſuper
hac re hiſtorias ſcripto tradidit: veluti illā, qua multis
gulā adeo eſſe refrigeratam docuit, vt poſtea deglutire
vix poſſent: & aliā eorum, quorum venter concoquen
di munus inde infirmū habuit. Quòd ſi concoctos ſuc-
cos ex notis quibuſdam deprehendas, intrepidè dabis.
Habes etenim vnicū ſcopum, ad quem conſilium diri
gas, ſolius ſ. intēperaturæ calidæ curationē, quæ nullo
præſidio cōmodius fiet, ęp egelidę aquę potione. Quip
pe natura adiuta, ad qd̄ inutile eſt, foras ꝓpellendum,
validior fit, attenuato videlicet concoctione humore.

*Quæ putreſcentibus humoribus febres accen-
duntur.* Cap. XVII.

FEbrium, quæ ab intemperatura cum humoribus
accendūtur, ſanatio duas indicationes obtinet: al
teram, quę intēperiem alterati alteram, quę ſuccos
noxios euacuat. Quibus ſi velis, tertia quoq; accedet,
quæ cauſarū putredinem adiuuantium ablatione con-
ſtat. Auferentur aūt tum ſuperuacanei expulſione, tum
meatuū apertione. Porrò obſtructio meatuū vel à frigi-
dis, vel ſiccantibus, vel adſtringētibus, vel à ſuccis craſ-
ſis, atq; lentis efficitur, interdum verò à prædictis om-
nibus. ſingula horū contrario ſuo curabuntur. Atqui
ſæpenumero accidit ſymptomata huiuſmodi indica-
tionī, quæ à febre ſumitur, repugnare, ob idq; curatio-
nem minus probè perfici. Si aūt eſſentia ipſius febris,
cauſaq; ſibi aduerſentur, medentis conſilium eſſe opor
tet (modo febris atq; ſymptomata nō vrgeant) cauſam
auferre: mirum ea ablata, febris quoq; depelletur, vt
facilè tibi patebit in his febribus, quæ à frigidis ſuccis
oriuntur quales ſunt melācholicæ, atq; pituitoſæ. Quòd
ſi febris validior cauſa exiterit, illi ſtatim (hactamen
non neglecta) occurrēdum cenſeo. Nos itaq; in primis
de febribus nō habentibus ſymptomatā, quæ ipſarum
ſanationi obſint, ſermonē faciemus: poſtmodum de cę
teris diſſeremus. Diuerſæ nanq; ſunt indicationes ſana
tionis morborū ab his, quæ ſymptomatis obſiſtere de-
monſtrant: pelluntur etenim morbi, cauſſas adimēdo: t
at tollūtur ſymptomata, vel hīs quæ nōnunquam ipſa
adaugent, cuiuſmodi eſt curatio dolorū maximorum
per opium. Præterea & quatenus medicamenta, & qua
tenus alimenta, ea quæ facultatē refrigerandi pariter, &
humectandi habent, ad febrium omniū medicationem
intus aſſumuntur: atq; id primis poteſtatibus præſtare
cōſtat. Quinetiā ambientem aerem artificio interdum
frigidū, interdum calidū paramus. Atq; item in ęgritu
dinibus quibuſdam terram mutare iubemus: quemad-
modum tabe laborantē in Aethiopiam, Arabiamq;
delegamus. Euacuationes in febribus detractione ſan-
guinis fiunt: atq; purgatione medicamentorum, ſecun
dis videlicet, & tertiis facultatibus, atq; etiā arcana pro
prietate. Aliquando inſuper vacuantur, tum lauacro,
tū frictionibus: quippe vacuationes hic nullatenus ad-
iuuat exercitatio. Atq; occaſionē diligenter cōtemplā-
bimur, vtpote in hac arte eximie neceſſariā. Quamob-
rem Hippocrates ſcriptum reliquit, occaſionem præci-
pitem eſſe, hoc eſt, agendorū in medicina tempus angu
ſtiſſimum, & propè momentaneum. Detrahemus au-
tem in febre ſanguinē, vbi notæ exuberantis ſanguinis
adfuerint, nec qualitate vitiati: vires deniq; perpenden
dæ, quæ vt plurimum in principiis validiores ſunt.
Quamobrem ſtatim à pricipio, tū purgationem, tum
venæ ſectionem medicorum non pauci faciendam ar-
bitrantur, & tantū non vltra ſeptimum diē. Quorum
errorē noſter Galenus refellēs, ac diſcutiens vni virium
robori, non dierū numero attentum eſſe medicū iubet:
nec ſolū ſexto ſeptimoúe die, ſed ēt ſequentibus, vel vi-
geſimo mittendū ſanguinem. Modus, ac detractionis
menſura à magnitudine morbi, à tēperatura, ætate, an-
ni tēpore, conſuetudine, et ſummatim ab tota victus ra
tione, & id genus aliis indicationibus. At virīū robur,
atq; imbecillitas tēperamentum probū, atq; vitioſum
conſequuntur: quare vno nominato, alterū intellexiſſe
oportet. Euacuationes inſuper, quæ obſtructionū aper
tione proueniunt, incidentibus, attenuātibus, atq; ſuc-
cos cōcoquentibus indigent medicamētis, quæ vniuer
ſum qd̄ ſarciri pōt, corrigūt, quodq; caſtigationē non
admittit, foras expellūtquæ quidē intentio in oibus fe-
bribus, maximè in illis, quæ deurētes nō ſunt, debetur.
Nec prætermittas hunc ſcopū in cunctis morbi tēporis
bus, quandoquidē ſucci putridi aliter in melius reuoca
ri nō poſſunt, ęp quod alienum eſt vacuando, quod ve
rò correctionē admittit inſtaurando: quæ cōmunis eſt
omnibus conſyderatio, qui putreſcētibus ſuccis occur-
rere ſtudent. Ad hęc lotiū citantia nō omittemus: opor
tet enim aſſiduū eorum vſum eſſe. Verū quis fortè tutò
nō dari credat, qm̄ talium natura calida, ac ſicca ſit, vn
de febris vehementia adaugeri valeat, qualia ſunt ſemi
na aniſi, petroſelini, apiį, fœniculi. Quare tēperabimus
facultates horū primarias refrigerātibus modicè, & vi
rinā ciente prædictis, in quo numero peponū, atq; cu
cumerū ſemina. Sunt verò ex his tēperata quædam, vel
oino exiguum calorē obtinentia, vt ſunt adiantō, & ce
chorīū. igitur vbi medicamina calefactiua componimus, eorū ſemp poteſtates hebetabimus. Quæ verò fit
per meatus vrinales euacuatio, febribus cōmodiſſima
& cōmuniſſima vtilitas: inſup quę à nup dictis præſi-
diis expectatur, inciſio eſt, atq; attenuatio. Nō ignores
autem

autem ab iiſdem angorē, atq; agitationem ſummam
exciri, quinetiā ventrem, ſimul ac iecur vitiari, ſcipuè
in diuturnarum febrium fine. Quamobrem quæ prin-
cipes partes confirmant, ſimul cum iis incoquūtur erūt,
cuiuſmodi eſt maſtiche. Tria itaq; peragemus, incide-
mus, tenuabimus, ac roborabimus. Quòd ſi humores
febrem efficientes, frigidam, ſiccamq; temperiem nanci
ſcuntur, à calidis, atq; ſiccis abſtinebimus, veluti quar-
tana laboranti ſiquid eorum exhibeas, ſtatim quoque
vel radicem dulcis radicis, vel ſacchatum ex viola pur
purea conflatū admiſcebis. Ad hæc oxymellis vitium
vuæ paſſæ emendātiradit nanq; alioqui, ac mordet ner
uoſum omne genus, & gulam, ventriculum, atq; aſpe-
ram arteriam. Porrò aqua cicerum in omnibus propè
febribus cōmoda eſt. Quinetiam aqua ordei, quæ refri
gerat, humectat, expurgat, detergit, abluit leuiter, iucū
diſſima eſt, & febribus vtiliſſima: interdum autem os
ventriculi afficit, propterea maſtichem cōmiſcebimus
ſecundum pluris, minoriſq; rationem. Iam verò medi
camenta, quæ tum aluum deijciunt, tum calori febrili
repugnant, ſummopere laudantur: id genus ſunt oxy-
phœnicia, viola purpurea, mel aerium, & huiuſmodi.
A myrobalanis cauebimus propter aſtrictionem, qua
pollent, niſi coctione præcedente. Horum verò conue
nientem ordinem percenſebo. in primis igitur daſ mel
aerium, poſtmodum viola purpurea, deinde oxyphœ
nicia: ab his interiora cucumeris quem ſarracenicū ap-
pellant, tum caſia fiſtula, poſtremo myrobalani. Om-
nino inſuper in curandis febribus aſſumenda ſunt, quę
penitus & à tota ſpecie (vt ſic dicam) putredini aduer-
ſantur: qualia ſunt aromatum genera: quorum vſus, &
quantitas parcior eſſe debet, & caliditas temperari cum
iis, quæ retro iam diximus. Sunt item nonnulla, quæ ci
tra caliditatem id præſtant: veluti ſuccus malorum pu
nicorū, ſantala rubea ac candida: quæ tamen, niſi quid
admiſtum repugnet, obſtructionem pariunt. Atqui re-
frigerantia, humectantiaq; præſidia pro caloris febrilis
vehementia, ac paruitate differentiam variam ſortiun-
tur. Horum nomēclaturam ordine ſic habeto: aquam
ordei primò, iuletum roſaceum, quod ex aqua roſa-
cea, atq; ſaccharo tantum componitur: at nos vt ſiccita
tem roſaceæ cohibeamus, æquam ſimplicis aquæ por-
tionem illi adiicimus, vel ſecundum maius & minus.
Quæ verò potiones conficiuntur (ſyropos vocant) ex
herbarum ſuccis frigidarum, humidarumq;, potentio-
res ſunt et aliis, in quorum numero cucurbita, pepo, cu
cumeres, præſtantiusq; auxilium ſuppeditant ſuccus
ſingulorum, nullo adiecto ſaccharo. Quinetiam flauæ
bilis (vt in totum dixerim) cōtrarius eſt ſarracenicus cu-
cumis. Reſtat, vt aliquid de purgatione febriū attinga
mus: quippe antea vberiorem ſermonē fecimus ſuper
hoc auxilio. Purgabimus itaq; febre correptos tūc ma-
ximè, cùm ſuccos qualitate vitiatos exuberare ſpecta-
bimus: atque id virtute valida indicante, quod nobis
concoctiones demōſtrabunt: nāq; eo ipſo tempore na-
tura ſuccorū vacuationes quoq; aggreditur, quas ſum-
mopere cōmendāt doctiſſimi quiq; medici: in quo imi
tandam naturam accuratiſſimè præcipiūt. Ignorare au
tem minimè te oportet, præcedente humorum coctione
facilè omnem ipſorum craſſitudinem, ac lentorem diſ-
cuti, ac propulſari: omnem deniq; obſtructionem tol-
li. Hic exoritur inter medicinæ profeſſores non ita faci-
lis ſolutu quęſtio. Galenus etenim, & plerique omnes me
dici aliį in ea ſunt hæreſi, vt non niſi præcedente ſucco-
rum concoctione purgationem adhibere neceſſum ſit,
præterquam in morbis, qui extremè acuti ſunt: quod ex
dictis Hippocraticis colligere poſſumus: quandoqui-
dem vbi ægritudo peracuta inuadit, tunc quoq; furīt
inſigniter ſucci, quos ad particularium principum ali-
quam (niſi ſtatim vacuētur ab initio) decumbere, & il-
lam vitiare periculum eſt: tenuiſſimi etenim ſunt huiuſ
modi humores, nullaq; ineſt craſſitudo, nullusq; lētor,
qui medicamenti purgationē remorari valeat. verūm
à purgatione incōmodum vnicū accidere ſolet, videli-
cet febris incrementū: primis nanq; qualitatibus ſibi
id faciunt: quare admiſcenda frigida, atque humida hīs
ſunt. Quòd ſi morbus non ita vehemens ſit, & acutus,
concoctio expectanda eſt. Atq; tibi obiter dicam, ægri
tudines patriæ Hippocraris acutas, apud nos eſſe per-
acutas: ille etenim ptiſana & aqua muſa tantum in cu-
ratione acutorum vtebatur. Hic verò, & calidioribus
regionibus, in principiis medicinas purgantes adhibe
bimus: quia ſæpenumero in ore ventriculi ſucci vitian
tur, ac corrumpūtur. Ad hæc in morbis, quos tum cru-
di, tum craſſi, tum lenti ſucci generāntur, cōcoctionem
expectare vtiliſſimum: quæ plurimum incidentibus &
attenuantibus perficitur: alioqui perniciosa foret purgatio. Auicenna iubet in ęgritudinibus à tenuioribus
ſuccis genitis, cuiuſmodi eſt tertiana exquiſita, quæ ſe-
ptem (in totum [illegible] iudicatur, concoctionem
præcedere: qu[illegible] ſimilitam tradidit. Concoctio tenuium [illegible], craſſorum verò extenuatio. Qui[illegible]trix difficulter craſ
ſa propellat[illegible] ſunt negocio vacuabit: exoluuntur [illegible] pellitur. Verū enimuero fa-
cilius ſucci [illegible] craſſis. vnde nōnulle
lis ſcriptum [illegible], ſe nuſquā medicamentum pur
gās exhibe[illegible] quin flaua bilis prius vacuaretur: leuiſ
ſimam [illegible] ſimul, ac tenuiſſimā eſſe cęteros autem hu
mores ſequi. Quod idē ſenſus tibi indicat, tenuiora ſci-
licet promptius purgari craſſioribus. At naturæ opus
non eſt, alioqui quod in morbis acutis primò vacuare-
tur, flaua eſſet bilis: fiunt hmōi morbi vt plurimum à
ſucco tenui, qui quanto ſubtilior, tanto à natura diffici
lius expellitur. Quamobrē vbi ægritudo peracuta erit,
confeſtim purgatione vtemur: in talibus enim tardare
malum eſt quandoquidē natura affecta nō valet poſt-
modum concoctionem aggredi, quæ ſecuritatem om-
nino polliceatur. At Raſius in quartanarum, & pitui-
toſarum initijs purgabat: in quo patet à Galeni ſenten-
tia penitus diſceſſiſſe, qui in cōmētario ad Glauconem
aliter omnino & contrarium ſentit: quippe ab talibus
febribus nullum imminet periculum, nullaq; mala con-
coctio expectatur. Pituitoſa quidem non vſquequaq;
ſecura eſt, ac ſalubris: quare purgabimus vel non exa-
ctē concocto ſucco. Prima igitur dierū hebdomada ex
tenuantibus ſimul, ac incidentibus curationem molie-
mur, quæ etſi callaciāt, exiguum erit ipſorum incōmo-
dum. deinde medicinas purgantes adminiſtrabimus.
Idem nos feciſſe tum in apoplecticis morbis, tū in cete
ris frigidis, & exitialibus: quippe quæ extenuent, atq;
incidāt, purgātibus admiſcemus. Hoc in negocio ſum
mopere cōmendamus potionē oxymellis, in qua inco
cta ſit radix iridis, dulcis radicis, & apij ſemen: concoc-
quit nāq;, & vacuationi paratum ſuccū reddit, indeq;
natura opem non pœnitendā ſentiet. poſtea rurſus ad
incidentia conſilium diriges, deinde ad purgationem:
promptior etenim ſuccorū fiet euacuatio, ſi probè con-
cocti fuerint. Præſtat itaq; tali ratione curandi tracta-
re hominem, ęp naturæ ac morbo (vt non pauci faciūt)
cōmittere. Quinetiam quartana laborantes hoc modo
ſanare cōueniet, & eos, qui per ſanitatem purgari indi-
gent, ſic præparare. Galenus laſſitudinem ſpontaneam
curās, quæ à febre parum abeſſet, cæteros oēs humores,

à quibus generaretur, præter lentos, ac crassos, purgabat: quod illi cum alijs medicis conuenit non esse purgandos. Non parum autem consyderandas esse regiones ignorare te nolim: quoniam ijs, qui in nostra degũt patria, crassorum, viscidorumq; purgatio congruit, si tamen quæ nuper dicta sunt, præcesserint. Quod multo experimento compertum, exploratumq; tantum habebis: est nanq; maximi in hac re momenti.

Cibandi ratio in febricitantibus. Cap. XVII.

CIbari (vt ego quidem sentio) febricitantes minimè oportet, nisi post vigorem, vt facilius concoquerent succos natura, quæ alimenti copia plerunque grauatur: verum quoniam vires omnibus robustæ non sunt, contemplari morbi naturam te oportet. Nanq; si peracutus sit, & eger viribus valeat, audentius id præcipies: tuto enim vt plurimum septimo die is morbus. At ægro debili nequaquã id faciendum. Quòd si mediocris sit virtus, ægerq; ætate floreat, ptisana contentus eris: & panis ex aqua calẽti abluti vnctis duabus: quæ victus ratio à consuetudine nostræ regionis, tenuissima iudicatur. Antiquorum autem victus tenuior erat: sola nanq; [illegible] vellent, ad multam transibant. At [illegible] erant, tum propter consuetudinem, [illegible] temperaturam. Quinetiam illorum [illegible] transpirant: nostratia verò viciatus. Illi [illegible] peraliter bibunt: simul ac sullibi vescuntur, [illegible] valentiſſimè nutriũt. Sustinatim quoq; [illegible] aliquid esse dandum censeo. Nempe qui [illegible] in die assumere consueuerunt, prædictum [illegible] odum non tolerabunt, præcipuè calidiores [illegible] ibus mustã sit transpiratio. Si item conflictes ægritudine à vigore longius abesse, atq; ægrum viribus esse imbecillioribus, à principio cibum offeres copiosius: cùm verò in vigore constiterit, tunc subtrahendus: atqui virtutis robur à probo temperamento intelligitur. Porrò calidiores, ficciores q; naturæ non ita facilè mediã ferunt: maxime in ægritudinibus sibi cognatis, & tempore calidiori. Quòd si diutius in inedia contineantur, à febribus debilibus ad vehementes perducentur: aliquando item ad hecticas: fames nanque succos & vberiores gignit, & factos adurit. Cibandi verò tempus in primæ accessionis remissione, & ante secũdæ initium, in quo natura concoctionem succorum peragit. Ad hęc vires fouendæ, ne symptoma periculosum contingat, cuiusmodi est syncope, vbi tandem alẽdus sit æger. Quamobrem in principijs quoq; accessionum nutriẽdi sunt, qui syncopes periculum vitare cupiunt, quemadmodum facit Galenus in eo, cui diatriton colentes medicitrium dierum inediam præscripserãt. Interdum etiam in media accessione dare cibum cogimur. Præterea in continuis consyderata prius consuetudine, nutriendi tempus eligemus, in quo remissior est febris. Hora autem diei magis idonea erit vespa, ac matutina. Ad hęc vina odora, leuia, oligophora pituitosæ, ac melancholicæ febri accommodatissima: ijs autem qui vehementibus atque deurentibus corripiuntur, vino penitus interdicendum.

De balneo in febricitantibus. Cap. XVIII.

LAuacrum declinantibus febribus tempestiuè subibunt: quoniam quod tenue est succorũ, expurgat. Qui verò in principijs balneo cõmittuntur, rigoribus afficiuntur, in ijsq; succi per vniuersum corpus liquãtur, simul ac obstructiones maximè generantur, interdumq; in principem partem absessus decumbit. Caloris item atq; siccitatis incrementum facit, siue sit in aqua calida, siue in aere balnei calido persistat æger. Caueant insuper à frigida lotione: quippe ea incrudescunt succi.

Galeni curatio febrium à succis lentis ortarum. Cap. XIX.

GAlenus noster febres à succis viscidis ortas sola frictione sanari: quod te cõtemplari accuratè volo. quid enim oberit, quo minus succi in totum corpus diffundantur tali frictione? Quinetiam ille ipse libro de sanitate tuẽda, lassitudinem hominis, cuius corpus plethoria laboret, & succis viscidis sit refertum, curãs, prohibet, ne exerceatur, vlloue motu valido agitetur, neue fricetur, neue lauetur: frictio etenim quæ sub cute sunt, & inter musculos, vacuatat que in venis continentur, purgatione tantum educuntur. Quòd si per sanitatem quis frictionem adhibeat, ita vehementem, q̃ præcepit Galenus, absessus sanè, atq; vlcera necessariò per summa cutis erumperent.

Finis.

Quanquam sequens Canticorum liber, opus sit ab Auicẽna editum: quia tamẽ eius expositio inter Auerrois commentarios connumeratur, ideo ipsum Colliget libris annectere voluimus.

INDEX

INDEX EORVM,

QVÆ IN AVICENNÆ CANTICIS CONTINENTVR.

†*Pars prima, & est pars Theoricæ.*

†  Ractatus primus. De rebus necessarijs in generatione sanitatis. fo.101.

†Rememoratio definitiõis Medicinæ, & eius partium. .101.

Rememoratio rerum naturalium, & primo de Elementis. .101.

Rememoratio secundæ rei naturalis, & est Complexio. .102.

De complexionibus in se. .102.

De complexionibus hominum. .102.

Rememoratio de cõplexionibus tẽporũ. .103.

a* complexionum medicinarum. Rememoratio a {partium, et specierum eius quod augetur, & vegetatur.} .103.

Rememoratio complexionum ętatum. .104.

Rememoratio complexionum masculorũ, & fœminarum. .104.

* Rememoratio *{Secunda pars, primo} de signis cõplexionum sumptis ab habitudine. .104.

Rememoratio signorum à colore corporis, & primo à colore carnis. .104.

Rememoratio signorum sumptorum à colore oculi. .105.

b. tertiæ Rememoratio b{ }de rebus naturalibus, & sunt humores. .105.

De Phlegmate. .105.

De Cholera. .105.

De Sanguine. .105.

De Melancholia. .105.

Rememoratio quartæ ex rebus naturalibus, & sunt Membra. .106.

c* Rememoratio de spiritibus, c{ & primo de naturali, & postea de vitali.} .107.

d* Rememoratio sexta ex rebus d{non} naturalibus, & sunt virtutes. .107.

*De virtutibus vitalibus. .107.

*De virtutibus animalibus. .107.

*De Operationibus. .107.

e* non necessarijs De rebus nõ naturalibus e{ }& primo de Aere. .107.

*De impressione stellarũ in aere cũ Sole. .108.

*De alteratione aeris ſm regiones. .108.

*De alteratione aeris ſm montes. .108.

*De alteratione aeris ſm maria. .108.

*De alteratione aeris ſm ventos. .108.

*De alteratione aeris ſm ea, quæ ei vicinãtur ex terris & aquis. .108.

*De alteratione aeris ſm habitationes. .108.

*De alteratione ſm vestimenta. .108.

*De alteratione secundum odorifera. .108.

*De operatione colorum in visu. .108.

Secunda ex rebus nõ naturalibus scilicet Cibus & Potus. .109.

Tertia ex rebus nõ naturalibus, scilicet Somnus, & Vigilia. .109.

Quarta ex rebus nõ naturalibus, scilicet Motus, & Quies. .109.

Quinta ex rebus non naturalibus, scilicet de Euacuatione, & Repletione. .110.

Sexta ex rebus nõ naturalibus, scilicet de Passionibus animæ. .110.

TRactatus secundus, de rebus extra naturã, & primo de Morbis generatis in membris consimilibus. .110.

* De ægritudinibus membrorum instrumentalium vel organicorũm. .111.

De solutione continuitatis. .111.

Capitulũ f{de rebus egredientibus à natura, vis delicet} g{causis} h{morborũ}. .111.

*De causis [illegible] materiæ. .111.

*De causis [illegible] calidæ. .112.

Causæ æ[illegible] ex frigiditate. .112.

Causæ æ[illegible] ex humiditate. .112.

Causæ ex[illegible] .112.

Causæ re[illegible] organicarum. .112.

Causæ [illegible] & pororum. .112.

Causæ [illegible] meatuum. .113.

Causæ ægritudinis in numero. .113.

Causæ asperitatis. .113.

Causæ cõiũctionis & vnionis separatorũ. .113.

Causæ solutionis indiuisi. .113.

Capitulũ tertiũ de i{rebus egredientibus à natura, & sunt accidẽtia} k{morborũ.} .113.

i{Accidẽtia super equalitate corporis.} .113.

Accidentia ab egredientibus à corpore. .113.

Rememoratio Signorum. .113.

Rememoratio signorũ indicatiuorum. .114.

Genera Pulsus. .114.

Signa à Sputo. .115.

Rememoratio signorum sumptorũ ab operatione Hepatis. .116.

De Vrina, & primo de coloribus. .116.

Rememoratio substantiæ vrinæ. .116.

m. hypostatis Rememoratio m{fecis hypostaticę tripliciter variatur ex colore, loco, & substantia}. .116.

Rememoratio substantiæ. .117.

Rememoratio odoris. .117.

Rememoratio signorum sumptorum à fecibus n{& primo à quantitate.} .117.

n* Rememoratio signorum sumptorũ à sudore o{& primo à quantitate.} .118.

p* Rememoratio signorũ Prognosticorũ p{generalium.} .118.

Signa repletionis, & primo secundum virtutem. .118.

Signa repletionis secundum membra. .118.
Signa dominij Sanguinis. .118.
Signa Choleræ. .118.
Signa Melancholiæ. .119.
Signa Phlegmatis. .119.
Rememoratio signorũ prognostieorũ tempore morbi contingentium, .119.
De Temporibus morbi. .120.
Rememoratio longitudinis, & breuitatis morbi. .120.
—— De Crisi {& signis eius.} .120.
Rememoratio eorum, quæ oportet scire in crisi. .121.
De signis crisium prognosticantibus. .121.
De diebus Criticis. .121.
a* qualiter fiant crises, & præ per Rememoratio a* {signorum super} fluxũ sanguinis. .122.
Signa crisis per fluxum ventris, vomitum, & vrinam, & sudorem & b* {dolorem.} .122.
b* apostema ta. c* —— Rememoratio signorũ [illegible] osticorũ {mortalium sumptorũ ex [illegible] ionibus.} .122.
*De signis mortis, & [illegible] signis sumptis ex operationibus [illegible] .122.
Rememoratio signorũ [illegible] icorũ mortalium sumptorũ à qual[illegible] poris. .123.
Signa ex exeuntibus à cor[illegible] .123.
Rememoratio signorum [illegible] im prognosticorum. .123.
Rememoratio canonum, quibus vtendum est in iudicio prognosticandi. .124.

d* Practica. *Pars Secunda, & est* d {*pars Practicæ.*}

Tractatus primus, de conseruatione Sanitatis. .125.
Rememoratio partiũ Practicę. .125
Regimẽ corporis Sani pfectę, & primo quantum ad Aerẽ eius in gñali. .125.
Regimẽ comestiõis, vel Cibi in generali. .125.
De ordine ciborũ, & rectificatione eorũ. .126.
Hora refectionis. .126.
Regimen cibi in qualitate, & quantitate. .126.
Regimen potus aquæ. .126.
Regimen vini. .126.
Regimen Somni, & Vigiliæ. .126.
Regimen motus Exercitij, & Quietis. .127.
Regimẽ iter agẽtiũ, & primo nauigãtiũ. .127.
e iter agentium, & ter ram & prouincia Regimẽ e {dictorũ, & primo cũ} frigore. .127.
Regimen iter agentis e {per siccum tempore calido & sicco.} e {} .127.
f* —— Regimẽ infantis, dum adhuc est in vtero. .128.
g* in calore. Regimen tempore partus. .128.
Electio nutricis. .128.
Regimẽ propriũ infantis, cũ exit ab vtero. .128.
Regimen conualescentium. .129.
Regimen senum. .129.
Regimẽ h {eius, cuius sanitas est diminuta in aliquo ex membris, & non in alijs,} aut in aliquo tempore, & non in alijs. .129.
h* corpus neuri, si qd in vno membro est fatuc, & salto no,
Regimen eius, in quo apparent signa futuri morbi. .129.
TRactatus secũdus i {Practicæ, de reductione sanitatis in ægris cum cibis, & medicinis.} .129.
i* de cura ægritudiñ.
Rememoratio specierum medicinarum. .130.
Rememoratio solutiuarum choleræ. .130.
Rememoratio soluentium phlegma. .130.
Rememoratio educentiũ aquam citrinã. .130.
Rememoratio soluentiũ melancholiam. .130.
Rememoratio cõpositionis medicinarũ. .130.
Quæ dosis debet dari ex medicinis. .131.
De simplicib⁹ medicinis calefaciẽtibus, k {præter quòd educant.} .131.
k* ——
Doctrina, quæ siccum ab humido distinguit, & gradum medicinarum simplicium. .131.
Rememoratio virtutũ secundarum medicinarum simpliciũ, & primo medicinæ l {attractiuæ.} .131.
l* maturatiuæ.
Rememoratio virtutum tertiarum medicinarum simplicium. .132.
m {Rememoratio rectificationis corruptionis, et significationis ipsius.} .133.
m* De cura.
n {Rememoratio morborũ significãtium supra morbos ex mala cõplexiõe calida} .133.
n* De signis significantibus malã cõplexionẽ calidam, & de cura ipsius
De signis malæ complexionis frigidæ. .133.
De signis ex mala complexione o {calida & siccа.} .133.
o* humida aut
p {Capitulũ morborũ de Repletione, & conditiones, quæ obseruandæ sunt in euacuatione, & est totum de phlebotomia.} .133.
p* De cura morbi repletionalis, & conditionibus euacuationis,
De spẽbus euacuationis fiẽdæ, & modis. .134.
Cura morborum q {ex sanguine} per phlebotomiam. .134.
q* ——
*De cura ægritudinũ sanguinearũ per alia à phlebotomia. .134.
De morbis r {ex cholà citrina cõtigẽtib⁹} .135.
r* cholericis
De morbis ex humore phlegmatico. .135.
De morbis ex melancholia generatis. .136.
TRactatus tertius s {Practicæ} & est manualis opatio t {quæ in tres diuiditur partes.} .136.
s* ——
t* ——
Pars secũda manualis, de operatione in carne cum scarificatione, aut ventosis. .136.
*De operatione in carne cum scarificatione, aut ventosis. .136.
*De operatione incisionis carnis. .136.
Ars cauterij faciendi in carne. .137.
Ars perforationis. .137.
u {Pars tertia manualis in ossibus, cuius principium debet esse in cõsolidationibus fracturarum ipsorum.} .137.
u* De cura fracturæ, & dislocatiõis in esse.
Finis

AVICENNAE CANTICA,

AB ARMEGANDO BLASII DE MONTEPESVLANO EX ARABICO IN LATINVM TRANSLATA, ET AB ANDREA BELLVNENSI CASTIGATA;

cum Auerrois Cordubensis Commentarijs.

Inquit Aboolit Beuroisit

POstquam prius gratias egero Deo, largienti vitam perpetuam animarũ, & sanitatem corpor⁹, & medicanti morbos magnos per gratiam, quã contulit omni carni, ex virtutibus sanitatẽ conseruantibus et protegentibus à langore, dante intelligi artem Medicinę, et ingenium sanitatis diuinis, animosis, et intelligentibus: dedi operam ad cõmentandum librũ richimatum, qui intitulatur liber Benchine partium Medicinæ: ipse. n. vniuersaliter concludit eas. Est. n. cũ hoc melior valde pluribus alijs introductionibus & summis in medicina cõpilatis, ordine valde conuenienti ad tenendum mente vel memoria, dilatanti & delectanti animam. Fui autem attẽtus ad exponendum eius dicta, expositione qua eius certa intentio comprehendaĩ & intelligatur, verborum confusionem & multitudinem postponendo. Qm̃ authores sermonum richimator⁹ in actibus sciarum indigẽt qñq; diminutione sermonis & truncatione: necnon etiam mutatione vnius loco alterius explicando suam nobilem intentionem. Et ex nunc imploro diuinũ auxilium ad perficiendum intentionem horum dictorũ, & eximiam speculationem, & laudabilem eorũdem: necnõ vt me ꝓducat cũ oibus fidelibus socijs, ad quod ducere debet sui bonitate, & gr̃a, ci⁹ seruitiũ, atq; timor.

†PARS PRIMA, ET EST PARS THEORICÆ.

†Tractatus Primus. De rebus necessarijs in generatione sanitatis.

†Rememoratio definitionis Medicinę, & eius partium.

a* Auicenna Tex. 1 b* ——

Inquit a {*Benchine, uel Ziem:*}

MEdicina est conseruatio sanitatis, & curatio ægritudinis, quæ accidit ex b {accidentibus in corpore. In al. quæ accidit ex} causa, quæ in corpore existit.

Vide Sexto Colliget capite primo.

Inquit Beuroist:

MEdicina est cõseruatio sanitatis, & curatio ægritudinis. Hęc est definitio Medicinæ ſm ipsum. Eius aũt pfectio est, vt dicamus: Medicina est ars, cuius actus est ex ratione & experimento, sanitatẽ conseruans, & ægritudinem curãs. Cùm autem dicit ex accidentibus in corpore, intellexit ꝙ actus medicinæ est conseruatio sanitatis, & curatio ægritudinis in corpore generatæ ex eo, quod accidit ei tunc temporis. sicut exempli gratia, apostema accidit in aliquo mẽbro corporis ex aliquo, & illud est infusio sanguinis ad membrum apostemarũ: quod quidem apostema cõtingit eo tempore, quo sanguis infunditur ad ipsum. Et in quibusdam libris est ꝙ accidit ex causa in corpore existente. & hæc est litera melior. Vult, & intendit ꝙ morbus accidat corpori ex causa aliqua. & etiam tolerabile est, ꝙ sit res hæc in corpore ex aliquo accidente: quoniam res egredientes à natura existentes in corpore, tres sunt, scilicet causa, morbus, & accidẽs: ficut in sequentibus patebit. Nos autem ponimus in hac definitione, quòd eius actus & operatio ex ratione & experimento existat: quoniam non sufficit in hac arte ratio sine experimento, nec; experimentum sine rationes: sed vtrunq; exigitur insimul. Gal. au[illegible] definiens hanc artem, dicit eam esse scientiam rerum proportionatarum & continuatarum sanitati & ægritudini & dispositioni mediæ, qua non per[illegible] in homine sanitas neque ægritudo. i. hæc ars dicit & notificat ea quæ proportionantur & vnit[illegible] sanitati, & ea quæ proportionantur ægritudi[illegible] proportionantur dispositioni mediæ i[illegible] & ægritudinem. Intellexit autem per re[illegible] sanitatis, ipsius causas, & signa. & illu[illegible] res proportionatas ægritudini & ne[illegible] ſ[illegible] qualiter patet, quòd in hac definitio[illegible] differtia, per quam diuiditur & separatur [illegible] ab ea parte scientiæ Naturalis, quę considerat [illegible] sanitatem & ægritudinem. Quoniam [illegible] proculdubio docet quid sit sanitas, & ægritudo, & earum causas, & signa ad conseruandum sanitatem, & curandum ægritudinem. & ideo peruenitur ex eius scientia sanitatis et ęgritudinis ad ianuam, & introitum conferentem in operatione. Intentio autem in scięntia Naturali est solum scire quid est sanitas, & quid ægritudo, pro quanto docet, & sufficit domino scientiæ Naturalis, ꝙ ex intentione prædictorum, s. sanitatis et ęgritudinis adipiscatur finem eorum, quorum dispositio & natura est posse scire. Neutralitas, quam posuit mediam inter sanitatem & ægritudinem, non est vera neutralitas. Diuisit autem eam Gal. in tres modos: quorum Vnus est cõualescentium ab ægritudine & similium: Secundus autem est in eo, ꝙ patitur ægritudinem in aliquo membro solum: Sed tertius est in illo, qui est in aliquo tempore absq; morbo et in alio æger. Cùm igitur morbi definitio sit nocumentum naturalis operationis, patet ꝙ inter nocumentũ & non nocumentum non erit medium. nocumentum autem debile supponitur generi ægritudinis, sicut & operatio debilis supponitur generi sanitatis, quia fit rectitudo operationis. Hi autem sermones indigẽt maiori expositione: sed intentio nostra in hoc sermone, vel tractatu est compendium & abreuiatio.

Cuius prima diuisio est in theoricam, & practicam. Et theorica ex tribus rebus perficitur, & completur. 2

Intendit dicere quòd Medicina diuiditur primo in duas partes. quarum altera theorica, & reliqua practica seu praxis nominatur. Et itellexit ex dicto suo theorica ex tribus perficitur. quia pars ipsius scientifica, & speculatiua perficitur ex tribus partibus, quarum immediate post facit mentionem. Hęc autem diuisio non est vera; quoniam Galenus dixit in definitione eius, ꝙ ipsa

ipsa est scientia sanitatis,& ægritudinis, & rerum proportionatarum eisdem,et dispositionis,quę non est sanitas,neque ęgritudo.si igitur sic est,omnes partes eius erunt scientificæ & theoricæ.non ergo vna sola theorica,& altera practica. Est ergo sciendum quòd ex operationibus rationalibus sunt quædam,quæ dicuntur practicæ & actiuæ:quoniam sciuntur & dicuntur procul dubio operando,sicut operatio & ars Carpentariæ,& Sutoriæ:Et quædam dicuntur artes,quæ proculdubio discuntur vt scientia,demonstrationibus scilicet et definitionibus, quibus perfectę & vltimate aliquid scitur.& tale procul dubio est ars proprie.& talis est dispositio Medicinæ artis. Neque longinquum est, seu impossibile esse aliquam ex artibus et operationibus, quę ambobus prædictis modis addiscatur, scilicet scientia & operatione:si tamen ponamus talem artem & talem operationem esse vnicam. Est autem opinio, quòd talis sit ars Medicinæ,& hoc ideo, quoniam pars ipsius, quę manualiter exercetur, proculdubio vtendo,& operando addiscitur secundum maiorē partem ipsius. Modus igitur huius diuisionis, potest esse, ac si diceretur quòd scientia artis Medicinæ diuiditur in duas scientias seu partes scientificas; scilicet in scientiam eius cui coniungitur dominus scientia Naturalis, & aliam remotam abeo:hoc est,dicitur [illegible] edicus speculetur in arte sua duas scientias [illegible] scientiam, qua speculatur sanitatem,& eius [illegible]na, & morbum,& causam eius & signa [illegible] scientia), quam in arte considerat, [illegible] considerat qualiter,& cum quibus conferre [illegible] similiter etiam qualiter, & cum quibus [illegible] dinem, & hoc est speciale in arte Medicinæ. [illegible] quam coniungitur hæc scientia scientia [illegible] vere & proprie scientia, talis scilicet,quòd [illegible] intentus in ea est solum scire,& non opus. Alia vero pars specialis in consyderatione artis Medicinæ dicitur,& potest dici praxis siue actiua,eo quòd affinis sit,& propinqua operationi:cùm eius operatio & vsus habeatur,& sciatur vt plurimum operando,pro quanto ex conditionibus Medici est,vt postquam fuerit super scientiam Medicinæ,& eam intellexerit,quòd sit vsus & exercitatus in operationibus eius. Manualis autem operatio minime,vt diximus, dictis vel sermonibus addiscitur, excepta minima parte eius.& simile videtur de anatomia.nam modicum eius potest ex sermonibus imaginari.Primus autem, qui expresse posuit hanc diuisionem medicinæ,fuit * Iacuam Medicus,quem Alcorazoni redarguit, & reprehendit iam enim ipse opinatus est quod radices dictorum Gal.indicent tallitatem diuisionis prædictæ. cui post respondet Benzoar, qui opinatus fuit minuisse hāc diuisionem in quibusdam libris attributis et appropriatis Gal. Veritas autem est in hoc,sicut nos diximus.

* a 1 Humay.

3 Ex [a]{rebus autem} sunt septem naturales Et ex eis sunt sex,& omnes sunt necessariæ.

[a] qui? rebus

Quoniam prædixit quòd pars Medicinæ theorica perficitur ex tribus rebus, ideo nunc inchoat à prima earum. Vnde inquit quod septem sunt res naturales:hoc est,quod pars prima theoricæ partis diuiditur in contemplationem septem rerum naturalium.hæ autem septem res naturales sunt potissima causa sanitatis reperiendæ & existentis in corpore. Et dixit quòd ex eis sunt sex aliæ,& omnes sunt necessariæ: hoc est q̄ pars secunda partis theoricæ diuiditur in contemplationem sex rerum non naturalium:quoniam non perficitur esse naturale sine eis. Ex his vero rebus sunt quædam extrinsecæ,& quædam à voluntate,& ex eis quædam animales:quæ omnia ex necessitate corpori continguntur.

Adhuc sunt aliæ tres in libris scriptæ,scilicet morbi,causæ,& accidentia. 4

Tertia pars ex tribus partibus theoricæ diuiditur in tres partes,et scientias,scilicet in scientiam accidētium, morborum,& causarum:quoniam illud,super quo debet esse Medicus continuo attentus, sunt prædictæ res tres. Vnde est,ac si diceretur quòd theorica Medicinæ diuiditur in contemplationem sanitatis & ægritudinis.& contemplatio sanitatis diuiditur in contemplationem septem rerum naturalium,& in contemplationem sex rerum magis necessariarum. & rursus contemplatio ægritudinis diuiditur in tres scientias,scilicet in scientiam morbi,& causæ,& rei accidens nominatę in hac facultate.nos autem omnem intentionem eius declarabimus in sequentibus.

Practica diuiditur in duas species: quarum una manibus exercetur:& alia cum medicina, necnon eo quod ex cibis ordinatur. 5

Quoniam diuiserat medicinam in duas partes,s.in theoricam & practicam: & theoricam subdiuiserat in partes sexdecim,in tredecim,s.naturales,& in tres accidentales:ideo subdiuidit nunc practicam in duas partes:ex quibus vna est manualis,sicut futura vulnerum, depositio cataractarum,& similia:altera vero est, quā duratur morbus cum medicinis,& conferuatur sanitas cum cibis.hæc autem pars includit scientiam naturarum medicinarum,& modum sciendi medicamina ex eis,& vsus eorundem,& scientiam etiam de naturis ciborum,& modum cōseruandi sanitatem cum eisdem. Esset autem melior diuisio quàm prędicta,si diceremus medicinam diuidi in * octo partes: s. in scientiam, qua docetur quid sit sanitas:& in scientiam, per quam cognoscuntur signa sanitatis:& in scientiam, qua natura ęgritudinum cognoscitur:& in scientiā,per quam sciuntur earum signa:& in scientiam, ex qua scitur ingenium curationis ægritudinis:& in scientiam, per quā scitur ingenium conseruationis sanitatis.

Primo Colleg in Prooemio, & i principio primi libri, diuidit Medicinam in septē partes.
* a.l.sex

Rememoratio rerum naturalium; & primo de Elementis.

6 PRocul dubio ex rebus naturalibus sunt elementa,ex quorum compositione existunt corpora.

Voluit pro certo dicere quod prima ex rebus, quas naturales nominamus,est scientia corporum, ex quorum compositione existunt cætera corpora mixta. dicuntur aūt corpora illa elementa. Definitio autem elementi est:quoniam est simplicius,quod in composito reperitur,i. quod ipsum est illud, ex quo aliquid componitur,& ipsum ex nihilo. Definitur & aliter. ipsum enim est,in quo resolvuntur compositum cùm corrumpitur:sed ipsum in nullum aliud resolui, vel dissolui potest. Et dixit:Procul dubio:quia ex eorum compositione existunt corpora,eo quod opinio fuit Hipp.& Gal. quod corpora hominum componuntur veraciter ex quatuor elementis,s.terra,aqua,aere,& igne,per viam admixtionis:sicut oxymel cōponitur ex melle & aceto. Super his autem fuerunt valde diuersę & variæ Philosophorum opiniones,s.in numero,& natura elemētorum,ex quibus corpora hoium componuntur. Quidam enim ex eis dixerunt ea esse quatuor,sicut dictum est:& quidam asseruerunt ea esse solum duo:et quidam vnū solum.Quidā etiam eorū dixerunt ea esse corpora indiuisibilia eiusdem naturæ,opinantes q̄ hæc corpora,& omnia entia compolita generantur ex eisdem.

Elementi definitio.

Semno

7 *Semno quidem Hippocratis in libro de Elementis in his est semno uerus,scilicet quòd sint quatuor: aqua, ignis,aer, terra.*

Semno Hippocratis,dicentis q̄ quatuor sunt elementa in numero,s.aer,ignis,aqua,& terra,est verus.

8 *Probatio ueritatis prædicti sermonis est: quoniam cùm corpus corrumpitur,reuertitur in eadem.*

Probatio sermonis Hippo.s. q̄ corpora mixta sunt cōposita ex his quatuor corporibus, est cum eo, quòd videmus corpus animalis mortui dissolui & resolui in prædicta quatuor elementa. Quod autem dissoluitur & resoluitur in aliqua, proculdubio videtur componi ex eisdem. neq; reperitur aliquid aliud, in quod hoc dissoluatur & resoluatur. Cùm autem animal moritur,eius partes siccæ resoluuntur & conuertuntur in terram,& humidæ in aquā,& calidæ in aerem,& ignē. Est autem hoc notum ad sensum ei,qui curiosus,& attentus est ad videndum illud. Patet autem ipsum componi ex his quatuor,eo q̄ est corpus terminatū habens essentiam. Omne autem corpus tale componitur ex terra& aqua. fit enim proculdubio corpus tale, cùm malaxatur terra cum aqua: & potissime si coquatur ad ignem tandiu,donec efficiatur simile testæ. Si igitur sic est,patet in ipso quatuor elementa existere. & hoc est, quod Deus inquit,cuius nomē semper exaltetur. Creauit hominem ex luto,sicut testā figuli. Huius autem probationes perficiuntur in Naturali facultate. Medicus autem inquantum hmōi,nequit hoc vere & demōstrative declarare:supponit autem nihilominus hoc,& accipit à domino scientiæ Naturalis. ipse tamen declarat hoc in libro de Victoria & de certamine:sicut facit hoc in libro de Elementis Gal.

9 *Si non esset nisi unum elemētum,non esset aliquod animal cum morbo corruptibile.*

Hæc est probatio Hipp.q̄ corpora animalium non componuntur ex partibus indiuisibilibus & vnius naturæ:sicut componitur domus ex lapidibus & lignis. Nam si corpus animalis componeretur ex partibus indiuisibilibus,minime corrumperetur ex morbo corruptibile enim corrumpitur proculdubio ex dominio contrarietatis in eo. Sed si corpora essent vnius & eiusdem naturæ, nulla quidem esset contrarietas corrumpens ea,nec ab extra,neq; in seipsis. Verum quia corpora sunt corruptibilia ex seipsis, eo q̄ in seipsis contrarietatem habent,quod etiam circundat ea exterius, contrariatur eis. Cùm igitur contraria sint diuersarum naturarum,sequitur q̄ ipsa corpora nō habeant vitam naturam,neq; sint vnius naturæ. Et hæc scripta sunt in lib.de Elementis & in lib.de Humana natura Hip.hęc autē scia est de causis vltimatis, vel finalibus sanitatis.

Rememoratio secundæ rei naturalis, & est Complexio.

10 POst hæc autem scientia complexionis est ex indiciis in Medicina conferentibus.

Postq̄ Medicus nouit elementa,ex quibus componitur corpus per viam mixtionis, decet ipsum scire & cognoscere species complexionis. Iudicium autem huius scientiæ confert in medicina.& hoc quidem est manifestum:quoniam cùm ipse cognoscit cōplexionem exempli gratia esse calidam vel frigidam,tunc quidem si fuerit sanus,erit cōseruatio eius in eo, in quo est cum omnibus similibus.si vero fuerit æger,eo q̄ sit lapsus à qualitate sibi naturali ad contrariam,curabitur,si reducatur ad qualitatem sibi naturalem prius in eo existentem cum eo quod contrariatur,& opponitur qualitati facienti ægritudinem. Exemplum autē huius est, quoniam, si quis calidæ complexionis patiatur ægritudinem,per quam eius complexio infrigidatur, erit proculdubio eius curatio,si caleſiat,donec redeat ad suam complexionem naturalem.

11 *Quatuor sunt potentiæ,seu uirtutes complexionis, siue diuiserit,seu composuerit eas uir*[a]{consultus.}

[a] sapiens.

Quatuor sunt virtutes,quibus comparatur & refertur complexio hominis,cùm vna ex eis,uel duę noiantur, velut in composito vel compōnato ex eis:& sunt calida,et frigida,humida,& sicca. Cùm autem dicit:siue diuiserit,siue composuerit eas vir consultus, intellexit pro constanti q̄ complexio hominis referatur vni soli ex prædictis virtutibus,vel duabus vniri vel coniungi possibilibus. Complexiones vero relatæ dominio vnius ex prædictis virtutibus sunt quatuor, s. vel cōplexio calida,i. super quā [illegible] nominatur: vel frigida,i.super quam [illegible] dominatur: vel solum humida,i.super quam [illegible] dominat: vel solum sicca,i.super quam [illegible] dominatur aut dominatur super complexiones [illegible] & siccitas: vel frigiditas & siccitas aut [illegible] vel frigiditas & humiditas. Et [illegible] complexiones, quæ referuntur [illegible] quilitatum à temperame[illegible]

12 SEn[illegible] ditatem, frigiditatem, siccitatem & humiditatem.

Quoniam [illegible] virtutes seu qualitates, [illegible] declarat eas, vnde inquit, q̄ prædicte [illegible] calidas, frigiditas, siccitas, & humiditas. Intellexit autem per humiditatem mollitiem,& tenuitatem,quam tactus sentit.

13 *Prædictæ uirtutes seu potentiæ reperiuntur in elementis* [b]{ }*tempore* [c]{*eo quo*} *augetur,seu pullulat, & in loco.*

[b] & in [c] & eo qd

Quoniam prædixerat q̄ virtutes repertæ in complexione sunt quatuor, reniemoratus est nunc rerum complexionatarum,in quibus hæ virtutes reperiuntur. Ait autem:reperiuntur in elementis, i. in quatuor corporibus,quæ sunt aqua,terra,aer ignis. Intellexit autem per virtutes,caliditatem,siccitatem,frigiditatem, & humiditatem. Et intellexit per tempora, quatuor anni tempora,s.æstatem,autumnum,ver,& hyemem.& hoc ideo, quoniam quodlibet ex istis comparatur dominio duarum ex istis virtutibus & qualitatibus. hæ tamen qualitates referuntur aliter elementis q̄ animalibus, & aliter q̄ tempori & loco. Et intellexit per locum,climata terræ habitabilis. Et intellexit per illud,quod augetur, vegetabilia,& alia.nam complexiones eorum referuntur his quatuor uirtutibus.

14 *Elementum ponitur in ultimo simplicis complexionis.*

Intellexit,seu dicere voluit, q̄ cùm informantur elementa aliqua ex illis quatuor qualitatibus, q̄ referant ab ea in vltimo. Cùm autē dicit simplicis complexionis, voluit dicere q̄ elemētum sit in vltimo simplicium qualitatum ex qualitatibus complexionalibus, quæ sunt caliditas,frigiditas, siccitas, & humiditas. Et ob hoc dicimus,q̄ ignis sit calidus, vel q̄ aqua sit frigida, intelligētes pro certo.et hoc dicitur de eis,eo quòd sit in hoc in vltimo,i.q̄ non sit aliquid calidius igne,cùm ipse sit calidior omni calido complexionali. sic etiam est in alijs qualitatibus ipsorum.& hoc quidem manifestum

ſtum eſt. Aliud vero complexionatum, eo q̃ eſt mixtum, & componitur ab extremis in vltimo, i. ex quatuor qualitatibus, quæ ſunt in elementis, ideo fuit medium inter ea in prædictis qualitatibus ratione confractionis partium eorum ad inuicem. Vnde ſic eſt in omnibus mixtis & medijs inter prædicta, ſicut in colore bruno dicto Arabice ebã, ex albo ſcilicet & nigro cõpoſito: qui nec dicitur nec imaginatur albus, vel niger in vltimo, ſed dicitur q̃ ſit in ipſo niger in parte, & albus in parte. Vnde ſic eſt negocium qualitatum in elementis, & mixto ex eis complexionato. nam ſunt in elmẽtis ultimate, in mixto uero & cõpoſito confracte.

15 *Caliditas eſt in igne, & aere: frigiditas uero in terra, & aqua: & ſiccitas inter ignem, & terram: & tenuitas inter aquam, & nubem.*

Quoniam prædictæ qualitates q̃ elementa informata prædictis virtutibus, inſunt eiſdem in vltimo, notificat nunc, quæ ex his qualitatibus referantur cuilibet ex elementis. Vnde in quibus caliditas eſt in igne & aere. & intellexit q̃ quæ ex eis informatur caliditate, ſunt duo, ſcilicet ignis, & aer. & quæ ex eis informantur frigiditate, ſunt etiam duo, ſcilicet aqua, & terra. docet tamen ſcire aquam frigiditorem terra, & aerem calidiorem aere. Neceſſe hic ignis ſenſibilis [illegible] eſt elementum, ſicut ait Alexan. quoniam [illegible] cauſa corruptionis, non exiſtentiæ vel eſſe [illegible] vero, qui eſt elementum, eſt & habet eſſe [illegible] irrationis. Eſt autem iſte ſuper aerem in [illegible] cœli. nec habet calorem in actu quoniam [illegible] proculdubio res accidens huic igni ſenſibili [illegible] terrestri exiſtit. hoc totum eſt in Naturali [illegible] eſtum, & probatum. Cùm autem dicit [illegible] ignem & terram, voluit dicere q̃ duo elementa ſecca ſunt, ſcilicet ignis, et terra: terra tamen fit ſiccior eſt igne. Et cùm dicit tenuitas eſt inter aquam, & nubem, intellexit per tenuitatem humiditatem, & per nubem aerem: ac ſi diceret duo elementa humida ſunt, ſcilicet aer, & aqua. Oportet tamẽ ſcire aerem eſſe humidiorem aqua, & q̃ aqua ſit nihilominus potentior in humectatione corporum, quibus obuiat, quàm ſit aer.

16 *Significatur nobis eſſe & generatio inter ſpecies ipſorum, cùm diuerſificentur adinuicem, & uniantur ſiue coniungantur.*

Intellexit q̃ prædictæ qualitates diuiduntur in diuerſas ſpecies, quia in quibuſdam variantur, & in quibuſdam vniuntur, & aſſimilantur: quod quidem ratione harũ partium et diuerſitatum, eſſe ſignificant, & generationem. Et proculdubio diuerſificantur inuicem, quæ ex eis diuerſificantur, ratione contrarietatis earum: & vniuntur ſeu cõiunguntur, eo q̃ duo ex iſtis vniuntur & aſſociantur in vna & eadem qualitate: volo dicere ſicut aſſociationem ignis & aeris in caliditate, & aquæ & terræ in frigiditate.

De complexionibus hominum.

17 *Diuerſificata fuerunt inuicem, ne eſſent quid unum & idem: & fuerunt coniuncta, et uniuerſa, ne uiderentur omnino contraria.*

Ratio quidem eſt, quare nõ fuerunt à principio vnũ & idem: quoniam ſi fuiſſent quid, non reperiretur aliquid diuerſum ab eis. Cùm autem dixit: & fuerunt coniuncta, ne viderentur omnino cõtraria, intellexit quòd oportebat, vt aſſociarentur qualitatibus, ne contrarientur ex omnibus partibus ſuis. ex hoc enim fuiſſet difficilis eorum mixtio, & complexio.

Imaginamur complexionem in alio ab elementis, puta in compoſito ex his ad ea predominante. 18 2. ex

Intellexit q̃ non imaginemur mixtum informari iſtis qualitatibus, eo q̃ in ipſo vltimentur ſed dicitur et imaginatur tale à tali qualitate prędominante in ipſo: Cuius exemplum eſt de leone, cùm dicimus q̃ ſit calidus & ſiccus, non intelligentes illud de eo in vltimo: ſicut facimus de igne, cùm eũ ſic nominamus. vnde intelligimus q̃ caliditas & ſiccitas dominẽtur in eo plus quam frigiditas & humiditas: volo dicere q̃ hæ duæ partes ſunt in eo maiores, & ampliores.

Ponimus æquale, & temperatum ad referendum ei, eo q̃ habeat quatuor facies coniunctas. 19

Omne, quod imaginatur iformari dominio vnius vel duarum ex iſtis qualitatibus, intelligitur proculdubio eſſe tale in comparatione ad temperamentum, & æquale, in quo ſcilicet reperiuntur quatuor qualitates æqualiter: volo dicere q̃ reperiatur in eo tantum ex caliditate, quantum ex frigiditate, & ex ſiccitate, quantũ ex humiditate. Sunt autem quidam opinati q̃ hęc complexio ſit ſm opi. Gal. complexio hominis tẽperatam complexionem habentis, i. q̃ quatuor qualitates complectuntur in eo æqualiter, aut prope æqualitatem: & maxime, vt dicit, in cute manus, & ex cute manus ſignificatur ex cute digiti medij. Ex ſermone ſuo nihilominus intelligitur q̃ ſic, & dicatur in eo temperamentum & æquale medium in ſpecie. Exemplum eſt: quoniam quamuis caliditas, & ſiccitas dicantur dominari ſuper leonem, tamen eius complexio habet duo extrema: & medium inter duo extrema dicitur æquale & temperatum. & ex iſta complexione exercet leo operationes ſuas meliori modo quo poteſt, inquantum leo. Ponitur etiam ex ꝑla huius æqualis, & egredientis ab æqualitate eius in his, quę fiunt artificialiter. Vnde exempli gratia dicitur oxymel æquale, & temperatum, cùm ponuntur in eo mel & acetum in tali quantitate, & proportione, q̃ reperiatur ex eis operatio oxymellis perfectior & laudabilior, quæ poſſit eſſe. ſed dicitur egrediens, cùm prædictæ qualitates reperiuntur auctæ vel diminutæ, tale autem æquale reperitur, & debet intelligi in qualibet ſpecie: & tale etiam debet intelligi in homine temperato, & æquali. Oſtenſum eſt autem in naturalibus, quòd æquale, in quo partes elementorũ componuntur æqualiter, ſit prohibitum, & impoſſibile inueniri. Cùm igitur erit in homine æqualitas prædicta, poterit quidem intelligi q̃ dicatur æqualitas de eo per comparationem ad extrema ſuæ ſpeciei, & q̃ extrema ipſius dicantur egredi ab æqualitate per cõparationem ad ipſum. Poſſumus & intelligere æquale prædictum ex proportione, & comparatione eius ad partes elemẽtorum, referẽdo quaſdam ex eis quibuſdam ex eiſdem. Cùm autẽ intelligetur in eo huiuſmodi proportio, reperietur in eo, inquãtum eſt hõ, caliditas naturalis maior & fortior frigiditate, & humiditas ſiccitate. Si igitur ſic eſt, erit complexio hominis in generali calida & humida, habẽs duo extrema, multa & magna diuerſitate diſtantia ab inuicem. Vnde homo, cuius caliditas reperitur minor caliditate prædicta, dicitur frigidus p comparationem ad hanc complexionẽ hominis æqualem: et ſimiliter cuius humiditas reperitur minor humiditate prædicta, dicitur ſiccus per comparationem ad prædictam complexionem. & ille, in quo prædictæ duæ æqualitates ſic ſe habent, dicitur frigidus & ſiccus. & in quo caliditas & humiditas ampliores & fortiores ſunt q̃ in prędicto, dicitur calidus & humidus. Ratione autem huius complexionis uituperat, et arguit Gal. dicentem

dicentem complexionem temperatam calidam & humidam eſſe neq̃ intelligit q̃ calidum & humidum dicantur de duabus complexionibus prædictis æquiuoce. Vnde qui ex Antiquis dixit æqualem & temperatam complexionem hominis eſſe calidã & humidam, dixit verum, dum intellexit hoc de calido & humido temperate, non autem de calido & humido egrediente ab æqualitate, & temperie prædicta.

20 ***Fuerunt autem miſtæ, & complete in eo ſecundum exiſtimationem, ut eſſet pondus, & menſura.***

Elementa fuerunt quidem mixta in hac complexione æquali ſm exiſtimationem æqualem: & fuit hæc cõplexio, ſicut ferrum, quo cæteræ res ponderantur. Cùm autem reperitur complexio diuerſa ab iſta, imaginatur per informationem qualitatis, qua diuerſificatur ab ipſa. q̃ ſi fuerit calidior, dicemus eam eſſe calidam: & ſi ſiccior, dicemus eam eſſe ſiccam. Sic igitur ſcitur complexio inæqualis per æqualem. & ob hoc nominauit eam pondus, & menſuram.

21 ***Si aliquod ex eis declinauerit ad aliquod extremorum, non tamen inde expoliabitur, uel circunſcribetur à uirtutibus prædictis, & erunt nihilominus in eo abſque æqualitate, & temperie prædicta.***

Quæcunq̃ ex cõplexionibus declinauerit ab æqualitate ad aliquod ex contrarijs extremis, non euacuabitur inde à quatuor virtutibus, ſ. caliditate, frigiditate, ſiccitate, et humiditate. non tamen erunt in ea æqualiter & temperate, ſicut in complexionibus temperatis.

22 ***Denominatur autem à nomine prædominantis: ut igneum, terreum, aqueum, aereum. ſunt enim ex eis, quæ comparantur aeri. Omnes autem dicuntur*** [2] ***ſic per modum tranſitus, & minus proprie.***

2 ſm viam ſeu ſemitam medicorum,

Complexio egrediens et declinans ab æqualitate, denominatur à nomine ignis, i. calida & ſicca: & à nomine terræ, i. frigida & ſicca: & à nomine aquæ, i. frigida & humida. Intellexit cũ dicit: ſunt etiã ex eis, quæ comparant aeri, quæ ſunt calida & humida in cõplexione. & pro certo dicit hoc, proprie ſm opinionem meam, q̃ oportet vt qualitates, quibus appropriantur & referuntur complexiones, ſint binæ & coniunctæ, ſicut ſunt in elementis & humoribus. & ſic eſſent ſolum quatuor complexiones, ſ. calida & ſicca relata igni, & cholerę: & calida & humida relata ſanguini, & aeri: & frigida & humida comparata aquæ, & phlegmati: & frigida & ſicca comparata terræ, & melancholiæ. Et proculdubio poſſibile eſt inuenire calidam complexionem ſolum per ſe, aut frigidam, aut ſiccam, aut humidam verbo & diuiſione: ſed in effectu non eſt conueniẽs eas inuenire. Si autem quis opinetur poſſibile eſſe, q̃ elementa complectantur omnino ſm æqualitatem: ſciat eſſe in naturalibus declaratum, q̃ eſſe & generatio fiat, cùm qualitates actiuæ, vtpote caliditas & frigiditas dominantur ſuper paſſiuas, ſ. ſuper ſiccitatem & humiditatem: & q̃ corruptio fiat ex contrario huius, ſ. cũ qualitates paſſiuæ ſuper actiuas dominentur.

23 ***Iam quidem perfectæ ſunt nouẽ ſpecies complexionis: neq̃*** [b] ***nunc accedam ad diuiſionem nouam.***

b * addidi in eis aliquid de nouo.

Inter has autem nouem intellexit complexionem æqualem, & octo egredientes ab æqualitate, quatuor ſ. compoſitas, ſuper quas dominantur duę qualitates: et quatuor ſimplices, ſuper quas vnica ſolum ex quatuor qualitatibus dominatur. hæ tamen, vt diximus, minime reperiuntur. Hoc autem proculdubio opinatus eſt Gal. eo quòd parum didicerat, & imperfectus erat in

ſcitia Naturali. Oportet etiam ſcire q̃ ſpecies complexionis ſunt ſpecies ſanitatis reperte in membris ſimilibus, quorum ſcilicet totius & partis eſt idem nomen ſicut caro, cuius pars etiam nominatur caro, ſicut ipſa tota. non tamen ſic eſt de manu, & pede, quæ membra organica nominantur.

Rememoratio de complexionibus temporum.

24 NVnc *autem loquar de tempore ſecundum opinionem, & exiſtimationem: non enim ceſſit in eo ſtylus, & modus inueſtigandi ſubtilis. Hyems autem habet uim & naturam phlegmatis: Et uer excitat ſanguinem: Aeſtas uero choleram rubeam: Et Autumnus choleram nigram.*

Quia locutus eſt de ſpeciebus complexionum hominis, voluit nunc loqui de ſpecibus complexionum temporis. Cùm autem dixit q̃ hyems habet vim phlegmatis, intellexit q̃ complexio hyemis ſit frigida & humida, ſicut eſt phlegmatis: ab hoc generatur et augmentatur phlegma in ea. Et cùm inquit q̃ uer excitat ſanguinem, intellexit q̃ ſan[illegible] creatur in eo. Cùm vero dixit q̃ æſtas chole[illegible] dicere q̃ in ea generetur cholera ſo[illegible] & ſicca, ſicut eſt & ipſa. Et cùm dixit [illegible] nigram, voluit dicere q̃ autum[illegible] ſimiliter cholerę nigræ, ſ. in frigidi[illegible] hoc generatur, & multiplicatur [illegible] quod de vere dicit, ſcilicet q[illegible] humidus. Eſt tamen contra intẽtio[illegible] complexionibus. dicit enim ibi Libro prio. q̃ ver[illegible] & æquale, in quo reperiuntur qu[illegible] qualitate. Conſtat autem q̃ ſi[illegible] in eo quatuor qualitates cum equalitate, in eo vitæ operationes minime eſſent decẽtius coaptatę, quarum cauſa eſt caliditas & humiditas: quàm operationes vitæ contrariæ, quarum cauſa eſt frigiditas & ſiccitas. Si etiam fuiſſent ſic in eo æquate virtutes & qualitates primæ, minime fuiſſet in eo appropriata generatio: neq̃ etiam augmentum alicuius humoris in homine, nec in alijs ab eo nec etiam generatio et eſſe alicuius rei. oportet ergo neceſſario, vt ipſum ſit calidum & humidum. Eſt nihilominus æquale & temperatum: eo q̃ ſit inter hyemem & æſtatem medium. & cùm non ſint niſi quatuor tempora, neq̃ etiam niſi quatuor humores, manifeſta eſt ſignificatio q̃ non ſint etiam niſi quatuor complexiones compoſitæ & inæquales. nam ſi poſſet inueniri complexio æqualis, taliter ſcilicet, q̃ elementa in ea æqualiter miſcerẽtur, minime inueniretur aliqua operatio in hac complexione primis qualitatibus appropriata, eſſetq̃ neceſſarium ne haberet formam, ſcilicet vnam.

Rememoratio [c] partium, & ſpecierum eius quod augetur, et vegetatur.

c * complexionum medicinarum.

25 QVod *autem augetur & minoratur, diuiditur in ſpecies mineralium, & plantarum, & animalium corpus habentium.*

Quia locutus fuit de complexione hominis & temporis, voluit & nunc loqui de complexione medicinarum ſermone vniuerſali. Hoc autem negocium pertractauit Gal. in tractatu tertio libri ſui de cõplexionibus: quamuis pars inueſtigationis ſuæ in hoc opere ſit in complexione hominis, præter q̃ ſpeculetur in complexione medicinarum. quoniam ſpeculatio, & inueſtigatio de complexione hominis eſt ſpeculatio ſuper ſcientiam ſanitatis eius: ſpeculatio autem & conſyderatio

de complexione

de complexione medicinarum est contemplatio instrumentorum & organorum, quibus sanitas efficitur. Verum quia ambo conueniunt & vniuntur in complexione, posuit tractatum eũdem in ambobus. Auctum siue qđ augetur, de quo fit hic mẽtio, diuidit in tres species, s. in species mineralium, plãtarum, & animalium, et partium & specierum ipsarum: hoc est, qꝫ hę sunt tres species medicinarum. Et nominauit minerale auctum, & vegetabile transitorie & minus proprie. et hoc ideo, quoniam vegetabile habet animam procul dubio: minerale vero non habet eam. & hoc quidem est in scientia Naturali patefactum.

26 . *Quod vincit & supat corpus, est medicina. Quod uero nutrit & auget, est cibus.*

Notum est illud, qꝫ id quod vincit corpus, est medicina: et illud, quo cibatur corpus, est cibus. Intellexit autem cũm dicit qꝫ medicina vincit corpus, qꝫ & ipsa immutet corpus: aut ad caliditatem, si fuerit calida: aut ad frigiditatem, si fuerit frigida: & similiter ad alias qualitates ab istis. hoc autem fit tunc, cũm corpus immutat, & alterat eas ad sui substantiam. alterat quidem ad sui naturam quicquid frigiditur ipsum: si tamen non perfecte fuerit illud naturale, immutat cum aliqua mutatione. Si vero cibus, soluit ipsum, præter qꝫ immutetur ab eo. nam cum cibus [illegible] tur in partem alicuius membri, conuertitur [illegible] dinem illius membri. Sed cũm conuertitur [illegible] partem vel humiditatem alicuius membrorum [illegible] similitudinem eius. & ratione huius medicinæ [illegible] ægritudines, s. ratione contrarietatis, [illegible] qualem complexionem corporis: nam cum [illegible] corpore complexio calida, & efficitur [illegible] quidem eius cura cum medicina generatur in [illegible] complexionem contrariam efficienti ægritudinem prædictam. Est autem sciendum qꝫ idem est numerus specierum complexionum medicinarum & specierum complexionum hominis, i. calida & humida, calida & sicca, & aliæ ab istis ex nouem speciebus complexionum secundum opinionem & doctrinam Gale. aut ex quatuor speciebus secundum opinionem primorum.

27 *Complexio habetur et cognoscitur ex sapore, &*
2 * ex ratione vera & sana. *{hoc syllogismo uero & usto.}*

Quia autem operatio horum trium generum medicinarum minime manifestatur in corporibus, nisi prius ex ipsis corporibus immutentur, ideo dicemus qꝫ sunt calida, frigida, humida, & sicca in potentia: intelligentes quod calefaciant corpus, infrigident, desiccent, & humectent ipsum in potentia, non autem in actu. elementa vero reperiuntur procul dubio sensu tactus calefactentia, & infrigidantia, deliccantia, & humectantia, pro quanto dicimus qꝫ sunt actu calida. Et quia immutatio trium specierum medicinarum, s. mineralium, plantarum, & animalium, percipitur, vt diximus, post ingressum earũ in corpora: ideo procul dubio certus modus cognoscendi operationem earum est experimentũ. & hoc, quoniam opinio est, qꝫ operatio medicinæ in corpore debet esse consimilis ut plurimum complexioni suæ: vt si complexio medicinæ sit calida & sicca, debet esse in corpore calefactio & deliccatio: & similiter de frigiditate, & aliis qualitatibus etiam. Vnde ex quo inuenerit demonstrationes & syllogisticas rationes super complexionem medicinarum, erit quidem possibile Medicis munire modum syllogizandi super operationes earum in corporibus: hoc est, qꝫ ex quo extiterint super complexionem medicinæ rationibus syllogisticis, scient quidem qꝫ operationes eius in corpore similentur illi complexioni. Sunt autem quinqꝫ modi, quorum fecerunt rememorationem ad sciendum complexionem medicinarum, s. ex celeri & cita mutatione ad ignem, & celeri congelatione ipsius, sapore, odore, & colore. Sunt tamen adhuc multo plures modi, quos alibi retulimus, ex quibus sunt. xvii. quorum rememorationẽ fecimus, s. de signis superioribꝰ, in. quarto Meteo. Quia vero perfectius, & fortius ex his sciuntur de sapore, fuit contentus vir iste ex rememoratione saporis solius, non curans de aliis in hoc loco. Voluit qꝫ complexio medicinarum cognoscatur per saporem. et hoc, quia sensus gustus percipit saporem: et sapor procul dubio significat super complexionem medicinæ, & syllogismo vero & iusto, vtpse dixit.

Dulcis, & salsus, & amarus, siccitatem: acutus uero, calorem. 28

Hi tres sapores conueniunt & vniuntur in significando qꝫ dominãs super complexionem medicinæ sit siccitas: & non solum siccitas, sed etiam caliditas. Significat etiam caliditatem & siccitatem sapor acutus: dulcis tamen est signum minoris caliditatis & siccitatis ab eo, quod naturæ comparetur nostræ in similitudine. Et post ipsum in caliditate & siccitate est salsus. & hoc, quoniam in salso est substantia humida aliqua vsta. Et post salsum est in hoc amarus: ipse enim est fortioris caliditatis & siccitatis. & hoc, quoniam visum est Galeno, qꝫ amarus sapor causatur ex substantia terrea vsta. Nos tamẽ videmus plures species rerum, quarum natura frigida est & sicca, & nihilominus habent saporem amarum. vnde fructus vegetabiliũ, qui dulcorant in fine, sunt vt plurimũ amari saporis in ꝓncipio.

Omne liquidum, non habẽs saporem manifestum, est æquale, & temperatæ forte complexionis. 29

Concordati sunt qꝫ habens saporem manifestum, sit inæqualis complexionis. Postquam ergo contenti fuimus eius, quod dixerunt de sapore manifesto, & habente ipsum, sequitur necessario quòd non habens saporẽ sit æqualis & temperatæ complexionis.

Omnis sapor ponticus, & acetosus frigidus est & siccus: necnon etiam omnis Stypticus. 30

Hoc est, quod Gal. opinatur procul dubio, qꝫ sapor ponticus, & stypticus generentur ex substantia frigida terrea & grossa, & acetosus ex substantia terrea frigida & subtili.

Omne habens dominium pinguedinis, & unctuositatis, est calidum & humidum: & pure insipidum frigidum & humidum. 31

Dicimus, sapor iste est vnctuosus, & per consequens calidus & humidus. & hoc ideo, quoniam unctuosum fm Medicos est compositum ex substantia aerea: aer autem calidus est & humidus. Sic igitur sunt in generali *isti octo sapores, quorum ipse præmisit rememorationem: & insipidum carens omni sapore dicatur esse nonus. Medici autem sunt huius opinionis, s. quòd causæ saporum sunt, subtilitas substantiæ, & spissitudo, & mediocritas inter ipsa. Dicimus igitur qꝫ cũ grossities substantiæ vnietur frigiditati, causabitur & generabitur sapor ponticus, & stypticus. sed cũm grossities erit cum caliditate, generabitur salsus, et amarus. sed cũ vnitur subtilitas frigiditati, fit inde insipidus. videtur tamen qꝫ sapor referatur ad grossitiem & subtilitatem per accidens: quoniam causa generabilis vel corruptibilis cuiuslibet sunt quatuor qualitates. videtur etiam qꝫ sapor dulcis & amarus sint tanqꝫ duo extrema contraria inter duos sapores, & qꝫ alĩ sapores ab istis sint

*a. l. cõtrariatates

*a. l. istitum

medĩ

medĩ inter ipsos: sicut omnes colores ab albo & nigro sunt medĩ inter album & nigrum. Est & sciendũ quòd significatio sumpta ex odore est debilior qꝫ sit sumpta ex sapore: quamuis odor plurimum significet super saporem. Fuit autem significatio sumpta ex odore debilior: quia pars, super quam dominatur odor in medicina, quãdoqꝫ non extenditur per eam totam, sed existit in quadam parte eius: sapor vero dispargitur, & existit per totum saporabile. Et odor quidem aromaticus significat super caliditatem in generali, paucis exceptis, ex qbus manifesta sunt rosa, & myrta, nenufar, & violæ: quorum ipse rememorationem faciet consequenter. Et procul dubio signum sumptum ex colore, est adhuc debilius in significando super complexionem medicinæ: quoniam vnus & idem color quãdoqꝫ sequitur ad caliditatem & frigiditatem: cuius exemplum est color niger, qui ex caliditate generatur, et etiam quandoqꝫ ex frigiditate. accipitur tamen signum ex colore super diuersas species vnius & eiusdem rei. cuius exemplum est, quoniam vinum rubeum calidius est vino citrino, & citrinum est calidius albo. Iam autem dixit Gale. de modo signum accipiendi super complexionem medicinæ à sui celeri & cita mutatione, & conuersione ad ignem: quòd omnis medicina subtilis, & non spongiosa, conuertibilis cito ad ignem, est necessario calida, & cito digerif. Procul dubio posuit seu ex conditione addidit qꝫ sit subtilis: quoniam habens dominium viscositatis, quod Arabes largo nominant, cõuertitur ad ignem frequenter de facili, neqꝫ tamen conuertitur celeriter ad naturalem calorem. Procul dubio adiunxit ex conditione nõ spongiosa: quoniam arundo festinanter inflammatur ex igne, nec tamẽ conuertitur celeriter ad calorem. & procul dubio cùm sunt duo corpora æqualis subtilitatis, quod ex eis citius congelatur est frigidius in complexione. si tamen essent diuersa in subtilitate, non esset conueniens vel necessarium. Hi ergo modi sunt manifesti, quibus potest cognosci complexio medicinæ per modum syllogisticum. Melius tamen est & tutius inniti in hoc negotio experimento qꝫ rationi: & potissime, quoniam pluries reperitur aliqd in medicinis ex forma ipsarum resultans ex præcipuis qualitatibus æqualitatum in mixtione, volo dicere ex proportione existẽte inter quasdam ex eis per comparationem ad formam generatam in illo ente ex proportione quarundam qualitatum, ad quas referuntur in eodem ente. hęc autem operatio, cuius causa est proportio existens inter ambas formas, noiatur thesaurus.

Inquit translator. Constat qꝫ in Latino dicitur proprietas: Gale. autẽ nominat eam operationem medicinæ ex totalitate substantiæ suæ procedentem. Est autem verum, qꝫ impossibile est cognoscere proprietates per modum syllogisticum, nisi sciremus præcise *quantitates elementorum in quolibet entium, & nisi etiam sciremus operationem egredientem à qualibet proportione generata in quolibet ente secundum quantitates elementorum in eis existentium. hoc autem est nobis ignotum, nec est possibile iuenire ab homine: est enim interminatum, cum sit infinitum & sine carens. hæc igitur est causa proprietatis: cum nihilominus nobis ignota sit in quolibet ente, cum careat fine, intellectus aut, siue actus quilibet non põt limitare quod caret hoc. Sic igitur debet intelligi negocium in proprietatibus, non autem sic opinantur multi ex fatuis, & phãtastice loquentes in naturalibus, laborantes ad sciẽdum specialem proprietatum causam. Verum quia Medicinæ necantes, & venenosæ habent plurimum ex operationibus, quas efficiunt à proprietatibus, est quidem experimentum in medicinis periculosum: pro tãto decet Medicum esse contentum medicinis notis suo tempore, super quas testificati sunt omnes, non autem dubijs ex eis. Quoniam autem quædam reperiuntur ex rebus quibusdam calidiores in se: & nihilominus minus calida per cõparationem ad humanum corpus erit calidior. Cuius exemplum est oleum nouum, & vetus siue antiquum, nam oleum nouum est in complexione sua calidius quàm vetus & antiquum, vetus tamen est potens amplius calefacere corpus hominis. Omnes cibi ciuilibet ex ambobus prædictis, s. senex & decrepitus, est frigidæ complexionis: decrepitus tamen est frigidioris cõplexionis. quilibet ex prædictis est siccæ complexionis: verumtamen in decrepito multiplicatur humiditas accidentalis. quod intellexit, cùm dixit: existit nihilominus et cruditas in humoribus decrepiti, propter quod erraverunt quidam eorum, complexionem esse humidam dicentes.

Rememoratio complexionum gradum.

Animal per complexionem suam diuersificatur in ætatibus: erit tamẽ sermo nunc in hoie solũ. 32

Complexio in qualibet specie animalium diuersificatur, & in qualibet ætate est enim diuersa in vna per relationem ad existentem in altera. Ipse autem innuit nũc sermonem esse sup complexionem gradum hois solũ.

Calor puerorum approp[illegible] iuuenum in complexione. 33

Calor iuuenum & pue[illegible] qualitate pro- pinqui, id est in quanti[illegible]

Iuuenes tamen de[illegible] ro, si dominetur [illegible] 34

Voluit dicere [illegible] dictos, est [illegible] puerorum [illegible] oris hoc [illegible] & [illegible] tamen [illegible] ratio [illegible] calor [illegible] virtu[illegible] sicut [illegible] calorem iuuenum, & puerorum virtus eiusdem caloris sicut si imaginemur ignem in aqua & aerem existere eum existẽtem in aere reperimus fortiorem. Antiqui autem certauerunt & contenderunt super hanc complexionẽ, hoc tamen est, quod Gal. ex ea intellexit.

Senectus autem frigida, cùm ponderabis eam, est sicut decrepitas ipsa: & adhuc amplius in complexione cuiuslibet ex eis siccitas manifesta: existit nihilominus & cruditas in humoribus decrepiti. 35

Quilibet ex ambobus prædictis, s. senex & decrepitus, est frigidæ complexionis: decrepitus tamen est frigidioris cõplexionis. quilibet ex prædictis est siccæ complexionis: verumtamen in decrepito multiplicatur humiditas accidentalis. quod intellexit, cùm dixit: existit nihilominus et cruditas in humoribus decrepiti, propter quod erraverunt quidam eorum, complexionem esse humidam dicentes.

Rememoratio complexionum masculorum, & fœminarum.

In masculis existit caliditas & siccitas, in fœminis uero frigiditas & humiditas. 36

Posuerunt complexionem masculorum relatam ad complexionem fœmellarum esse calidam & siccam, et complexionem fœminarũ esse frigidam & humidam, per comparationem ad complexionem masculorum: firmantes se super hoc ex operationibus & moribus prædictorum. consyderatio tamen sumpta ab eo, quod est proprium fœminis ex menstruis, est notior & manifestior prædictis. hoc enim significat multitudinem superfluitatum in sanguine ipsarum collectarum: quarum quidem collectio significat super frigiditatem & humiditatem

humiditatem complexionis earum. Debet autem Medicus scire & cognoscere complexionē masculorum, & fœminarum: quoniam sciet tempore ægritudinis amborum qualitates elongatas cuiuslibet ex eis ab eorum complexione naturali: neq; non vt sciat qualiter conseruet in eis æqualitatem.

a *Rememoratio

a {Secunda pars primo} de signis complexionum sumptis ab habitudine.

37 b * lenitas vel humiditas c * corpore pinguí & molli

b {Frigiditas, & c {tenereitas} dominatur in c {complexione pinguis, & laudabilis corporis.}

Quoniam fecerat rememorationem specierum complexionum, accedit nunc ad faciendum rememorationem signorum super complexiones signantium. Scientia nanq; complexionis diuidit in hac arte in has duas scientias, s. in scientiam specierum complexionum, & scientiam signorum super quālibet ex speciebus eius significantium. Ex his autem signis quędam sunt vniuersalia, & sunt illa, quæ super complexionem totius corporis dicuntur significare. & quędam sunt specialia & propria, quæ scilicet significant super complexionem cuiuslibet ex membris [illegible] autem non facit hic rememorationem [illegible] uersalium, exceptis illis, quæ habet [illegible] octare. Signum autem vniuersale [illegible] abitudine corporis, colōr, & [illegible]. Per [illegible] complexione pinguis & [illegible] magnæ pinguedinis [illegible] pinguedo enim [illegible] nutrimenti. Parilis autem [illegible] in [illegible] cas super malam [illegible] nitas resultat ex nimio [illegible] tis & siccitatis existentia in membris [illegible] aut ex paruitate & diminutione cibi illius, aut [illegible] dabilis. Multa vero pinguedo corporis significat superfluam frigiditatem & humiditatem membrorum in cibo & nutrimento agentium: hoc autem contingit ex complexione membrorum prædictorum naturali, aut accidentali aut ex multitudine ciborum. & propterea pinguis est brevis vitæ, suscipiens de facili corruptionem. Æqualis vero intemperiem & pinguedinem est bonę & laudabilis complexionis. vnde talis habitudo corporis significat super æqualitatem membrorum ipsius in cibo agentium, i. ipsum digerentium.

38 *Habitudo corporis macra, & extenuata significat complexionem ipsius esse siccam.*

Hoc est manifestum & notum, s. q̄ corpus naturaliter macrum, et tenue non digerit ex cibo & nutrimento in membris suis quantum ei esset necessarium ad digerendum. hoc autem contingit [illegible] ratione siccitatis super complexionem membrorū digerētium ipsius dñantis: etenim causa digestionis sunt caliditas & humiditas.

39 * Aue. leg. calidæ. *Omnes, quorum venæ sunt ex ipsorum corpore latę, sunt * calidi.*

Omnium, quorum venę sunt latę ex radice originis & creationis suæ, eorum complexio est calida. vnde cū dixit: ex ipsorum corpore, intellexit ex eorum origine, & creatione. Cùm autem dixit: sunt calidę, intellexit q̄ venæ sunt calidæ: & cùm venæ sunt calidæ, habent super complexionem calidam significare. Causa autem latitudinis est calidum venarum: sicut causa strictūræ earum est frigiditas. nam sicut frigiditas de sui natura aggregat, & constringit, sic caliditas de sui natura dilatat, & extendit.

Inquit trslator. In grammatico sermone Arabum sunt, venæ, & homines, vnius & eiusdem generis, & ideo hoc adiectum calida, indifferenter poterat referri vtriq;, propter quòd tollens dubium resolutionis, inquit Beuroist: Cum autem dixit sunt calidę, intellexit, &c.

40 *Quicunq; autem habens cōtrariam dispositionem eorum, habet eam propter malitiam frigiditatis.*

Quicunq; habens venas contrarias habenti latas, i. strictas, habet quidem tales ratione frigidæ complexionis in eo existentis à principio fuæ generationis: dum talis strictura non cōtingit ratione pinguedinis ex gęte & superflua commestione generatę.

41 *Gradus quidem corporis æqualis, & iusti cecidit inter omnes.*

Voluit dicere quòd corpus æquale & temperatum est medium inter pingue & macrum. quod quidem intellexit, cùm dixit: Gradus quidem corporis æqualis cecidit inter omnes. ac si diceret, q̄ gradus eius cecidit medius inter ambos gradus, vel etiam inter omnes gradus, qui inter ambo extrema existunt.

Rememoratio signorum à colore corporis, & primo à colore carnis.

42 *NOn sumas signa à coloribus, si contingat eorum mutatio ratione regionis.*

Si clima, aut regio fuerit causa immutationis colorū ibidem habitantium, tunc quidem talis minime significabit super complexionem ipsorum. tunc enim esset iudicium ab extrinseco, & non ab intrinsecō: sicut contingit in terra Nigrorum, & Sclauorum: nam clima & terra calida denigrat colores, & frigida dealbat eos vltima albedine. Simile enim est de capillis: quoniam in regionibus calidis efficiuntur * globosi & crispi: sed in frigidis efficiuntur in vltimo planitiei & lenitatis. & hoc est, quod intellexit in fermone prædicto.

* 2.l. grossi

43 *Caliditas immutauit adeo corpora incolarum in regione Aethiopum & Nigrorum, q̄ nigredo cooperuit universaliter corpora ipsorum: habitantes uero in Sclauonia tantam adepti sunt albedinem, q̄ efficit, et redigit eorum cutes rutilantes, & candentes.*

In regione Æthiopum est caliditas adeo immutans corpora ipsorum, q̄ corpora ipsorum cooperuit colore nigro: hoc autem contingit ratione transitus, & reuolutionis Solis super caput ipsorum, aut de prope. Sed causa frigiditatis immutantis cutem incolarum in regione Sclauorum ad excellētem albedinē, contingit ratione elongationis & distātiæ Solis à capitibus ipsorū.

44 *Si determines septem climata, scies species complexionum.*

Si scias determinare septem climata, & noueris complexionem cuiuslibet ex eis, scies complexiones ex signis, quæ à coloribus sumuntur.

45 *Quartum ex eis est iustum & æquale, in quo color sequitur post complexionem.*

Quartum ex climatibus est temperatum, & æquale. unde in hoc climate non fit immutatio colorę ab equalitate aeris ipsius, immo fit proculdubio immutatio ipsorum ratione complexionis hominis. Verumtamen sm Gal. quintum ex climatibus est æquale & temperatum. Vnde iquit, q̄ nullus ex hominibus Alexandrię est æqualis complexionis. & hoc quidem verum est: sunt enim in regione Arabum quamplures eremi, & siluæ altæ, cuius termini & limites incedunt per quasdam reuolutiones & circunferentias decliuium & promontoriorū, i. ascēsus. Vnde habitātes in Arabia sunt generaliter calidæ complexionis, super quos dominatur rubedo. & proinde appellat album rubeum: estq; possibile,

a.l. impius * pulsuosus possibile, vt inde uituperet ipsum aliqualiter, sicut cùm dicitur, quare es rubeus sicut * ipsius, qui inter dæmones variatur coloribus.

46 *Fuscus croceus cholerā rubeam: sed obscurus {brunus} choleram nigram.*

Color fuscus croceus in æquali climate significat quòd cholera rubea dominetur ipsi cholerico: sed color obscurus brunus significat in eodem climate dominium choleræ nigræ.

47 *Corpus est rubeum ex dominio sanguinis: & album in colore, sicut ebur ex humore phlegmatico.*

In corpore, in quo rubedo dominatur, color quidem talis significat sanguinem dominari in complexione sic coloratis: sed color albus similis colori dentis elephantis significat humorem phlegmaticum in complexione sic colorati dominari.

48 *Complexio habentis colorem mistum ex albo & rubeo, est secundū existimationē æqualis, & temperata.*

Color mixtus ex albo & rubeo significat complexionem sic colorati esse æqualem in quantitatibus, & partibus humorum in eodem existentiūm. q̄ non dominetur in eo aliquis ex humoribus super alios, sed q̄ sint in eo æqualiter sm proportionem naturalē, & hæc est complexio æqualis, quam prius definiuit.

49 *Albus capillus est frigidæ complexionis: sed capillus niger est calidæ complexionis.*

Intellexit q̄ albus capillus in æquali climate, & regione significet super frigidam complexionem, & niger super calidam complexionem.

50 *Cuius complexio est diminutæ frigiditatis, habet capillos aureos flauos: & cuius complexio est diminutæ caliditatis, habet capillos rubeos.*

In quo frigiditas est minor caliditate, est capillus aureus, aut flauus. nam flauitas significat complexionem diminutæ frigiditatis, & rubedo capillorum significat super cōplexionem minoris caliditatis quàm sit complexio habentis capillum nigrum. & procul dubio est hoc verum. nam rubedo est propinqua & affinis nigredini, & flauitas albedini.

51 *Color capillorum habentis complexionem æqualem & temperatam, est aureus, ex flauo, & rubeo mistus, & compositus.*

Nihil volui hic exponere, quoniam per se notum, et manifestum est.

Rememoratio signorum sumptorum à colore oculi.

52 *SI corpus humiditatis glacialis, & albugineæ fuerit pertium, purum, & paruæ quantitatis, & exterius localiter prominuerit, quarum lux seu splendor fuerit puræ coruscans candens, efficietur quidem inde color oculorum glaucus: & ex causis contrarijs contingit antimōialis, i. niger, aut subniger, sicut antimoniū.*

Humor grandineus est quædam humiditas in oculo existens, quam grādini assimilauere: in qua quidem humiditate visus existit principaliter secundum Gale. sed humor albugineus est alia humiditas, quę ante prędictam humiditatem in oculo existit. oculus enim extribus humoribus, & quatuor tunicis est compositus. Dicimus ergo, q̄ si corpus grandineæ humiditatis, & albugineæ fuerit pertium, purum, & vehementer lucidum & splendidum, et cum hoc localiter exterius prominuerit, quòd talis oculus erit glaucus, scilicet albo propinquus. Et si contrarium huius contingerit, erit oculus antimonialis, in colore cuius color propinquus est nigro, scilicet ac si diceret, quòd esset tunc humiditas albuginea excellentis quantitatis, & grandinea in profundum posita, circunscripta luce splendente valde. Quod etiam dixit, puritatem grandineæ humiditatis esse, scilicet vnam ex causis glaucedinis, hoc quidem notum est ex dictis Medicorum, quorum sermo vertitur super hoc, scilicet quòd glaucedo contingit ratione humiditatis albugineæ, aut glacialis & grandineę, aut vtriusque simul. Contingit autem ab humiditate albuginea duabus de causis, scilicet vel sui peruletate, uel sui munditia & puritate, aut ambobus simul. Si ex humiditate grādinea, altera trium causarum, aut duabus ex eis, aut omnibus simul: scilicet aut sui peruletate, aut sui puritate & * paruitate, aut sui puritate & peruletate & eminentia ad exteriora. vnde cum [illegible] causæ in eodē oculo vniuntur, est vehemēs glaucedo: si autem contraria aggrediantur, est vehemens antimonialis.

* 2.l. peruletate.

Si causę [illegible] cum causis antimonialitatis [illegible] 53

Intellexit [illegible] dinis cum [illegible] predictorum [illegible] in eo [illegible] diuersa [illegible] mis, nec [illegible] lucis & [illegible] per [illegible] cut & [illegible] & glau[illegible] frigida [illegible] tur glaucedo in oculis frigidarum regionum, quę minime reperiuntur in hominibus calidarum regionum. vnde Arabes vituperant, & abhorrent glaucedinem.

Si fuerit spiritus uisibilis paruus, fiet obscuritas: si uero multus, continget inde splendor & luminositas. 54

Vna quidem ex causis obscuritatis, est paruitas spiritus visibilis: & causa luminositatis est multitudo ipsius. hoc tamen nescio ex sermonibus Galeni Hæc igitur sunt, quæ rettulit hic de complexionibus. vnde fuit diminutus, obmittendo rememorationem de complexionibus ipsorum membrorum, & etiam de signis super complexionem ipsorum significantibus. dicere autem sermonem in hoc super quolibet ex eis particulariter esset nimis longum. propter hoc sermo meus in eis est generalis. Dico ergo q̄ quædam ex membris sunt consimilia in partibus suis, & quædam organica instrumentalia. Et ex consimilibus quædam sunt frigidę & siccæ complexionis, velut nerui, chordæ, & ligamenta, cartilagines, & ossa, & panniculi: & quædam calidę & humidæ, sicut venæ non pulsatiles: quædam calidæ & siccæ, sicut venæ pulsatiles. Et proculdubio tres sunt radices membrorum organicorum & instrumentaliū, scilicet cor, cerebrum, & hepar. tex quibus cerebrum est frigidæ & humidæ complexionis: hepar autem calidæ & humidæ: sed cor calidæ & siccæ. Assumitur autem significatio secundum complexionem propriam cuiuslibet ex istis ab operationibus ipsorū vt plurimum. & hoc ideo: nam cùm sunt earum operationes fortes & intensæ, significant super calidam & siccam complexionem ipsorum: cùm vero fuerint remissæ & diminutæ, significant super frigiditatem corundem: sed cùm sint in hoc mediæ, significant super æqualitatem eorum.

a* tertiæ

Rememoratio a{ }de rebus naturalibus, & sunt Humores.

55 *Corpus est generatum ex humoribus uarijs, & diuersis in colore, & complexione, s. ex phlegmate, & cholera rubea, & sanguine, & cholera nigra.*

Corpus animalis fertur esse compositum ex humoribus diuersis in cõplexione & colore, & sunt quatuor, scilicet sanguis, phlegma, cholera nigra, & cholera rubea. Et hoc quidem est verum ſm Gal. & Hipp. Ipſi.n. optimũ sunt q̃ ignis, aqua, terra, & aer sint ei elementa longinqua & remota corpori hominis: & q̃ prædicti humores quatuor sunt ei elementa propinqua: asserentes etiam choleram nigram assimilari & proportionari terræ, & rubeã igni, & phlegma aquæ, & sanguinem aeri. Plures tamen Medicorum obuiãt eis in hoc, dicentes q̃ materia propinqua hominis, ex qua generat corpus eius, proprie est sanguis: & q̃ alij tres humores sunt reliquiæ, & superfluitates ipsius sanguinis, quę scilicet segregantur & separantur ab eodem per digestionem eius. Hoc autem potest elici ex dictis Gal. si intelligatur quod ipse dixit in libro de Virtutibus naturalibus, q̃ cholera nigra sit sanguine, sicut spuma in musto bullit, & cholera rubea sit sanguine, sicut fex tartarum. Si igitur sic est, tres humores sunt impotentia: elementa autem in compositio. & ipse opinatur, q̃ humores sint elementa non consideratione figura, sicut plures Medicorum.

De Phlegmate.

Phlegma naturale est mixtum ex humido & frigiditatis temperatæ.

Nota q̃ in Arabico sermo de phlegmate fallo præcedit illum de phlegmate dulci.

Quinquè sunt species phlegmatis, ex quibus vna vocatur phlegma naturale: & tale caret sapore, & est temperatæ, seu remissæ frigiditatis.

57 *Ex eo autẽ est, quod nosci tur uitreo nomine: est autem grossum, & frigidæ complexionis.*

Ex eo autem est alia species frigidę complexionis, et grossæ substantiæ: & nominatur vitreum, eo quòd vitro fuso & liquido similetur.

58 *Ex eo autem est adhuc phlegma dulce, quod quidem non absoluitur omnino à calore.*

Hæc species phlegmatis habet modicum de calore: quod tantum opinamur esse, quoniam in eo ex dulcedine reperitur. & hoc phlegma plus alijs naturali appropinquat.

59 *Rursus ex eo est, quod uocatur salsum: & hoc uidetur uersus calorem & siccitatem declinare.*

Tertia species ex eo est illud, quod reperitur salsum in sapore: quod ad caliditatem, & siccitatem declinat.

60 *Ex eo est quasi acetosum,* b{ }*cùm corrumpitur cibus in stomacho.*

b* & est frigidius eo

Ex eo est quarta species, & est acetosi saporis & frigidæ complexionis: quod quidem in stomacho generatur, cùm cibus in eo ratione frigiditatis corrumpitur.

De Cholera.

61 *Ex cholera c{ sunt uariæ coloribus, } & quædam ex ea nominatur fumosa.*

c* citrina sunt uarij colores. Per fumosas Arabes intelligũt adustã

Voluit dicere q̃ ex cholera sunt diuersæ species: ex quibus quædam dicitur fumosa. Reor autem ipsum per hanc speciem intellexisse humorem, ex quo generatur ructus fumosus in stomacho: non tamen vidi rememorationem huius speciei in libris Medicinæ.

62 *Ex ea etiam est similis uiridi æris, & porro: istæ quidem sunt magnæ malitiæ.*

Hæ sunt duæ species manifestæ, quarum generatio fit in stomacho: gignantur autẽ ex forti & valida adustione: & hæ sunt permitiosæ, significantes super cõplexionem vrentem: & maxime illa, quæ viridis dicitur.

63 *Est etiã alia à prædictis, quæ utrellina dicitur: nec q̃ est permitiosæ uirtutis, & potentiæ.*

Hęc species similatur vitello ouorũ. Et opinant quidam Medicorũ q̃ ipsius grossities contingat proculdubio ratione caliditatis mixtæ, et adhærentis phlegmati. vnde videtur sic esse minoris caliditatis q̃ sit species choleræ naturalis & rubeæ, quæ in cysti fellis existit & generatur. pro tanto dixit ipsam nõ esse permitiosę virtutis: hoc est, q̃ qualitas eius non est mala, & illaudabilis. hæc est opinio Zomaim. Et ex eis sunt quidã opinantes grossitiem eius contingere ex calore super eã dominante, & eius humiditatem deficcante & consumente: quod quidem ex sermonibus Gal. itelligitur in libro suo de Virtutibus Naturalibus: & esset tunc mala causa fortis, & vrentis caliditatis. & Halibentazona incedit per hanc viam.

64 d{ *Alia spẽs ex ea* }*est cuius habitatio est in cysti fel lis: & oẽs quidẽ declinant, & uergunt ad caliditatem.*

d* Et rubea cholera

Hæc species est naturalis: nec fecit mentionem manifeste huius speciei inter species ipsius manifestas, & est citrina, sicut fecit mentionem cuiusdã speciei eius ignotæ, quam fumosam nominauit.

De Sanguine.

65 *Origo, & augmentum sanguinis est ab hepate, & trãsit inde per uenas eius ad totũ corpus.*

Origo & gñatio sanguinis est in hepate, & trãsit per venas eius ad oia corporis mẽbra, quæ eodẽ nutriũtur.

66 *Ex eo est sanguis, quem continet cor. sanguis autem calidæ & humidæ est qualitatis.*

Secunda species sanguinis est illius, cuius decoctio fit in corde, & delegat ipsum p venas pulsatiles ad omnia corporis membra, viuificans, & habituans ipsa calore & nutrimento. & quælibet ex his speciebus ambabus est calidæ & humidę complexionis. ille tamen, qui est in corde, est calidior & siccior.

De Melancholia.

67 *Situs choleræ nigræ est in splene: neque est falsa opinio ista.*

Hoc quod dixit, est manifestum: patet enim per anatomiam q̃ inter hepar & splenem est colligantia. cùm ergo hepar digesserit sanguinem in eo existentem, munificat ipsum à parte eius terrea & melancholica, & delegat ipsam spleni. splen autem trahit ipsam ad se ratione conuenientiæ, quam secum habet, sicut & cystis fellis attrahit choleram rubeam.

68 *Turbulentia sanguinis est naturalis: quælibet autem ab ista innaturalis.*

Cholera nigra, seu melancholia naturalis est ipsa turbulentia, seu fex hypostatica sanguinis: aliæ vero species choleræ nigræ à prædicta sunt omnes innaturales.

69 *Quæ proculdubio generatur ex commistione, & adustione aliorum humorum.*

Proculdubio species innaturales melancholiæ generantur ex commistione naturalis cum alijs humoribus, aut ex adustione cholerę nigrę, aut phlegmatis, aut choleræ rubeæ, aut sanguinis. Et species quidem choleræ nigræ

tię nigræ innaturalis notæ & manifestæ sunt tres, s. illa, quæ generatur ex choleræ nigræ naturalis adustione: et hæc quidem est alijs fortior, & magis permitiosa. Secunda vero generatur ex adustione choleræ rubeæ. Sed tertia ex adustione phlegmatis. Non tñ est lõginquum & impossũbile, quin generetur alia species eius ex adustione sanguinis. nec etiam quin generentur quãplures species aliç ex diuersa commixtione ipsarum ad inuicem. manifestæ tñ, & notæ species eius sunt prædictæ tres.

Rememoratio quartæ ex rebus naturalibus, & sunt Membra.

70 a{ *Principia, & radices* }*corporis sunt quatuor, alia autem ab eis sunt uelut rami.*

a* principia seu radices alia membra

Hæc est q̃rta pars, sicut ipse dixit, in q̃ referũtur mẽbra hominis simplicia & composita: & sunt illa, quæ generaliter colliguntur libro huius artis, qui de anatomia membrorum intitulatur, hic tñ non retulit ex eis nisi solũ principalia & radices. Hi nanq; rhythmi sunt, velut itroductiones in hac arte. Inquit ergo q̃ quatuor sunt radices membrorum corporis, & alia ab ipsis ramificantur ab eisdem, i. famulantur eisdem.

71 *Vnus ex his est hepar, & ipsum quidem præcipuum, & nutrimento in corpore.*

Vnum ex his quatuor est hepar, & ipsum quidem præcipuum est nutrimento, i. digerit sanguinem, quo oia membra corporis nutriũtur procul dubio. Organa deputata trimẽto corporis sunt, os, mery, stomachus, et intestina necnon splen, hepar, cystis fellis, & renes. Est autem actio oris super cibũ & nutrimentũ corporis: et actio mery est attractio, & deglutitio eius, quod ab ore comeditur & masticatur, et impulsio eius ad stomachum. Et ob hoc fuerunt in eo posita corpora quædam, quibus conuenienter attractio, & impulsio exercerturet sunt illa, quæ à Medicis villi nominantur. Actio autem stomachi super cibũ est contritio & digestio ipsius, coadunando se super ipsum, efficitq; inde chylũ ad susceptionem actionis hepatis. Verũtamen operatio superiorũ & gracilium intestinorum est gradualis et successiua receptiõ cibi egredientis à stomacho. Fuere tamẽ ſm Gal. multa, vt cibus moraretur in quolibet ex eis, donec hepar traxerit ab eis, mediantibus venis inter ipsum et ipsa intestina existentibus, quicquid in chylo fuerit aptũ digeri ab ipso hepate. & q̃ supereſt fęx dura grossa, expellunt consequenter intestina vsq; ad vltimum intestinum. & hoc, postq̃ hepar acceperit sibi necessarium. Deinde autem hepar prędictum succum ad se tractum digerit, & in sanguinem conuertit. Consequenter separat ab ipso sanguine ipsius turbulentiam, & fæcem hypostaticã, & eam ad splenẽ impellit. hæc aũt turbulentia est cholera nigra, seu melancholia. Separat autẽ ab eo partem eius * spumosam, quam ad cystim fellis impellit, & destinat. hoc autem totum in cõcauitate hepatis fit: ea scilicet parte, qua chylum traxit ad se bonum. Tunc autem separat ab eo partem aquosam. & hoc fit, dum sanguis egreditur ab hepate, & transit ad alia mẽbra corporis. Aquositatem autẽ illam impellit, & delegat ad ipsos renes, qui nutriũtur ex eo, quod reperiũt sibi cõueniens. deinde ipsi renes mittũt residuũ aquositatis prędictę ad vesicam, & colligitur ibidem, donec ipsa egrediatur. Fuerunt autẽ multa & plura intestina, ne cibus egrediatur citius ab eis, anteq̃ hepar attraxerit ab eo quantum debet. Vnde fertur q̃ animalia paucorum intestinorum continue comedunt & egerũt. propter quod congruit magis homini, vt sint eius intestina multa. Hæc est ergo collectio, & summa actionum membrorũ nutritionis in cibo, et nutrimento corporis.

* 1. l. fumosum,

Cor autem alit corpus uita, & nisi ipsum esset, corpus assimilaretur plantæ. 72

Hæc est via & opinio Medicorũ. Nam ipsi opinantur tres esse virtutes principales, s. naturalẽ, cuius situm ponunt in hepate: & vitalem, quam ferunt in corde situari: & vim regitiuam & sensitiuam, & ſm locum motiuam, quam ponunt esse in cerebro. & hæc fuit intentio Hippocratis, Platonis, & Gal. Quæ quidem intentio falsa et erronea in duobus. Primum est, quoniã [illegible] et patefactum est, nõ esse nisi vnam virtutem [illegible] in nutrimento corporis: quæ quãdiu existit & [illegible] rat in animali, viuit animal: & quando auferetur [illegible] moritur. In hac autem virtute cõmunicant plantæ [illegible] animalibus: & ob hoc plantæ [illegible] interdum [illegible] non tamen dicitur anima [illegible] cedit plantas, est virtus [illegible] q̃ animal dicitur animal [illegible] maxime sensitiuæ virtu[illegible] libus, quali[illegible] est [illegible] sunt quidem vitales [illegible] eius [illegible] Oliui

Cor. Aui. pul.

[illegible] tem [illegible] quam [illegible] agentem in diuersis [illegible] sint simul in vno & eodem [illegible] dum q̃ dixerunt in hoc Philosophi [illegible] ducunt naturalium virtutum. Non [illegible] inducere super hoc demonstrationes. Verumtamen [illegible] cimus illud, quod est probabilius, et magis conforme veritati: et est hoc. quoniam certum est, q̃ non agit sensus, nisi in membro quod nutrit. alias si reperiretur in membro non nutrito, esset animal non nutritum, & absq; nutrimento: quod tamen falsum est & impossibile. Si igitur sic est, ergo mẽbrum, in quo situs huius virtutis nutritiuæ est, est principale. sequitur etiam necessario q̃ habeat principatum super illud, in quo est situs virtutis sensitiuæ. Notũm est autem ex anatomia membrorum, q̃ cor est fons caloris naturalis in corpore existentis, & q̃ ab illo distribuatur, & multiplicetur per cætera membra corporis. Est autem notum in scientia Naturali q̃ calor naturalis prædictus est subiectum & materia aiæ: ex quo necessario sequit q̃ & aia sensitiua & nutritiua sit in illo membro, in quo est calor prędictus.

Abinde est calor, qui est corpori sicut elementum, quod b{ }*transire facit* c{ *ipsum abzar.* } 73

b* s. cor

c* in alebher tam arteriam aortam

Calor existẽs in corde est radix caloris naturalis corporis, quẽ transire facit ad totũ corpus p venas, quę venæ à vena abzar dicta ramificantur: quæ quidẽ vena immediate ab ipso pullulat, & egreditur, & propter hoc illud membrum ultimo infrigidatur in morte. Cor autẽ existit in corpe velut clibanus, & calor naturalis sicut incendiũ in clibano, & anima est sicut clibanarius. & quemadmodum clibanarius stat, et moratur prope incendium, quatenus regat ipsum, sicut decet: sic etiam decet q̃ anima agens in calido existente in corde, sit & existat etiam in corde. nam est generãs * ibidẽ. Ex quo patet, quòd virtus regitiua corporis, & vita ipsius sit

* 2. l. idem

in corde.et hoc,quoniam ipsum cor est i corpore, sicut clibanus, vt diximus:& calor naturalis in corpe,sicut incendiū in clibano:& aia,sicut clibanarius. Si plures autem et diuersę virtutes in multis & diuersis membris existerent,esset vnum animal multa animalia.

74 Ecce ꝙ cerebrū cū neruis, et[a] {filo nuchæ} custodit, a* nucha & ꝑseruat ignem,& calorem cordis ab inflāmatione.

Iuuamentum cerebri,quod ipse retulit hic, est secundum viam & opinionem Aristote. non autem secundum opīionem Gale.& opinatus est Aristote. quòd principium sensus & motus sit in corde, & quòd cerebrum sit organum deseruiens ei,æquādo calorem eius, hoc est,quòd frigiditas cerebri habet æquare & temperare calorem cordis in tantū,quòd virtus sensitiua possit attingere sensata sua.ipsa enim attingit, & percipit ea cum calore temperato.Si enim esset vehementis caliditatis, minime rem calidam attingere,seu percipere posset.Nullum enim ens iudicat & percipit sibi simile, sed potius sibi diuersum. Hoc autem totum est de duobus naturalibus,de quibus Medicus parum curat. verum domini naturarum considerant,& pertractant verba ista,& ab ipsis habet Medicus hoc recipere. Est autem notum,quòd cerebrum est principium sensus & motus ex actione ipsius, sicut est principium primum, sicut Gal.intellexit: sensus enim non est ens, sicut intellexit Aristo.Et etiam notatur quod cerebrum est principium & nucha dr̄ intur.nerui sensitiui & motiui. Medulla autem est corpus quoddam egrediens a parte posteriori, incedens per ossa spine dorsi,sparsa vsq; ad extremitatem ipsius dorsi.Egrediuntur autem a iunctura quorūlibet duorum toratorum duo neruix quibus vnus incedit à dextris,& alius à sinistris : excepto osse vltimo perforato,a quo solus vnus neruus egreditur. Sunt autem prędicta ossa.xxiij.numero.Ex illis autem neruis venit ꝓmotio ad manus & pedes. Ab anteriori autem parte cerebri egrediuntur septem paria neruorum, & sunt illa,quæ præbent sensum & motum omni et quod interius existit,necnon etiam pectori,& organis anhelitus,& sermonis.

75 Ex eis est motus iuncturaꝝ,sed testiculi sunt b {mē b* bra aliàs} organa generationis.

Ex neruis quidem est motus iuncturarum.Nam motus ex tribus corporibus in summa perficitur, ſ. ex neruis,& lacertis,ad quos hi perueniunt & attingunt, & corda egrediente à lacerto,& colligata cum extremitate membri moti per ipsam. Primum autem,quod moueri percipitur,est lacertus,& est corpus ex panniculis & carne & neruis compositum,& dilatatur,& cōstringitur:post cuius constrictionem sequitur tensio, & corrugatio cordæ egredientis ab extremitate ipsius,& coniunctæ extremitati membri moti per ipsam, & trahit membrum versus partem, in qua lacertus tensus existit.Et si tendatur lacertus existens ab alia parte membri,declinabit membrum versus partem illam. si vero spasmentur & tendantur ambo lacerti mouentes membrum ex duobus lateribus eius diuersis & contrarijs, trahit illud membrum erectum & extensum . Cuius exemplum est,quoniam cum spasmatur lacertus mouens brachium , qui existit à parte intrinseca ipsius, & constringitur,tunc brachium trahitur versus corpus. cum autem spasmatur lacertus extrinsecus,elongat brachium a corpore.sed cum spasmantur prædicti duo lacerti existentes ex duobus eius lateribus cōtrarijs, remanet membrum erectum & tensum.Est autem notum, ꝙ omnis motus in corpore repertus existit in lacerto.existit tamen in lacerto motus,quādo venit ad ipsum spiritus animalis per neruum,qui ad ipsum delegatur.& ideo aufertur motus lacerti, cùm inciditur neruus veniens ad ipsum.Et sunt ſm opinionem Gal.ꝛ9.lacerti in numero.Cùm autem dicit,quòd testiculi sunt organa generationis,hoc quidem dixit ſm viam & opinionem Gal.qui opinatus est principium generationis siue generatiuæ virtutis in hoc membro eē. Verum secūdum Ari.cor est principium eius:& membrum prædictum est etiam organum deseruiens ei in hoc. & induc it ſuper hoc probationem ex boue castrato,quòd ipse vidit statim, postꝙ fuit castratus, cum coire cum quadam vacca,& eam impręgnauit.

Ex *generatione eorum ſpecies cōseruantur, in quo-* 76
rum c {*terminatione*} *fieret terminatio, & abſciſſio* c* abſciſſione
d {}. d* earum

Finis & iuuamentum ex hoc membro in totum est generatio,quatenus per eam species cōseruentur.ipsum enim nequit facere continuam permanentiam seu existentiam in hoc homine,ꝙ destrueretur species. Posuit ergo eam in ſpecie,quatenus sit ex eo continua permanentia in materia sibi possibili. Intellexit autem , cū dixit in quorum terminatione fieret terminatio,et abscisſio:ꝙ nisi fuisset generatio,iam essent species terminatę, & abscissæ : & ꝙ cum virtute generatiua conseruentur.

Caro,pinguedo,& ſpecies glandularum ſunt tan- 77
quam famulantes prædictis .

Caro,pinguedo,& species glandularum fuerunt positæ in corpore,tanquam famulantes prædictis membris,ſ.principalibus,et capitalibus.hoc enim de eis intellexit.& fuit quoddam iuuamentum carnis proprie ſecundum Gal.ad hoc,quòd esset ipsa velut scutum, & tegimen membrorum principalium. & similiter est de pinguedine sciendum. Verum carnes glandulosæ sunt, ad hoc,vt sint emunctoria superfluitatū. ex eis tñ sunt quædā coopantes ad gñationem humiditatū,sicut caro glādulaꝝ in ore exītium,q̄ cōferunt ad gñationē ſaliuæ:& exītium i māmillis,ad gñationē lactis:& exītiū in testiculis,ad gñationem ſpermatis. Ari. tñ intellexit ꝙ caro sit organum sensus tactus . & hoc, qm̄ est membrum primum in ompi animali iunctum.

Oſſa,& panniculi,& ligamenta ſunt uelut colum- 78
næ,& fulcimenta corporis .

Dicit quòd ossa,& panniculi, & tunicæ velant, & existunt ſuper membra corporis . ligamentis autem colligantur,& nectuntur quædam ex membris corporis cum quibusdam.In ossibus autem fuit intentio, ꝙ essent columnæ & pillaria corporis:sed in panniculis, & ligamentis fuit intētio,vt corpus protegerent, & cōseruarent.Cōseruant enim ligamenta coniunctionem membroꝝ:& pānículi,& tunicæ tegunt,& conseruant mēbra sua:sicut facit pānicul⁹,et tunica cordis, cerebri, hepatis,et aliorꝝ ab eis panniculos & tunicas hñtium.

Vngues autem fuerunt in extremitatibus propter 79
auxilium:ſed pli fuerunt pp ſuperfluitates,uel ornatū.

Iuuamentum vnguium in digitis est ad iuuandum eos,ita vt cū capiant aliqd,quod capiāt illud firmiter. sunt.n.sustentamentū carnis in extremitatibus digitorū existentis:in tantū vt rem quā capiunt , possint tenere,vt possint bene constringere,& fortiter capere. Iuuamentū etiā totius manus fuit ad capiendū,& faciendū oē organicum cuiuscunq; officij & artis.& ideo dr̄ esse organum intellectui deputatum.& ideo etiā,cuius manus est subtilis sensus, significat bonitatem intellectus eius.Et cùm dixit quòd pili fuerunt propter superfluitatem, vel ornatum, itellexit pilum esse in corpore ꝓpter vnum ex duobus,ſ.ad colligēdum superfluitatem illius membri,cuius est pilus, ne lædat ipsum, sicut pilus ascellarum & pectoris taut propter ornatum , sicut pilus palpebrarum & superciliorum . & potest esse vt cum hoc etiam intendatur protectio membri illius, sicut per capillos capitis,in quibus quidem superfluitates siccæ cerebri consumuntur.

80 *Hæc autem omnia ſunt famulantia, cùm perficiāt* 80
ſtatum,& figuram per radices .

Hæc omnia membra fuerunt coniuncta, vt perficerentur ex eis status & figura.& ob hoc fuerunt per consequens famulantia radicibus membrorum.

Rememoratio de Spiritibus,[a] {& primo de naturali,& postea de vitali.}

81 Spiritus[b] {*naturalis efficitur ex fumo ſeu*} *uapore* b* diuiditur in naturalem earum ex
laudabili c {*puro,&*} *mundo* . c*

Spiritus diuiditur in tres ſpecies . ex quibus est vna ſpecies naturalis,& est ille,qui est ex vapore puro mundo generatus,ſ.ex substantia vaporosa.Est autem situs huius ſpiritus ſm Gal.in hepate,transitꝙ ab inde ad reliquum corpus: sed ſecundum Aristote. ipse existit in corde.Reprobat in hoc ſermonem Gal.experientia sensibilis:quoniam nō manifestatur in hepate, neꝙ etiam in venis i eo ramificatis, sicut manifestatus est i corde.

82 d {*Quod autem ex eo iam puriſicato*} *exiſtit in* d* Et diuiditur in eum
corde,& eſt e {*illud,per quod*} *permanet uita.* qui iam e* ille per quem

Spiritus in corde efficitur,postꝙ fuerit eius substantia in hepate mundificata & depurata : quo quidem existente,permanet vita & existit:& ipso remoto,accedit mors.in * corde enim existit vita. Hinc autem spiritum vocauit Gal.vitalē. Et iam[illegible] fiat per virtutem nutritiuam, quā Gal. vocat. Si ergo remoto spiritu[illegible]corde,aufertur vita, sequitur manifestꝙ spiritus naturalis est in corde. *a.l.eo

83 f {*Sed generatio eius,quod ex eo fertur in cerebro,* f* Et diuiditur in eum qui in cerebrum fertur, & in panniculis eius tenetur. * meninge,
& eius *miringa,fit uolendo .*}

Diuiditur etiam ſpiritus in ſpeciem ſcilicet spiritus animalis in cerebro existentis , cuius quidem substantia tam diu in cerebro digeritur,donec ibidem ipse generetur.& hoc est,quod intellexit cùm dixit:sed fit generatio.Intellexit etiam,ꝙ fiat infra cerebrum sub meninga subtili inuoluente ipsum .

84 *Inſunt autem huic ſpiritui imaginatio,ratio ſeu in-* 84
tellectus,& memoria,cùm complentur, & perficiun-
tur ipſius ſpecies in uentriculis cerebri .

Hic ſpiritus, cuius generatio inuenit in cerebro,est ille,cuius species perficiunt tres ventriculi cerebri , digerendo & coquendo ipsum , donec fiant ex eo tres species.Sunt enim tres ventriculi cerebri & spiritus generatus in anteriori ventriculo ex eis est subiectum imaginationis:qui autem in medio est ſpiritus rationis:similiter ille,qui est in posteriori ventriculo , est subiectum memoriæ & reminiscentiæ .

85 *In quolibet ex ſpiritibus eſt uirtus propria alia ab* 85
illa,quæ eſt in alio .

In quolibet ex tribus ſpiritibus supradictis est virtus propria,quæ in nullo aliorum existit. Nam in ſpiritu naturali est anima naturalis,& in vitali vitalis,& in animali animalis,scilicet motiua, sensitiua, imaginatiua,ratiocinatiua,& memoria.Sunt autem procul dubio duo ſpiritus in corde,& cerebro existētes:ex quibus vnus & idem defert multa in actu,sicut vnum pomum defert,& habet multa,scilicet colorem, odorem, & saporem.

Rememoratio ſextæ ex rebus g {non} naturalibus,& sunt Virtutes. g*

Septem *uirtutes numerantur in natura ſecundum* 86
diuerſitatem earum in forma & ſpecie.

Septem sunt virtutes naturales secundum diuersitatem actionum & effectuum ipsarū in forma,& ſpecie,

Ex *his eſt uirtus imitatiua ſpermatis,* præter quod 87
depingat,ſeu figuret ipſum.

Intellexit quòd sit quædam virtus mouens,et immutans sperma & sanguinem menstruum in matrice, donec ex eis fiat corpus vnum.præter tamen quòd ipsum informet vel figuret , disponit nihilominus ipsum ad susceptionem formæ & figurę conuenientis.quod quidem intellexit,cū dixit:præter ꝙ ipsum depingat, idest præter ꝙ ipsum informet,& figuret .

Ex *his etiam eſt uirtus,quæ aliqua forma,et figura* 88
informat corpora:necnon & quantitate, & numero.

Secunda ex virtutibus naturalibus est plasmatiua, & est illa,quæ corpus informat,& quæ præbet quantitatem & numerum,sicut manus,cui præbet propriam formam,& quantitatem [illegible] digitorum .

Eſt etiam *uirtus* [illegible] *retentiua,* retentiua, 89
& expulſiua.

Quia retulerat ſpecies [illegible] virtutis generatiuæ, idest actiones,quæ [illegible] nutrimento corporis. retulit ergo quod [illegible] sunt quatuor, scilicet attractiua cibi & digestiua eius, idest quæ digerit attractum cibum:& quæ retinet ipsum, donec digeratur : & expulsiua , qua eius superfluitas expellatur . Quod quidem notum & manifestum est ad sensum in stomacho,& matrice . patet enim quòd in stomacho est virtus,qua attrahitur cibus,& quæ retinet ipsum , donec sit digestus , & quæ consequenter impellit ipsum . & hoc quidem est necessarium esse in quolibet membro corporis . nam digestio non perficitur sine his quatuor virtutibus .

Eſt etiam ex his uirtus uniens membris quod ſimi- 90
latur corpori ex nutrimento .

Hęc* virtus est,quę vnit nutrimentum membris,& quæ similat ipsum eisdem. Ex debilitate autem huius virtutis , scilicet similatiuæ,generatur albaras,& morphea.tunc enim vnitur nutrimentum membris, præter quòd assimiletur eis . Et ideo oportet quòd sit vnitiua alia ab assimilatiua:quia in baras bene fit nutrimenti vnitio,sed non ipsius assimilatio. Et idem contingit in eo,quo ossa fracta coniunguntur,& solidantur , cū nequaquam assimiletur eis . Et in summa virtus naturalis,scilicet vegetatiua diuiditur in tres,scilicet generatiuam,nutritiuam,& augmentatiuam. Generatiua diuiditur in duas,scilicet immutatiuam,& plasmatiuam . Et nutritiua in quatuor,quarum rememorationem fecimus hic. Alq tamen à Galeno additorum prædictis quintam virtutem sequestratiuam:& est illa,quæ separat superfluitatem à cibo & nutrimento.

* a.c.ad gñā

* De virtutibus vitalibus .

Duæ *ſunt ſpecies uirtutis uitalis,* et[b] {*actionis eius,* 91
licet ex eis ſint duæ} *partes, ex quibus eſt una , qua fit*
actio pulſus per dilatationem , & conſtrictionem ue-
narum pulſatilium .

b* operationem cuiusli ſec ambarū duꝝ sunt

Duæ sunt species virtutis vitalis:ex quibus vna est, quæ facit pulsum per dilatationem & constrictionem venarum pulsatilium .

92 Soror autem huius est illa, qua [a]{aguntur actiones cuiusq; agibilis} sicut est amare [b]{aliquid,} & habere [c]{illud} odio: & depressio animæ, & eius exaltatio. [d]{ }

a* patif passiones
b* ——
c* aliquid
d* & illa q disponit aliquid ad operationes.

Hæc est secunda ex virtutibus vitalibus, & est illa, quæ dicitur irascibilis & concupiscibilis, seu excitativa & desyderativa, quæ amore vel odio excitatur, & est causa quare homo agit aliquid in omni negocio, i. quoniam quis fugiat, aut prosequatur. Est enim hęc uirtus causa eorum, quæ agit. quoniam causa, quare aliquid perficiatur & prosequatur, est amor: & causa, quare aliquid fugiatur, est odium & displicentia. vnde est ac si diceret, q̃ huius uirtus agens ratione amoris vel odij in rebus dilectis vel odio habitis, est causa quare agantur actiones in alijs ab homine. Huiusmodi autem virtus est alia à nutritiua & regitiua. vnde si nomen virtutis vitalis imponeretur solum huic virtuti, esset tunc quidē virtus vitalis tertia à sensitiua & vegetatiua. & hæc quidem sunt, quæ Plato innit esse inter vitales. Plasmatiua tamen non est huius generis: immo subest generi virtutis agentis in nutrimento.

* De virtutibus animalibus.

93 Nouem sunt virtutes, quæ ab anima numerantur, ex quibus sunt quinque sui sensitiua, s. uisiua, auditiua, olfactiua, gustatiua, & tactiua uniuersalis.

Virtutes aiales sunt illæ, quæ sunt in cerebro, & sunt nouē ex qbus sunt quinq; sensitiue, quas ipse hic nominauit ex quibus tactiua in tota carne vniuersalis existit.

94 Est etiam uirtus ad [c]{neruos} perueniens, ex qua seu per quam mouet quis artus, & iuncturas suas.

c* lacertos

Sexta ex virtutibus prædictis est virtus, quæ vnitur neruis, quibus homo mouetur, et mouet localiter membra sua. iam autem prædiximus modum motus sui, & qui sunt nerui illi.

95 Ex eis etiam est uirtus, qua imaginantur res [f]{sicut uidentur.}

f* fit in speculo.

Septima ex prædictis virtutibus est virtus, qua imprimuntur res in imaginationes, sicut cū imaginanti interspecies, quæ vñr. hæc autem est uirtus imaginatiua, quę in anteriori parte cerebri existit, sicut supra diximus.

96 Est adhuc ex eis uirtus, in qua est ratio: & etiam in qua est memoria.

Aliæ sunt duæ virtutes ex prædictis, ex quibus vna est rōcinatiua, existens in medio cerebri: secūda est remoratiua, quæ in vltima & posteriori parte cerebri existit: & sic ut i summa, omnes istę virtutes sunt vndecim.

* De Operationibus.

97 Omnes operationes uirtutū numerantur secundum ipsas uirtutes, quarum sunt operationes.

Numerus operationum virtutum est qualis ipsarūmet virtutum, quarum sunt operationes. differūt enim & numerantur operationes in specie: eo quòd sunt operationes virtutum specie differentium.

98 Hæc autem operatio dicitur [g]{æquiuoce de qbus dicitur} sicut de attractione, digestione, & retentione.

g* cōuer

Operatio est nomen, quod dicitur & prædicat̃ æquiuoce de eis, de qbus dr̃ & prædicat̃. nomen aũt æquiuocum est vnum & idemet ea, de quibus dr̃, sunt diuersa.

99 Et sicut de trāsitu *secundum penetrationem cibi, et appetitu, nam attractio est operatio simplex unius uirtutis solius: appetitus uero cibi existit ex duabus operationibus simul cōpositis, s. ex operatione sentiendi, & attrahendi. operatio autem sentiendi, & impellendi efficit trāsitum, & penetrationem cibi. hæc enim opera ex prædictis ambobus efficiuntur.

* Auer leg. seu penetratione

Quia dixerat q̃ operatio est nomen, quod prædicat̃ æquiuoce de quibus prædicatur, notificauit nunc quæ sunt illæ operationes, de quibus hoc nomen æquiuocè prædicatur: & innuit q̃ sunt operationes simplices, & compositę. operatio autem cōposita est alia à simplici, & nihilominus ambæ dicūtur operationes. deinde posuit tria exempla operationis simplicis, dicens: sicut attractione, digestione, & retentione. cōsequenter subiungit duas opationes cōpositas, dicēs: Et sicut de trāsitu, seu penetratione cibi, et eius appetitu. Et quia posuerat prædicta exempla operationum simplicium & compositarum, notificauit consequenter quæ ex eis sint simplices, & quæ compositæ. vnde inquit, q̃ attractio est operatio simplex & vnius solius virtutis, &c. Sic intelligēdū de digestione, & retētione. Cōsequenter declarauit qualiter quælibet ex operationibus sequentibus, s. trāsitus cibi, & eius appetitus cōponat ex duabus operationibus. nam actio appetendi cibum componit̃ ex actione sentiendi & attrahendi. Ponunt. n. Medici os stomachi membrum appetitus & desyderiū cibi, à quo membra corporis trahunt cibū & nutrimentum, cū ab eis diminuit̃, & consumit̃. tunc etiam membrum inanitum sentit per se sui inanitionem, sine nutrimēti & cibi priuationem, & tunc appetit & desyderat cibū. & talis appetitus dicitur proprie fames. Propter quod dicit q̃ hęc operatio est ex duobus cōpolita, s. ex attractione cibi & nutrimenti, quam mēbra faciunt trahentia ipsum ad seipsa: & ex sensu quidem ide percipit os stomachi, & ablatiō eius quod ab eo trahit. Asserit etiā transitum et penetrationē cibi esse cōpositam ex duabus operationibus, s. ex opatione sentiendi, & impellendi. Nā cùm cibus, & nutrimentū impellit̃ p cannales et meatus mēbroꝝ, tunc mēbrum pcipiens illud, quod sic trāsit̃ p ipsum, ipellit illud ad aliud. Cuius exēplum ē egestio trāsiens ab vno intestino ad aliud, donec tandē ad anum expellat̃. quod q̃dem ex sensu fit intestinoꝝ ipellētium ipsum à pmo ad secundū vsq; ad vltimū. fiēt̃ contingit in egressu ventositatis, & cuiuslibet egredientis sursum aut deorsum, sicut i diarrhœa, hēteria, & vomitu. Qm̃ perfecerat relationem rerum naturalium itrinsecarum, intendit nunc declarare alias corpori extrinsecas.

De rebus non naturalibus [h]{ } & primo de Aere.

h* necessarijs

SOl habet iudicia super aerem, quæ quidem in temporibus anni manifestantur ex impressionibus: climata etiam habent super hæc iudicia.

Sol imutat aerē in caliditate, frigiditate, siccitate, & humiditate: quod q̃dem patet ex tpibus anni, & ex positione Solis i determinatis partibus circuli, quas Arabes alhanne vocant, i. mansiones. Eius. n. actio & transmutatio nominatur proprie sm̃ mãsionem, in qua Sol existit, q̃ ex propinquitate & longitudine Solis ad nos & eius media distantia efficiūtur quatuor anni tempora, s. æstas, ver, hyems, & autumnus. Et est res manifesta ex se. quia ex elongatione ipsius est causa frigiditatis & humiditatis: & hæc est cōplexio hyemis. & ex propinquitate eius est cā caliditatis & siccitatis, quæ sunt natura æstatis. & ex eius media distātia est cā reliquorum duorum temporum mediorum, s. autumni, & veris. Sed diuersitas in impressionibus in aere contingens ex situ Solis in diuersis mansionibus est nota conuenienter

ter Arabibus. hoc autem, scilicet diuersitas impressionum in aere ex partibus circuli ratione diuersitatis existentis inter ipsam & partes in multitudine & paucitate stellarum, aut magnitudine, aut paruitate earum, aut velocitate, aut tarditate motus ipsarum, scilicet stellarum fixarum. inde enim notificatur actio Solis, cùm ipse mutatur ab vno loco in alium locum ex prædictis. Diuersitas etiam transmutationis in climatibus est manifesta: cuius causa est propinquitas, & elōgatio Solis. Causa vero propinquitatis & elōgationis prędictæ est circulus obliquus. Vnde regio eorum, super quorū capita transit Sol, est necessario calidior alijs regionibus aliorum: & magis appropinquātes regioni eorum, super quorum capita transit Sol, sunt calidiores: & magis distantes ex regionibus eorum, super quorum capita non transit Sol, sunt frigidiores.

* De impressione stellarum in aere cum Sole.

101 Aer etiam alteratur, & immutatur ratione alicuius astri orientis, uel occidentis.

In stellis etiam est actio, qua immutat aer ad caliditatem ex earum ascensu, & ad frigiditatem ex earum descensu vel occasu: quod secundum accessum vel discessum Solis fit.

102 Cùm enim Sol appropinquat inflammatis stellis, incendit, & inflammat aerem.

Aer inflammatur, cùm Sol appropinquat alicui ex stellis, quæ inflammatæ dicuntur & sunt illæ, quæ generant inflammationem aeris, cùm perseuerant aliquibus diebus, & vocantur cometæ. nam ex calore Solis coniuncto cum calore prædictarum stellarum, inflammatur aer.

103 Hoc siquidem uerum est in tantum etiam, q̃ cùm inflammata elongantur aliquo modo à Sole, uidemus aerem aliquantulum infrigidari.

Hoc est in tantum verum, q̃ cùm calor inflammatus elōgatur ab ipso Sole, aut extinguitur, videmus aerem aliqua infrigidatione infrigidari. quod autem Sol operatur cum prædictis inflāmatis, id operat̃ cum stellis erraticis, aut & cum fixis. vnde est possibile q̃ per inflammatas intellexit aliquam ex stellis fixis.

104 Si etiam stellæ, quæ dicūtur infortunatæ, fuerint in exaltatione sua, significabunt super corruptionem animatorum. Si uero quæ fortunatæ dicuntur, fuerint ibidem, significabunt salutem eorundem omnimodam.

Hoc est sm̃ opinionem dominorum expertorum in iudicijs astrorum. Et est, qm̃ ipsi intendunt q̃ quidam ex planetis sunt, quorum effectus est vt plurimum detrimentum & corruptio, & sunt illi, quos ipsi vocant infortunatos: & q̃ quidam ex eis sunt, quorum effectus vt plurimum sunt profectus & adoptatio, & sunt illi, quos vocant fortunatos. Opinātur etiam q̃ quilibet ex ipsis habet propria loca in orbe, in quibus ipsorum actio roboratur, aut debilitatur. Loca autem eorum, in quibus actio fortificatur, graduatur apud eos: & imposuerunt propria nomina prædictis gradibus, quæ sunt exaltatio domus, triplicitas, & alia ab his. Ferunt etiā, q̃ cùm infortunatæ sunt in locis, quæ dicuntur exaltationes eorum, q̃ tūc augeatur, & roboretur eorum operatio. Et si fic est, tunc significabūt super destructionem corporum animatorum. Et similiter cùm fortunatæ sunt in prædictis locis, significabunt super salutem eorundem animatorum. Hoc tamen totum est contra illud, quod declaratum est in philosophia Naturali. Nā omnes altrorū actiones sunt laudabiles; quoniam esse omnium horum inferiorum est ligatum cum motu & situ eorum in partibus diuersis sphæræ. Diuersitas autem quorundam cum quibusdam ex eis contingit ratione elongationis & propinquitatis eorum admittēs.

* De alteratione aeris secundum regiones.

105 Tanto frigidior est illa, quanto altius super montes existit: complexio uero uallis existentis in ualle indicatur calida.

Hoc quidem est manifestum, scilicet quòd villæ in montibus existentes frigidæ sunt: & existentes in vallibus sunt calidæ. Huius autem causa est propinquitas montium ad regionem, in qua fit generatio nubium: necnon etiam, quia montes omnibus quatuor ventis exponuntur. et ideo non fiunt habitationes in regionibus calidis ratione latitudinis propinquæ Soli, nisi in montibus earum, aut prope eos. in regionibus vero frigidis ratione distantiæ latitudinis, sunt montes continue niuosi, & per consequens inhabitales.

*De alteratione aeris secundum montes.

106 Si uero montes fuerint à parte septentrionis, & claudatur montibus, iudicetur infrigidari à septentrione.

Si fugerint montes à parte meridiei protegētes villam à vento australi, erit quidem illa villa frigida, ratione exsufflationis venti septentrionalis factæ super eam: ventus enim septentionalis frigidus est & siccus.

107 Villa ædificata à parte meridiei, iudicetur calida ratione exsufflationis uenti meridionalis super eā.

Villa à parte meridionali aperta iudicat̃ esse calida ratione exsufflationis venti meridionalis factæ super eam. nam ventus meridionalis calidus est, & humidus.

108 Sed si sit ex parte occidentis, habebit aer eius grossitiem: si uero ex parte orientis, habebit subtilitatem.

Cùm aliquis locus est expositus, et discooperitus ventorum exsufflationibus, & insufflat super eum ventus occidentalis, efficietur quidem aer eius grossus, & humidus & humidus. Si vero insufflat super eum ventus orientalis, erit aer eius subtilis, id est calidus & siccus: et hoc est, quoniam ventus orientalis est calidus & siccus, sicut occidentalis frigidus & humidus: & hoc tamen per relationem est ad mediū climatis cuius libet: quod est, quoniam in pluribus locorum ventus frigidus & humidus est causa pluuiarum in eis contingentium: & calidus & siccus clarificat aerem ipsorum. Hoc tamen variatur in multis locis terræ: vt pote apud nos in insula Andaluſiæ: in cuius medietate australi pluuit ex vento occidentali: & clarificatur eius aer ex vento occidentali: & in alia eius medietate occidētali pluit ex vento occidentali, & clarificatur aer ab orientali.

* De alteratione aeris secundum maria.

Maria habent contrarium iudicium in hoc, sicut sapientes retulerunt.

Iudicium marium ad terram est contrarium iudicio montium ad eandem. quoniam maria à parte meridiei refrigerant terras, & à parte occidentis calefaciunt: & hoc ideo, quoniam maria æquant & temperant materiam ventorum. unde si ipsa fuerint à parte meridiei alicuius terræ, æquabunt ventum meridionalem, ita quòd & remittent calorem eius. & similiter cùm erunt à parte septentrionis, æquabunt ventum septentrionalem, & remittēt eis frigiditatem. Cuius ratio est, qm̃ aquæ non sic patiuntur, neq; alterantur in caliditate ex frigiditate à Sole, sicut aer. & ideo est, q̃ ipsæ tempore hiemis sunt calidiores aere, & tempore calido frigidiores. hoc quidem est, quod de aquis maris intelligo.

* De alteratione aeris secundum ventos.

110 *Venti etiam generant in aere illud, quod generant in eo* [a]{*mansiones.*}

a * impressiones coeli

Intellexit q̃ venti in aere generant diuersitatem complexionis, sicut & mansiones. intellexit autem per huiusmodi mansiones, positionem Solis & Lunæ in mãsionibus, quas Arabes amone vocant. Iam autem prædiximus qualiter fiunt ex eis immutationes aeris.

111 *Est quidem in meridionali caliditas, & humiditas,* [b]{*pro tanto generat supercalefactionem, &*} *putrefactionem.*

b * & pp ipsa q̃ q̃ generat

Ventus meridionalis generat in aere caliditatem & humiditatem. & ideo generatur ex flatu eius putrefactio: excessus enim fuæ caliditatis & humiditatis est causa generationis putrefactionis. & ideo qui intendit, phibere putrefactionẽ reꝛ, infrigidet & desiccet eas.

112 *Frigiditas, & siccitas insunt septentrionali, & ideo generatur inde tussis.*

Ventus septentrionalis necessitat in aere frigiditatẽ & siccitatem. & ideo lædit organa anhelitus, generatur̃q̃ ex eo tussis: quòd ex siccitate organorum anhelitus contingit, necnon ex conseruatione eius, quia humiditatem cerebri comprimit.

113 *Calor, & subtilitas insunt orientali, & frigiditas, et grossities occidentali.*

Hoc est manifestum, quòd ventus orientalis est calidus & siccus, & occidentalis frigidus & humidus. variatur tamen hoc secundũ diuersitatem ex terra, et aqua eis contingentem.

* De alteratione aeris secundum ea, quæ ei vicinantur ex terris & aquis.

114 *Omnis* [c]{*angulus terræ mollis, cuius circunferentiæ sunt discoopertæ montibus, et habens fontes aquæ dulcis*}*, est quidem complexionis humidæ.*

c * In nostro exemplari sic habetur. Omnis angulus terræ mollis, cuius circunferentiæ sunt discoopertæ montibus, et habens fontes aquæ dulcis, est quidem complexionis humidæ. Omnis villa, cuius terra mollis est, non petrosa, resudans aquis, & eius circunferentiæ sunt discoopertę montibus, est humidæ complexionis.

Omnis villa, cuius terra mollis est, non petrosa, resudans aquis, & eius circunferẽtiæ sunt discooperę montibus, est humidæ complexionis.

115 *Generatur autem siccitas in aere appropinquante alicui uillæ, cuius terra uel locus saxosus est, & salsus.*

Villa habens aerem siccum est, cuius locus est saxosus, vel adustus, & salsus. verũ regio saxosa necessitat cũ frigiditate siccitatẽ: sed salsa cũ siccitate caliditatem.

* De alteratione aeris secundũ habitationes.

116 *Domus ualde patula, & omnibus uentis discoopertа, est in hyeme ualde frigida, æstate uero calida.*

Domus, cuius ianuæ sunt valde patulæ quatuor angulis orbis, & discoopertæ quatuor ventis, efficitur in hyeme valde frigida, & in æstate valde calida: & maxime si fuerit alta. domus enim talis non protegit à caumate, & frigore.

117 *Ex domo autem depressa, & subterranea habetur iudicium contrarium.*

Habitatio quidem subterranea habet dispositionem contrariam cum domo prædicta. & hoc est, q̃ tempore hyemali est calida, & æstiuo frigida. dispositio. n. eius, quod est intra terrã in prædictis duobus tpibus, est causa huius, hoc est, q̃ calefiat tunc in tpe hyemali, & intrigidetur tpe æstiuo: cuius ratio data est in Naturalibus.

* De alteratione secundum vestimenta.

118 *Calor inest panno facto ex serico, & coto: & frigus* [d]{*in rasculo, id est panno plano non lanuginoso seu uelleroso,*}*& in lineo.*

d * malechad inest.

Panni ex serico, & coto sunt calidi: & panni mechanoni & sine pilis sunt frigidi, sicut lini. Sed caliditas inest pannis ex serico, & coto per relationem ad corpus hominis. Frigiditas autem pannorum rasorum cõtingit rõne paruitatis borꝛ existẽtis in eis. villi. n. & pannorum pili sunt causa calefactionis: eo q̃ bene vnianf corpori, et adhæreant. complexio tñ lini est temperata.

In compositis ex pilo, [e]{ }*& lana uiget cum caliditate aliquantulum siccitatis.* 119

e * chameth.

Pannus ex pilo & lana factus & compositus habet cum caliditate siccitatem. & hoc ideo, quoniã sunt ex superfluitate animalium.

* De alteratione secundum odorifera.

Iudicatur caliditas super complexionem cuiuslibet floris, & cuiuslibet aromatici, exceptis quinque, ſ. myrto, salice, nenufare, rosis, & uiolis: quæ quidem sunt frigida, [f]{*& cum hoc aromatica.*} 120

f * Et aromatica odorifera sunt calida, præter sandalos, & cliphoram.

Hoc quidem est, ſm q̃ ipse dicit, q̃ aromaticũ apud Arabes est calidæ complexionis in hoc, q̃m est fumosum, vaporosum. ex huiusmodi autem vaporosis sunt quædam calida & sicca, aut calida & humida: exceptis istis, quorum rememorationem facit in hoc loco. Ratio autem huius est, q̃m odores non prouenunt ab omnibus partibus prædictorum odorabilium, sed solum ab eorum partibus calidis, quæ quidem sunt paucæ in comparatione ad partes eorum frigidas. Et aromaticum quidem est nomen commune apud Arabes omni flori bonum odorem habenti.

*De operatione colorum in visu.

Laudabilior, & utilior ex coloribus uisui, est niger, aut viridis: albus autem, & citrinus [g]{*nec non omne splendidum lædit, &*}*disgregat lucem oculorum.* 121

g * quã splendens & sunt puri

Vtilior ex coloribus visui est viridis aut niger. viridis quidem secundum veritatem confert ei, quia secundum veritatem medius est iter album & nigrum. albus autẽ proculdubio mouet fortiter visum: cuius causam explicuit Gale. eo quòd ipse disgregat visum. actio autem coloris nigri est huic contraria, idest cõgregans visum. Si igitur sic est, quodlibet horũ extremorũ lædet visum, & mediũ inter ea conueniet ei. verum est tamen q̃ color niger parum mouet visum & oculum, pro tanto inquantum huiusmodi minime lædit ipsum.

Secunda ex rebus non naturalibus, scilicet Cibus, & Potus.

Scito q̃ uera cibi actio est augere augenda, & restaurare omne deperditum ex dissolutione corporis, & ad pristinum statum deducere. 122

Scito necessitatem cibi fuisse propter duo. Vnum est, quoniam impossibile est animal principio suæ generationis genitum esse cum suo augmento naturali, scilicet quòd iudicatur ei conuenire per naturam, inquantum est tale, aut tale animal. pro tãto fuit ei cibus necessarius, quatenus augeatur eo corpus eius, donec perueniat ad quantitatem et debitam per naturam, & cesset augmentum eius. Secundũ est, quoniam spiritus, et corpora animalium dissoluuntur ex calore aeris continentis ea. & ideo fuit eis cibus conueniens, & necessarius ad commutandum aliquid eis loco eius, quod fuit ab eis dissolutum. Et in summa, quia animal viuit per calorem igneum, qui est lator animę, & ignis inquantum hmõi, semper indiget quòd comburat: alioquin enim extingueretur in animali ignis: ideo fuit cõtinuo necessarius cibus corporibus animaliũ. Et ideo est, q̃ corpora puerorum egent eo amplius cæteris, propter

pter multitudinem caloris in eis existentis: vnde ipsa consumunt necessario amplius, sicut inquit Hippo. & post ipsos pueros iuuenes: & post ipsos, senes. Qui verò minus cæteris egent cibo, sunt seniores decrepiti. & hoc, quia ignis eorum est paruus, parua re indigens ad hoc, quòd ipse viuat.

123 *Est autem ex eo eligẽdus ille, qui in sanguinem laudabiliorem conuertitur, & transmutatur.*

Electus ex cibis est ille, qui in laudabilẽ sanguinem magis quàm in aliquem ex aliꝭ tribus humoribus conuertitur, & transmutatur.

124 *Leuis autem, & subtilis, est panis tritici, & carnes paruorum pullorum gallinæ, & sicut bliti ex oleribus: hi enim conueniunt patientibus ægritudinem.*

Cibus laudabilis chymi, et cum hoc subtilis substantiæ est, sicut panis factus & compositus ex lactitinio & similia frumenti, & carnes paruorum pullorum gallinæ, & ex oleribus, sicut bliti. Et videtur q̃ totũ, quod dicit de cibis istis, propter subtilitatem nutrimenti referatur ad id quod subiungitur, cùm dicit: hi enim conueniunt patientibus. videtur tamen q̃ referatur. blitis tantum febrientibus, nec potest toti referri. Et sciendum q̃ panis ex simila tritici, dicta Arabice darmat, cõpositus, est apud Galenum citioris digestionis cæteris, & tardioris egressionis & descẽsus. Probat autem ipsum esse citæ digestionis ex magna mundificatione, & separatione ipsius à furfuret quod quidem omnino est indigestibile. et hoc quidem est causa tardi descensus ipsius: nam furfur præbet pani velocitatem egressus. & ex hoc opinati sunt posteriores Medici q̃ panis ex simila frumẽti compositus, difficilis & tardæ digestionis sit. Melior autem ex omnibus panibus est ille, qui sic præparatur, vt similis spongiæ efficiatur, æqualiter, & temperate fermentatus, & in clibano conuenienter decoctus: & post sic coctum in clibano est ille, qui proijcitur in parietibus vasis calidi. Et Sarraceni quidem approbãt panem coctum inter duas casolas super igne conuenienter situatas, ponuntq̃ ipsum in eodem gradu cum pane cocto in clibano.

125 *Crossi autẽ ex usualibus sunt simila, et sicut* [a]{*mutо laudabilis*}*duorum annorum.*

a * aries castratus delectabilis

Ex cibis laudabilioris chymi, et cum hoc grossę substantiæ sunt, sicut panis similæ, & sicut muto duorum annorum. & hi quidem cibi congruunt sanis, & laborantibus: sed primi quiescentibus, & conualescẽtibus.

126 *Piscis notus habitans* [b]{*in rupibus*}*est cibus congruus uexato ab exercitio, & labore.*

b. inter saxa

Piscis petrosus habitans in rupibus est ille, qui natat in aquis super montes & rupes transeuntibus & fluentibus. & intellexit per pisces pisces squamosos. Ex his autem sunt tres species, ſ. marinus, fluuialis, et habitans in ambabus aquis simul. Est autẽ melior ex eis ſm Galenum marinus: & post illum, qui simul in ambabus aquis viuit: & post istum ille, qui viuit in aquis dulcibus. Cuius ratio est, quoniam humiditas excedit & dominatur piscibus. verum omnes illi, qui nutriuntur in aquis salsis sunt minoris humiditatis: cõtrarium est de illis, qui in aquis dulcibus nutriuntur: sed qui viuũt in ambabus aquis simul, sunt medij inter eos. Ex marinis autem sunt tres species, ſ. mollis viscosus, & petrosus montuosus, & ille qui nutritur in littore maris. Melior autem ex eis est petrosus mõtuosus, ratione motus magni & subtilitatis aquarum inter rupem & montes existentium. est autem post ipsum mollis viscosus. deteriores autem inter omnes has piscium species sunt habitãtes in littoribus maris. & hoc, quia nutriuntur ex fæcibus & superfluitatibus ibidem existẽtibus: & maxime qui ex eis nutriuntur in littoribus maris existentibus iuxta magnas ciuitates. sic etiam sciendum de habitantibus in fluminibus. Alauda autem, & mugil sunt ex melioribus piscibus viuentibus in ambabus aquis simul apud nos. Verum sardinia est piscis mollis viscosus.

Ex *eis sunt subtilis malitiæ, sicut sinapis, cepæ, &* 127
allium. hi autem generant choleram rubeam. unde et quandoq̃ sumuntur uia medicinæ.

Ex cibis autem est tertia species, ſ. illaudabilis & subtilis chymi: velut sinapis, allium, & cæpa. Hi enim cibi vrunt sanguinem, & generant choleram rubeam. vnde interdum sumũtur ratione medicinæ solum. & hoc, quia ipsi magis vincunt, & agunt in corpus, q̃ corpus deuincat eos.

Ex *eis sunt etiam generantes melãcholiam, ex qua* 128
in quibusdam corporibus morbi [c]{ }*fiunt, uelut bubus antiquis, boues, panis furfuraceus, &*

c * melancholia: sicuti carnes bubalorum antiquorum, & boum antiquorum. & [illegible] omnes cibi, qui grossi sunt & terrestres, [illegible] quidã, qui sunt calidi & ficci, sicut caseus [illegible] & antiquus: & quidam sunt frigidi & ficci, sicut [illegible]. Corpora autẽ, in quibus generantur morbi, [illegible] sunt corpora, in quibus humor melancholicus principio & radice naturæ, & [illegible] eorum dominatur.

Ex bis causant, & efficiunt humorem phlegmaticum, 129
sicut pisces grossi, & genera lactis.

Hi cibi sunt cum grossitie sua frigidi & humidi.

Aquæ delectabiles, & fluuiales conseruant humidi- 130
tatem radicalem, & causant egressum fæcum & superfluitatum, digerunt̃q̃ & deducunt cibũ per uenas.

Actio quidem aquarum delectabilium in corporibus est conseruatio humiditatis radicalis in eis existentis, & facilis egressus fæcum & superfluitatum ab eis. & faciunt etiam transire & penetrare cibum per venas, ob hoc quia subtiliant, & liquidum reddunt ipsum. Inest etiam eis aliud iuuamentum ab eis: & est, quoniam digestio fit per eas. nã nisi ipsæ essent, torreferet cibus, & vreretur. Et inde est, q̃ animalia adoptant & desyderãt aquas, cùm fit digestio cibi. Quod autem dicitur hic, ſ. q̃ aquæ fluuiales sunt meliores fontanis, est quidẽ secundum opinionẽ Medicorum * akar. alioquin fontanæ ſm opinionem Hippo. & Gale. sunt meliores. & ex eis maxime orientales, & super arenam incedentes. Cuius quidem probatio est ex hoc, quoniam aquæ fluuiales colliguntur, et commiscentur cum pluribus aquis, incedentes super terras diuersarum complexionum.

* [illegible] quia [illegible] tamẽ [illegible]

Melior est ex aquis pluuialis munda: quoniã nihil 131
admiscetur eis, quod inferat eis nocumentum.

In hoc autem conuenerũt omnes Medici: quoniam non admiscet aquis huiusmodi, sicut ipsi dixerunt, alia qua terra nociua. Est tamen dubitatio, & controuersia inter eos de bonitate aliarum post prædictas in gradu existentium: nam quidam asserũt fontanas esse meliores, quidam autem fluuiales.

Ex *eis autem sunt egredientes à naturali dispo-* 132
sitione earum, quarum propria actio est secundum complexionem eius, quod admiscetur eis.

Quædam sunt species aquarum egredientes naturam aquæ simplicis, & veræ, ſ. quæ non sunt delectabiles, sicut aqua limplex: quarum propria actio consequitur illud

illud,quod sunt eis admixtum. Si ergo sint amaræ,erũt calidæ & ficcæ,ratione commixtionis partis terræ vsq; cum eisdem. Si vero fuerint salsæ, cõmiscebitur eis terra salsa. Si autem sint calidæ,erunt eis commixtæ terræ sulphureæ. Ferunt etiam q̃ quædã aquæ fuerunt repertæ acetosæ. Ferunt etiam q̃ in partibus Granatę sunt quędam aquæ necantes animalia,quæ bibunt ex eis.

133 *Omne,quod bibitur ex cerusa,lacte,& uino, nutrit corpus.*

Ex omnibus potibus corpus nutrientibus sunt tria, scilicet ceruisia,vinum,& lac.

134 *Potus conuertens corpus ad sui naturam, est sicut oxymel ex sui innamento.*

Proculdubio intentio sua in hoc loco fuit ad referendum genera ciborum & potuum,diuersas operationes in corpore hominis efficientium: non autem fuit intentio eius ad referendum eos, inquantum conseruant sanitatem, vel tollũt ægritudinẽ. vnde est ac si diceret:potus sunt sicut aquę,& alii ab ea:& aquę sunt aut delectabiles aut nõ delectabiles:& ex delectabilibus operationes sunt tales,& tales:& earũ species sunt tales,& tales.

Tertia ex rebus non naturalibus,scilicet Somnus,& Vigilia.

135 *Somnus est quies uirtutum animalium motiarum,& sensitiuarum.*

Somnus est reuocatio seu regressus virtutum animalũ ex apparentia corporis ad eius interius. & hoc,quoniam earum actiones sunt mouere,& sentire quæ in vigilia notantur. hoc autem contingit cùm prædictę virtutes existunt in manifesto corporis, cùm earum operationes sequuntur eas. Sõnus vero est earum quies. nam tunc quiescunt ab opationibus suis, & redeũt ad suam originem,quæ est cor,& augentur seu confortantur ibi dem. Causa autem somni est tam digestio cibi,quam labor. nam cùm digeritur cibus,generatur in corde,& in cerebro vapor frigidus & humidus: de natura autẽ frigiditatis est constringere,& comprimere,seu in profundum impellere. vnde reuocatur tunc calor naturalis ad suam originem ex frigiditate occurrente & obuiãte ei: ad cuius egressum contingit etiam regressus,& reuocatio sensuum. nam ipsi tenẽtur super ipsum, cùm ipse sit subiectum eorum. Labor autem est causa somni: quia ipse dispergit,& dissolut calorem naturalẽ,& per consequẽs infrigidat ipsum. Virtus enim vnita fortior est seipsa disperta. quo circa in sua colligitur origine,quatenus ibidem confortetur & calefiat, vitans & fugiens laborem, donec ad suam complexionem primã redierit,aut propeeam: & tunc excitatur animal, sicut excitatur,post-quam est completa cibi digestio.

136 *Ipse enim calefacit corporis interiora,ex quo fit cibi digestio laudabilior & melior.*

Ipse enim calefacit corpus propter regressum caloris in manifesto corporis existẽtis ad eius interius, ex quo vniuntur tũc duo calores simul,s. intrinsecus,& extrinsecus. Et pro tanto subdit, q̃ inde efficiatur melior cibi digestio. Nã virtus digestiua efficit tunc opus suũ cum
a l. specialis prædictis duobus caloribus,videlicet cũ calore *spũali & proprio eius, & cum calore virtutum sensitiuarum t quæ quidem tẽpore vigiliæ suas opationes exercebãt.

137 *Si autem somnus multum prolongatur, replebitur caput humoribus.*

Huius quidem causa est, quoniam cùm calor existit intra corpus plus debito, tũc augetur & multiplicatur fumosus vapor,& elevatur plurimũ eius ad cerebrum: & sic repletur caput vapore prædicto: quia etiam iam fuit cibus digestus per somnum profundũ. exercet autem calor operationem suam in humiditatibus corporis. vnde componitur tũc vapor ex primo & ex ascendente ab illis humiditatibus ad caput. pro tanto repletur caput illis humiditatibus, quæ humectãt ipsum sm modum prædictum,& lædunt ipsum.

Ipse etiã humectat corpora, & relaxat, extinguit q̃ calorem uitificantem ipsa. 138

Humectatio quidem,quã facit somnus,ideo est,quoniam vigilia exiccat corpora ratione eius, quod scilicet dissoluitur ab eis per motum sensuum. & ideo est,q̃ cùm quiescunt sensus in somno,augetur humiditas spirituum eorum,neq; nõ etiam humiditas membrorum. Intelligit autem ex dicto suo,cùm dicit; extinguitq̃ calorem,&c. quòd multus somnus extinguit calorẽ, quo virtutes viuunt,& existunt. & hoc, quoniam dẽ natura quietis est, & similiter de natura coopertionis extinguere caloré, sicut accidit in igne. ignis enim extinguitur & suffocatur,cùm multum & perfectè tegitur,et cooperitur. Contingunt autem ambo prædicta calori elementari, vel naturali, tempore somni,s. quies,& suffocatio ex membris absq; respiratione sufficiẽti: propter quod contingit ei tunc extinctio,sicut igni extrinseco. nam insufflatio venti ignem incendit, & inflammat. vnde est hæc vna ex causis respirationis.

Temperata uigilia excitat ualde sensus,& disponit uirtutes ad exercendum operationes suas, & cum hoc mundificat corpus à fæcibus,& superfluitatibus. 139

Vigilia mediocris & temperata, s. non exedẽs, aut non diminuta,est illa, qua sensus excitantur. Nam tũc ipsi exercent operationes suas sollicite & attente. ipsa enim disponit vim motiuam ad exercendum operationes suas fortes, & cum vtilitate. mundificat etiam corpus à supfluitatibus,i. expellit eas,et educit externus. de natura enim vigiliæ est corpus euacuare: nam motus euacuat,& consumit.

Ex longa autem uigilia contingit expergefactio, & insomnietas generans anxietatem, & angustiam animæ. Ipsa etiam dissoluit spiritus, & corpora sedat, & corrumpit splendorem & claritatem corporis & colorem eius,et pfundat oculos,nocet ꝛ, digestioni,et mentẽ rollit et disturbat,et corpus infrigidat, a{ } 140 a* vel debilitat

Ex longa vigilia contingit morbus insomnietatis, generans angustiam & laborem animæ:ipsa enim euacuat corpus,& magnificat dissolutionem eius. & ideo dicit q̃ ipsa dissoluit corpora & spiritus eorum, & eorum colores & splendorem fædat & corrumpit. nam ex corruptione caloris naturalis immutatur color corporis,& splendor eius alteratur. ob hoc etiã causat submersionem,& profundationem oculorum,corruptionem digestionis,mentis ablationem, & corporis infrigidationem,sicut dixit in textu.

Quarta ex rebus non naturalibus, scilicet Motus, & Quies.

In exercitu est quod est temperatum. & hoc decet quod fiat:nam ipsum æquat, & temperat corpora, & efficit egressum superfluitatum, & b{ } 141 b fordium

humiditatum.

Ex exercitu est æquale,et inæquale. Est autem æquale eligendum. Est ergo illud faciendum, & eo vtẽdum: quoniam ipsum æquat corpus,& expellit fæces,& humiditates superfluas ab eodem. æquat autem corpora, seu

seu temperiem corporum efficit, eo quòd calorem naturalem cõfortat. Sed expulsio, quam facit humorum, contingit ex motu, & ex prædicta confortatione caloris naturalis,quam sicut dictũ est,habet efficere. ad confortationem enim caloris radicalis sequitur cõfortatio virtutis expulsiuæ,& aliarum ab ea.

142 *Disponit etiam corpus ad hoc ut nutriatur, & disponit * parum ad hoc ut augeatur.*

* Auer. le. paruum.

Exercitium æquale & temperatum disponit corpus ad hoc, vt nutriatur,et ad hoc, vt superfluitates educantur,necnon & ad hoc, vt calor naturalis inflammetur. Tempus autem conueniens ad exercendum ipsum est, postquam est completa vltima digestio,s. tertia. Sũt autem tres digestiones, s. vna, quæ fit in stomacho talia, quæ fit in hepate: tertia, quę fit in ipsis membris. Et tempus quidem ad exercitãdum conueniens est, cũ est completa vltima digestio. Nam cũ fit ante complementum huius digestionis, ipsum quidẽ est ex cæteris rebus * nocibilibus. & hoc,quia facit tunc egredi,& transire cibum indigestum,& in summa corrumpit ipsum. Nam generatio nõ perficitur nisi cum quiete: cibi autem digestio est membrorum ex eo nutritorum generatio. Intelligit autem, cùm dicit: & disponit paruum ad hoc vt augeatur quòd exercitiũ iuuat virtutem augmentatiuã, tam in membris paruis,q̃ ætate auctis.

* nocibilibus.

143 *Immoderatum autem ex eo proprie dicitur labor, qui quidem spiritum euacuat, & educit,et lassat corpus, & emacerat pingues & camosos, & inflammat calorem extraneum,& ducit etiam humiditates à corpore,& debilitat neruos ex uiolentia dolorum,& facit corpus senescere ante ætatem senectutis.*

Exercitium immoderatum dicitur labor. quod quidem spiritus euacuat, & calorem extraneũ in corde accẽdit,& inflãmat. qui calor elemẽtari seu radicali * contrarius existit. euacuat enim præ multitudine motus sui humiditatem à corpore,& ex magna dissolutione debilitat neruos, facitq̃ senescere corpus ante ætatem senectutis,rõne eius,quod ex mẽbris radicalibus dissoluit.

* l. granis

144 *Vltimata autem quies est inconueniens, neque est iuuamentum in ultimitate eius, immo quidem replet corpus humiditatibus,sicut & glandulis,et nodis:neque disponit corpus ad aliquem cibum.*

Illaudabilis est immoderata quies. & omissio motus est illaudabilis. nam excessus cuiuslibet rei est inutilis. De natura autẽ quietis est replere corpus humiditatibus,rõne paruæ & diminutę euacuationis factę cum eo:& proinde etiam non disponitur corpus ex ea ad susceptionem nutrimenti, eo scilicet q̃ non egrediantur tunc superfluitates à corpore.

Quinta ex rebus non naturalibus, s. de Euacuatione,& Repletione.

145 *Corpus indiget uniuersali euacuatione omnium membrorum per phlebotomiam, & pharmaciam, ex qua quidẽ est perfectum iuuamentũ in uere.*

Corpora autem indigent vniuersali euacuatione,& particulari. fit autem vniuersalis totius corporis cum phlebotomia & pharmacia. particulariter autẽ in aliquo membro fit per meatus illius membri,cùm sunt in eo huiusmodi meatus. et hoc cum euacuatione specialis ipsius membri. Et quia euacuationum, quædam est vniuersalis, & quædã particularis, incœpit ab vniuersali, dicens q̃ talis est phlebotomia & pharmacia: quæ quidem facienda sunt in vere. Est autem sciendum q̃ homines sunt in hoc diuersi & varij. Nã quidam sunt habentes naturaliter corpus æquale & temperatũ exercitantes se:& quidã habent inæquale non temperatum, se etiam exercitantes: & quidam habent corpus æquale, non tamen exercitantes se:& quidam habent corpus inæquale, non similiter exercitantes se. Et corpus quidem æquale & exercitatum non indiget proculdubio in aliquo euacuatione facta per pharmaciam, aut phlebotomiam, dum vtatur cibis conuenientibus, in debita quãtitate,& qualitate,& tempore assumptis. verum si corpus temperatum non exercitaretur conuenienter, indigeret proculdubio euacuatione: & maxime si non vteretur cibo laudabili,et conuenienti tẽpore,quantitate,& qualitate assumpto. Intelligendum autem per laudabilem qualitatem, q̃ sit cibus æqualis et temperatus. Corpora autem inæqualia indigent proculdubio necessario euacuatione,quãuis etiam vtantur exercitijs,et cibis temperatis. Ex his autẽ corporibus sunt magis conuenientia euacuationi inæqualia, non sic exercitantia, assumentia cibum vsq; ad completam saturitatem.

Vomitus fiat in æstate, sed melancholia educatur in autumno. 146

Vsus vomitus laudabilis est specialiter in æstate. & hoc est, quoniam ætas est ex efficientibus humores natantes in stomacho, siue in corde ad hi enim humores sunt calidi,quales sunt [illegible] in æstate. A signatur etiã educatio melancholiæ in autumno, eo quòd tũc eius generatio augeatur. Vtr autem est melius cæteris temporibus ad celebrandum phlebotomiam, & sumendum pharmaciam. & hoc, quia tunc liquefiunt,& dissoluũtur humores, & virtus existit fortis & valida.

Gargarismata,& dentifricia purgant, & mundificant palatum,& dentes. 147

Quoniam præceperat fieri vniuersalẽ purgationem & euacuationem, præcipit nunc fieri particularem, dicens,decet vt palatum, & caput euacuetur cum gargarismis. ipsa enim sunt medicinæ attrahentes à capite,et euacuantur guttur, & gingiuę cum abstergentibus, & mundificãtibus. & sunt plures pulueres,quibus fricantur dentes,& gingiuæ.

Prouoca urinam, alàs incidet in hydropem. Et prouoca menstrua, sin autem corrumpentur corpora earum. 148

Vtere medicinis vrinam prouocantibus, alioquin timeas hydropem. Et similiter vtere medicinis prouocantibus sanguinem mẽstruum in mulieribus, alias earum corpora corrumpentur.

Educ fæces in colica:nam in earum eductione cura bitur patiens. 149

Cùm stringitur natura & impedietur, seu prohibebitur fæcum egressio, dentur in potu medicinæ eductiuę: nam ex hoc curabitur patiens. hoc tamen est ex capitulo curationis,& practicæ.

Vtere balneo ad tollendum sordes,& immunditiam. neq; sis in hoc piger, si uelis educere superfluitates à corporis superficie, & cutem ab accidẽtibus immunditiæ mundam facere. 150

Balneum est necessarium ad purgandum superfluitates tertię digestionis. & ob hoc disponit corpus ad susceptionem cibi. ob hoc etiam congruit,et necessarium est in conseruatione sanitatis. vnde priores vtebantur eo omni die,postquam fuerant prius exercitati. Est autem vna ex conditionibus eius, sicut & exercitu,ne diu fiat cùm cibus sit in stomacho. Et immunditia quidem est super corpus sordities ex supfluitatibus tertiæ digestionis collecta. Ex proprietate autem balnei est humectare

ctare corpus,& reddere ipsum spongiosum: facitq; vt digestio compleatur,& perficiatur.

151 *Coitus etiam commendatur iuuenibus, quatenus per eum à nocumentis pernitiosis liberentur.*

Cùm erunt iuuenes calidæ & humidæ complexionis,& collectio spermatis in eorum corporibus, nõ nocebit eis vsus temperati coitus:alioquin contingent eis morbi magni,& illaudabiles.

152 *Nequaquam autem concedatur macris, fenibus, aut etiam debilibus.*

Proculdubio coitus inducit, et præcipitat macros in hecticam. & similiter senes, & debiles in eundem morbum præcipitat.

153 *Incurret podagram, & dolores alios ille, qui utitur coitu immediate post cibum sumptum.*

Prognostica ei, qui vtit coitu cibo sumpto, q̃ continget ei podagra: & est dolor pedum: & species arthriticæ,quæ schiatica nõ minatur: neq; non etiam alij dolores multi, sicut dolores contingentes ex oppilationibus,& apostematibus, et dolores artuum, et apostema etiam, & febres. Quod ideo cõtingit, quoniam coitus super cibum factus, facit egredi & trãsire cibum indigestum,& inde causat generationem oppilationum, pro quanto necesse est in venere eos, sicut dictum est, omnes morbos prædictos. Ipse etiam nocet, si fiat tempore famis: quoniam exiccat corpus. vnde cõuenientius tempus ad vsum eius est medium inter illa: & dictum est, quod prope complementum est digestionis. ipsum enim tempus est magis congruum ad hoc: cùm sit tempus egressus & expulsionis superfluitatum. nam sperma est intrinseca superfluitas aliqualis.

154 *Multus coitus debilitat corpus, facitq; ipsum hæreditare varias species nocumentorum,& dolorum.*

Nedum dicimus q̃ multus coitus debilitat corpus, et facit ipsum cõsequi varios dolores et morbos: quinimmo q̃ diminuit & abbreuiat valde vitã, facitq; eam valde breuiter,& celeriter terminari. Aristote. enim asseruit q̃ animalia multi coitus sunt breuioris vitæ:probans hoc, & confirmans ex passeribus, qui nõ viuunt nisi per annũ solum: inducẽs super hoc probationem, quoniam non apparet nigredo super guttur illorum, qui videntur in autumno:quæ quidem nigredo significat super senes ex eis. Huius autem ratio est:quoniã coitus dat, & infundit similitudinem suam in specie sua. simile autem egrediens ab omnibus membris generat vitam. & ideo multa ex vegetabilibus exiccãtur, cùm semen producunt. Est etiam quoddã animal,quod immediate moritur,postquam generauit.

Sexta ex rebus non naturalibus, s.de Passionibus animę.

155 IRa animæ excitat calorem,generatq; interdũ alia nocumenta.

Hoc est de se notum,q̃ ira excitat calorem corporis, & generat in corpore etiam febrem,quę dicitur ephemera. & si corpus est præparatum,facit febrem putridam. & quandoque impellit humores de membro ad membrum,& causat generationem apostematũ. quod quidem intellexit,cùm dixit:generatq; interdum in corpore alia nocumenta. & intendit q̃ hoc est, cùm est in corpore mala dispositio.

156 *Timor animæ incitat frigiditatẽ,qui quandoq; magnificatur in patiente intãtum,donec lædat in ultimo.*

Timor animæ generat in corpore frigiditatẽ. & ob hoc accidit tremor metuẽti. & interdum magnificatur in tantum in patiente, donec ipse moriatur. Huius autem causa est regressus caloris naturalis ad cor extimore causatus.

157 *Magnum et multum gaudium impinguat corpus, & ideo multum lædit pinguem, & crassum.*

Gaudium magnum est ex rebus corpus impinguantibus. q̃ si magnificetur valde & contingat subito, necat,& interficit:& maxime valde pinguẽ. Et hoc, quia in corporibus magnam pinguedinem habentibus est paruus calor ratione paruitatis & angustiæ venarum ipsorum.cùm autem motus iste, scilicet caloris naturalis,& eius excitatio est æqualis, tũc quidem causat pinguedinem corporis.

158 *Ex lamento quidem,& tristitia fertur iudicium nocumenti super macrum, & confert indigenti dissolutione,*[2] {}

a*seu dem crastione.

Lamentum & tristitia interficit interdum macrum, & confert indigẽti dissolutione,quia dissoluit corpus. Cuius causa est, ga tristitia causa est collectionis & coadunationis caloris naturalis in corde:& ob hoc infrigidatur corpus ab ea:ex cuius infrigidatione contingit diminutio nutrimenti eius. Pro tãto si fuerit macrum, additur inde in macie eius in tãtum, q̃ interdum significat mortem ipsius. si vero corpus fuerit pingue, permittit,& tolerat quod dissoluatur. Et in hoc quidẽ terminat, & perficit tractatus de rebus necessarijs positis in gñatiõe sanitatis,i.ex q̃b⁹ sanitas efficit,& cõseruat.

Tractatus secundus, de rebus extra naturam,& primo de Morbis generatis in membris consimilibus.



159 Orbi *ex superfluo calore in membris consimilibus absque superfluitate generati sunt, sicut morbus febrilis & consumptiuus, sicut in hectica, & phthisi.*

Morbus in se & in generali cõsyderatus,est mala dispositio in corpore existens, inferẽs operationibus suis & mutationibus nocumentum. Membra autem consimilia sunt, quorum totum & pars sunt vnius & eiusdem naturæ:& cùm est morbus in eis, obest operationibus & mutationibus ipsarũ. sunt autem membra ista, sicut caro,os,& similia. ná quælibet pars ossis est os; et quælibet pars carnis caro. Membra autẽ dissimilia dicuntur partium sunt,quorum totius & partis nequaquam est idem nomen:sicut manus, cuius pars nec est, nec dicitur manus. Et decet quidem q̃ ægritudo in partes duas prius diuidatur, s.in eam, quæ existit in consimilibus, & illã, quæ in mẽbris cõpositis generat. Et intendit q̃ morborũ in membris similibus existentiũ sunt duę spẽs, quarũ vna refertur qualitatibus primis, sicut caliditati in mẽbris cõsimilibus. & hoc intelligit, cùm dixit:Morbi ex superfluo calore in membris consimilibus absq; superfluitate, &c.i.quia fiũt morbi ex calore absq; materia:sicut contingit in phthisi & hectica,sicut ipse dixit.hæ nãq; duę ęgritudines sunt ex calore absq; materia. Cùm autem generatur calor præter naturam in aliquo ex membris corporis,nequaquam habet sibi nomen appropriatum: sed cùm generatur in toto corpore,vocatur febris. Et si membra illa fuerint radicalia,vocatur hectica, & consumptio.si autem calor fuerit in humoribus, vocaẽ febris putrida. sed si in spiritibus vocatur ephemera,vel febris diei.

160 *Morbus autem ex calore cum humore, est sicut febris putrida.*

Intendit

Intendit q̃ morbus de caliditate diuidatur in duas species: vna est absq; materia, sicut hectica, quam prædixit:vel cum materia,sicut febris putrida.

161 *Ex eis etiam sunt morbi frigidi absq; materia, sicut congelatio contingens ex niue, grandine,vel frigore. Et ex eis est frigus cum materia, sicut paralysis cum magna quantitate phlegmatis.*

Morbus de frigiditate diuiditur in duas species:quarum vna est absq; materia,sicut congelatio contingens ex frigiditate extrinseca niuis, & grãdinis: alia autem ex humore in corpore existẽte, cuius,s. causa est humor frigidus in corpore existens: sicut in paralysi ex dominio phlegmatis,cùm est sopita,& immobilis facta medietas corporis. Sed congelatio est dormitatio, cuius causa est frigiditas.

a.materia 162 *Ex eis est humidus absq; [2]{superfluitate,} sicut habitudo corporis, quæ laxa vel mollis videtur. Et ex eis est morbus humidus cum materia humorali, sicut* [illegible] *pletio ventris in hydrope.*

Quidã sunt ex morbis humidis, præter q̃ in corpore humor sit, vel materia:sicut habitudo corporis mollis, & ex eis est humidus ex humoribus in corpore existentibus:sicut repletio ventris in hydrope: nam in hydrope est humiditas cum materia.

163 *Morbus ficcus cũ materia est sicut cancer, vel glandula. Sed ficcus, præter q̃ in corporibus sit materia, est sicut spasmus ex inanitione.*

Morbi ficci diuiduntur in duas species. Quarũ vna est cum materia & superfluitate corporis: sicut apostema,quod cancer dicitur,vel scrophula glandula. Glandulæ autem sunt apostemata in subascellis,& in inguinibus generata, vel collo, quę ꝓprio nomine scrophula nominatur;& hæ quidem omnes ex materia ficca generantur. Alia autem species est morbi ficci absq; materia: sicut siccitas contingẽs ex immoderata euacuatione. vnde spasmus inde contingens non est spasmus ex repletione:q̃a spasmus est,& fit ex repletione,& ex inanitione. Hi autem morbi,quorum præcessit rememoratio,sunt octo,i.morbus calidus,morbus frigidus, morbus humidus, & morbus siccus: & quilibet ex istis est cum materia,vel absq; materia. Ex his autem alij quatuor componuntur,s. morbus calidus & humidus, calidus & siccus,frigidus & humidus, frigidus & siccus. Qui etiam in duas species diuidũtur sicut primi, & sic erunt octo:qui si primis octo contungantur, erunt sexdecim. Erunt ergo in vniuerso morbi membrorũ consimilium sexdecim. Attamẽ ſm exquisitam veritatẽ impossibile est esse morbum ex sola caliditate, vel frigiditate,aut humiditate,vel siccitate. & hoc ideo,quoniam causæ prædictarũ ægritudinum sunt proculdubio humores: qui quidem humores non sunt nisi quatuor, s. calidus & siccus, vel calidus & humidus, frigidus & siccus, vel frigidus & humidus. Si quis autem dicat q̃ Galenus ponit morbos simplices absq; materia:Dicemus q̃ tales morbi absq; materia habent proculdubio ab extrinseco generari.res autem extrinsecæ aut sunt frigidæ & siccæ,aut frigidæ & humidæ, aut calidæ & humidæ,aut calidæ & siccę. Vnde si eẽt possibile esse ęgritudines ex sola frigiditate vel sola caliditate,esset possibile quidem esse rem solum calidam vel solũ frigidam: hoc autem est falsum,& impossibile:ergo,&cæ.

* De ægritudinibus membrorum instrumentalium vel organicorum.

164 *In membris organicis existunt morbi, cùm accidit in plasmatione læsio, vel nocumentum.*

Membra organica sunt sicut manus, caput, & cætera ex consimilibus composita,quorum s.totius & partis non est idem nomen, sed diuersum. Sunt autem sm Medicos quatuor genera morborũ in prædictis membris generatorum, s.morbus in plasmate vel forma, in quantitate,in numero,et in positione. Et morbi in plasmate diuiduntur in morbos contingentes in figura, & eos qui ex corruptione concauitatis membrorum generantur, & eos qui ex asperitate & lenitate eorundem contingunt. Ipse autem incœpit à morbis in plasmate pertingentibus. vnde inquit:In membris organicis existunt,cũ accidit in plasmatione læsio vel nocumẽtum. subaudimus, sicut si alicuius ex eis forma, vel figura corrumpatur,vel eius cõcauitas, vel porus: vel si membrum,quod natura debet esse asperũ,lene fiat:vel econuerso,scilicet quod debet esse lene,fiat asperum.

165 *Est autem morbus in augmento, si fuerit caput nimis magnum. Et in diminutione, si fuerit stomachus* [illegible]

[illegible] 166

[illegible] morborum organicorum, vt [illegible] in plasmate, & quantitate ipsorum:& consequenter diuersificat eos, qui sunt in quantitate in duas species; quæ ex augmento & diminutione ipsarum contingunt: incœpit nunc morbos in plasmate diuidere in species suas. vnde inquit quòd ex morbis plasmationis est,cũ corrumpit forma membri à principio suæ generationis: sicut contingit pueris nascentibus, quorum capitum forma alicui organo lato assimilatur aut ẽt sicut natus habens tibias obliquas.

167 *Ex eis etiam est morbus in cõcauitate, cùm accidit ei nocumentũ, sicut cum planta pedis carne repletur.*

Species secunda ex morbis,s.plasmationis,est morbus in concauitate:sicut si concauitas pedis in tantum carne repleatur, q̃ nulla concauitas ibidem videatur: vnde huiusmodi patiens nequaquam super ossa rotunda & gibbosa pedũ firmat, vel appodiat gressus suos.

168 *Aut si accidat etiam q̃ interponatur aliquid in poris & meatibus:sicut contingit in oppilationibus ex lapidibus renum contingentibus.*

Hęc est tertia species vel morbus plasmationis, et est coarctatio pororum, & cãalium membrorum: sicut contingit in oppilatione generata in cãalibus renum ratione lapidũ, vel calculorum in eisdẽ generatorum.

169 *Aut si membrum, quod debet esse asperum, fiat lene, ut stomachus in quo superflua humiditas cumberat: aut si quod debet esse lene, exasperetur, sicut canna pulmonis cùm exiccatur.*

Ex morbis in plasmatione est adhuc quarta species: & est,cùm membrum,quod natus aliter debet esse asperum,efficitur molle & lene,sicut stomachus superflua humiditate oppressus: quoniã stomachus naturaliter debet esse asper,durus,& solidus,sicut inquit Gale.quatenus possit firmiter comprehendere, & comminuere cibum,cùm digeritur in eo:aut cùm membrum,quod ex prima creatione & plasmatione debet esse lene, exiccatur & exasperatur,sicut cãna pulmonis, cui siccitas immoderata accidit.

Is autem

170 Est *autem numerus à natura egrediens in sex, vel quatuor digitis.*

Quia retulerat morbos in creatione contingentes, & in quãtitate, & cum hoc diuisit morbos in plasmate in parte ante istam in quatuor species: voluit nunc referre tertium genus prædictarum ægritudinum, hoc autẽ genus est de morbis in numero membrorum. Diuisit autem morbum in numero, sicut morbum in quantitate in augmentum & diminutionem. vnde intendit q̃ in membris, quorum operatio completur in numero determinato, est numerus innaturalis, si determinatus augeatur, vt si quis nascatur cũ sex digitis: vel minuatur, vt cùm quis solum cum quatuor digitis nascatur.

171 *Interdum vnuntur duo digiti, & coniungũtur. Et interdum*[a] {*iuncta naturaliter*} *separantur.*

[a] mandibulæ naturaliter

Intendit q̃ morbi situs & positionis diuidũtur in duas species, Quarum vna est coniunctio eorum, quæ naturaliter debent esse separata: sicut cõtingit in eis, qui nascunt cum quibusdã digitis cõiunctis. Alia est, cùm separãtur mẽbra, quæ naturaliter debent esse cõiuncta.

* De solutione continuitatis.

172 *Solutio vnionis existens in* [b] *cõmunctione membrorum, aut in separatione* {*coniunctorum*} *dicitur fractura in ossibus, vel incisio in carnibus, vel dislocatio in dislocatione brachij, vel ruptura in neruis, vel fissura in cute.*

[b] membrorum cõiunctorum

Hoc est genus ægritudinis quod [*] in diuisi. Fit autem [*] dissolutio tam in membris consimilibus quam in organicis, vnde intelligit quòd fit in organicis, cùm dicit quòd *dissolutio indiuisionis consistit in coniunctione membrorum. Potest nihilominus fieri in aliquo ex membris consimilibus, sicut in fractura ossis, vel incisione carnis. & hoc intellexit, cùm dixit quòd solutio* [*] indiuisi reperitur in solutione membrorum. i. quòd sicut reperitur solutio* [*] indiuisi in aliquo membro cum alijs coniũcto, sic etiam reperitur in aliquo membro solo existente, & alij non coniũcto. & intelligit de dicto suo, sicut de dislocatio brachij, & solutio vnionis in membris organicis, ỗ est illa, quam dixit prius in coniunctione membrorum. & etiam in hoc capi. manus, vel pedis abscisio.

[*] dislocatio.

[*] vel indiuisi

[*] i. vnionis

173 {} *Solutio in ossibus est fractura: in tunicis aũt, & neruis dicitur ruptura: sed solutio facta secũdum latũ vel longum in neruis, dicitur fissura vel pũctura.*

c In simplicibus quidem

Diuersa sunt nomina solutionis continui in membris consimilibus. nam facta in osse, dicitur fractura: sed in venis, & tunicis, dicitur ruptura: & facta in neruis sm longũ aut profundũ, dicit fissura, aut punctura.

174 *Solutio facta in ligamentis, vel chordis dicitur quasi* {} *Arabice dicitur* [d] {*rabathe.*} *Sed facta in carne dicitur vulnus. si tamen produceretur tempus eius, diceretur vlcus. Sed facta in musculis vel lacertis dicitur attritio. Sed facta in sola cute dicitur excoriatio.*

[d] al. rabat

Solutio facta in ligamentis dicitur Arabice rabat: sed facta in chordis dicitur albucar. Sed facta in carne dicitur vulnus. & [e] reproducitur tempus eius, dicitur vlcus. Sed cum separatur cutis à carne, dicitur excoriatio.

Capitulum [*] de rebus egredientibus à natura, videlicet {} de Causis [*] morborum.

[*] secunda

[*] ——

175 *Causæ diuiduntur in* [f] {*manifestas apparẽtes*} *quæ* {} *contingunt cuti, & superficiei corporum, sicut* {} *percussio, aut ruptura contingens exsaltu.*

[f] primum

Postquam perfecit relationem de speciebus morborum, cœpit nunc referre etiam causas efficientes ipsorum. Et quia tres sunt species causarum: sunt enim quædam extra corpus, quæ primitiuæ & manifestæ nuncupantur: & quædam sunt intra corpust ex quibus quædam sunt propinquæ, quæ coniunctæ dicuntur: quædam distantes & remotæ, quæ dicuntur antecedentes: ideo cœpit nũc diuidere causas in has tres species. Vnde inquit: Causæ diuiduntur in manifestas & apparentes. & est intendens, q̃ causæ diuidantur in primitiuas, & antecedentes, & coniunctas. Consequenter autem dicit, quæ sunt causæ primitiuæ, dicens quæ s. contingũt cuti, & superficiei corporum, &c. sicut ignis qui calefacit, & nix, quæ exterius occurrens infrigidat, & ruptura venæ contingens ex saltu. saltus nanq; est causa morbi cõmunis, vtpote solutionis cõtinuitatis: & ignis et nix sunt causę morbi cõsimilis, qui est in mẽbris consimilibus spãliter generatus, vtpote malę cõplexionis.

Ex causis etiam sunt, quæ dicuntur coniunctæ, & ipsæ 176
quidem sunt inter has species differentes. & hoc quidem, quia quandiu continuatur putrefactio, continuatur febris putrida. Ex causis etiam sunt, quæ antecedentes appellantur, omni repleto corpori congruentes.

Causæ iterinsecę diuiduntur in causas propinquas, quæ coniunctæ dicuntur, & sunt propriæ & immediatæ causæ in ægritudine. & ob hoc reor ipsum dixisse, q̃ sint differentes inter has species: hoc est dictu, q̃ faciunt differentiam inter has species, & q̃ facit differre quasdam ex speciebus morborum, in quibus sunt, sicut putrefactio, quę est causa caloris extranei: & causas distantes & remotas, quæ antecedentes nominantur: sicut est repletio, quæ est causa oppilationum, & oppilatio causa putrefactionis, & putrefactio est causa febris. Est autem proprium causæ cõiunctæ, vt ipsa ablata, tollatur & auferatur morbus. non autem ita est de antecedente, immo è conuerso. et ob hoc ablata putrefactione, aufertur & cessat febris: quæ tamen non aufertur vel separatur, etsi repletio auferatur.

Ex causis efficientibus uniuersaliter est quicquid 177
corrumpit membri complexionem ex infusione humoris ad ipsum.

Quicquid causat membri corruptionem ex infusione humoris ad ipsum, habet vniuersaliter rationẽ causæ efficientis.

* De causis effusionis materiæ.

Hæc sunt potentia impellentis, & debilitas seu im- 178
potentia recipientis, & multitudo mali humoris fluentis, & latitudo meatuum, & debilitas nutritiuæ: hæc enim est sufficiens summa earum: necnon etiam quia uidebis qualitatem in substantia corporis existentem superari, & ad suam contrariam declinare.

Causæ infusionis materiæ ab vno mẽbro ad aliud sunt fortis potentia expulsiuæ membri humorem impellentis, & debilis virtus membri recipientis. Et secunda ex eis est multitudo humoris in membro impellente. Tertia autem est latitudo meatuum inter membrum recipiens & impellens existentium. Sed quarta est debilitas nutritiuæ in mẽbro reciente. & hoc est, sm quòd videtur mihi, quod intellexit, cũ dixit: & debilitas nutritiuę. & põt tolerari q̃ ipse intellexit q̃ debilitas virtutis nutritiuæ est causa, q̃ contrarij humores superflui in membro impellente generentur. Intellexit autem, cũ dixit: necnon etiam quia videbis qualitatem in subitantia corporis existentem superari, & ad suam cõtrariam declinaret

declinare: quòd videbis aliquem ex humoribus membri qualitatem vincere & superare, et ad sui cõtrariam transmutare. vnde est, ac si diceret, quòd vna ex causis expulsionis alicuius humoris ab aliquo mẽbro, est nocumentum forte illius mẽbri, causatum ex illo humore, qui in eo existit. Et nihilominus ex causis expulsionis ab vno membro ad aliud est, cùm mẽbrum impellens situatur super recipiens.

* De causis ægritudinis calidæ.

179 *Quod generat in eo calorem, est quidẽ causa, quare contingat corpori illud, quod inde eidem contingere cõsueuit. Vsus autem eius alij est calidum in potẽtia. sed calidum in actu est sicut calor Solis,* [2] {}

2. vel æstuatio actus.

Intendit hic, q̃ calor existẽs in corpore inducat in eo illud, quod est causa doloris. vnde est ac si diceret, q̃ inducit in eo illud, quod est aptum de natura sua inducere, s. dolorem. Sunt autem calidi duæ species: quarum vna est calida in potentia, sicut alliũ, & pipi secunda vero calida est actu, sicut aer calidus paulopost meridiẽ.

180 *Ex his sunt motus animæ, sicut ira, & motus corporis, sicut labor, & corruptio, & putrefactio, & cibi paruitas, & q̃ poros cutis claudit & cõstringit, sicut aer.*

Ex causis calefacientibus sunt fortes motus animæ, sicut ira, & motus corporum fatigantes, & humorum putrefactio, & cibi paruitas, & omne id, quod cutis poros claudit, & constringit, sicut alumẽ, & aer frigidus, & similia. quia quando cutis constringitur, calor suffocatur, & euẽtari prohibetur: & inde proculdubio generatur febris, quæ ephemera nominatur.

Causæ ægritudinum ex frigiditate.

181 *Causa uero harum ægritudinum est quicquid in eo frigiditatem generat. & quãdoq; soluitur ex eo cõtinuũ, cuius uirtus aut est in potẽtia, uelut cõtingit in hyoscyamo assumpto: aut in actu, sicut in niue.*

Quicquid generat in corpore frigiditatẽ, soluit proculdubio interdum cõtinuitatem, sicut cùm est violentum & fortes efficitq̃ tunc morbum, qui continuitatis solutio appellatur: sicut patet in solutione digitorũ ex niue contingente. Actus autem & operatio ex frigiditate diuiditur primo in duas species, sicut & operatio contingens ex calore. Est enim quędam infrigidatio in potẽtia, sicut hyoscyamus & quædam actu, sicut niuis.

182 *Fames est, cùm pabulum spirituum terminatur, et sicut contingit cùm terminatur, & consumitur oleum in lampade uel curcibulo. uehemens etiam saturitas, & crapula calorem suffocat, & extinguit.*

Cùm autem est fames adeo fortis & valida, q̃ actio *naturæ, qua corpus nutritur, terminatur, cõtingit quidem spirituum diminutio seu extinctio, et corporis infrigidatio. et sic etiã accidit splendori luminis, seu flammæ, diminutio, cùm est oleũ in furcibulo omnino consumptum, vel etiam diminutum. Et superexcedens crapula, cuius causa est superfluus cibus, velut contingit in prosequentibus immediate appetitum, est causa infrigidationis. hæc enim calorem tegit, & suffocat naturalem: quemadmodũ excedens olei quãtitas tegit flammam, donec ipsam omnino suffocet, & extinguat.

[a] al. matéria.

183 *Motus autem fortes & diurni sunt causa euacuationis spirituũ, et infrigidationis corporis. quiete ẽt infrigidatur calor, sicut & flamma fumo extinguitur.*

Cùm tempus fortium motuum producitur, infrigidat corpus ex eis: licet in principio corpus calefaciant: tamen cùm producunt, inde spiritus educuntur, & per consequens corpus infrigidatur. Quies ẽt & otiũ corpus infrigidantiq̃ ex omissione motus augetur et magnificatur fumosa superfluitas super calorem naturalem, & ex ea suffocatur: sicut extinguitur ignis cum fumo præmitur, & supra ipsum dominat. Et est quidem necessaria calori naturali inspiratio, & motio, vel incitatio, sicut igni euentatio, vel exsufflatio.

Fortis & ualida corporis densitas cõcludit calorem 184
in corpore, donec extinguatur. corpus immoderate rarum seu spongiosum de facili infrigidatur, cùm sit propinquum, & dispositum ad hoc, ut in eo calor de facili dissoluatur.

Immoderata corporis densitas sic calorem in eo recludit, donec extinguat: sicut cõtingit exterius in igne, quando sine respiraculo omnino cooperitur. nã moderata & parua densitas calorem conseruat, & per consequẽs corpus calefacit: sed immoderata calorem extinguit naturalem. Et similiter infrigidatur cõtinuitas animarum. nam minuitur in eo calor, & carnes efficiuntur sicut contingit in clibanis, & balneis multa respiracula habentibus.

Causæ ægritudinum ex humiditate.

185 *Vinq; sunt numero scripta* [b] {*humiditatem generantia*} *ex quibus aqua calida dulcis fit per totum corpus infusa est humida in actu.*

[b] humiditatem actu generãtia, vel actualiter humida,

Asserit quod humectantia sunt causæ humiditatem faciẽtes, & sunt quinq; ex quibus est humectãs in actu, vt aqua calida: quod quidem intelligit verũ, dum fuerit aqua delectabilis, & eius infusio sup corpus multa.

Ex humectantibus autem in potentia est usus lac- 186
tis, & piscium delectabilium, casei recentis, quies corporis, etiam reclusio humiditatum, & immoderata refectio uel saturitas.

Ex humectantibus in potẽtia sunt sicut potus lactis, esus piscium in aqua dulci habitantium, caseus recens, quies corporis, ocium, & saturitas immoderata, & restrictio humiditatum in corpore. Intellexit autẽ humiditatum retentionem fieri ex his, quæ retinent humiditates in corporibus, seu prohibent egressum earum: cuiusmodi sunt, quæ poros corporis coarctãt, claudunt, & inspissant.

Causæ ex siccitate.

187 *Vinq; sunt siccitatem generãtia, sensu intellecta uel apprehensa: ex quibus quædam actu exsiccãt, sicut boreas: & quædam potentia sicut esus sinapis: & tanta fames seu abstinentia, per quam humiditas corporis consumatur: & omnis motus fortis & uiolentus: contingit etiam corporis exsiccatio ex uentris solutione.*

Hæc quinq; sunt de se intellecta ex modo loquendi eius in eisdem. Vnum est, sicut cùm dicit, de exsiccantibus in actu est boreas, & frequens inuolutio, & continua habitatio in terra vel arena. Et in potentia, sicut sinapis esus. Et fames exsiccãs corpora. et hoc, quoniam ex cibo naturalis calor intenditur. vnde ablato vel subtracto cibo, agit calor in membris corporis, & in humiditatibus eorũ, consumens & exsiccans ea. Et similiter ex motibus fortibus & violẽtis cõtingit siccitas corporis. Et ex inanitione superflua, sicut ex superflua phlebotomia, aut solutione ventris. Postquã expleuit rememorationẽ ægritudinis membrorum consimiliũ, accedit nunc ad rememorationẽ membrorum organicorum.

Causæ

Causæ ægritudinum organicarum.

188 *CAusæ magnitudinis membrorum sunt fortitudo, & potentia formatiuæ, & etiam nutriens.* Duæ sunt causæ magnitudinis membrorum, s. fortitudo plasmatiuę, & magnitudo materiæ, quam per nutriēs intelligit,

189 *Causæ paruitatis membrorum sunt contrariæ eis, quæ magnitudinem efficiunt in eisdem.*

Intellexit q̄ ea usæ paruitatis membrorum sint debilitas plasmatiuæ, & paruitas materiæ,

190 *Causa corruptionis formarū est in numero similitudinum: quod quidem ratione malitiæ cōplexionis existentis in matrice contingit, aut* [a]*{paruitate spermatis}, aut malo egressu fœtus in ortu suo, ex cuius tortura contingit peccatum in figura, & forma.*

a. paucitate receptionis spermatis grossi & coagulati

, Causa corruptionis formarum membri cadit in numero recipientium similitudinem, & figuram. & hoc contingit ratione malæ complexionis matricis. Nam malitia complexionis matricis disponit interdum passum, quod recipit formam, & agens taliter, q̄ agēs malam imprimat formam, aut q̄ recipiens malā formam recipiat: aut diminutione & paruitate spermatis, qua receptiō formæ, vel eius actio vel generatio impeditur. quod quidem verū est̄ opinionem eius, qui opinatur esse in spermate potentiā actiuam. Contingit etiam interdum, sicut dicitur, prædicta corruptio ex re extrinseca, vtpote in naturali egressu fœtus in natiuitate. sed hanc corruptionem formæ reparāt obstetrices frequenter, fasciando sicut decet, prius q̄ indurentur ossa. & in summa corruptio formæ ab extra accidit, vel ab intra. ab intra quidem accidit vel malitia agentis, aut malitia passi & recipiētis, vel ambabus simul. eorum autem malitia erit ab eisdem, aut à matrice.

191 *Ex his etiam est nutrix, si deliquerit fasciando ipsum, aut eleuando. uel deprimendo ipsum.*

Nutrix etiam est causa, quare nati membra tortuosa efficiuntur, cum errat in fasciando ipsum, seu in ligando ipsum cum fasciat: hoc quia ex teneritate & humiditate ossium ipsius augentur ens figuram ex ligatura eis impressam: sicut etiam cōtingit, errore ab eadē commisso in eleuatione, aut depressione eius.

192 *Vel si forsan augeatur in eo cibus, aut ad nutriendum malus existat.*

Excedens cibi extrinseci quantitas similis est causa corruptionis formæ: licet & excessus materiæ intrinsecæ, s. contingens à principio generationis. & hoc, quoniam ex multitudine materiæ debilitatur virtus plasmatiua in pductione formæ. Et similiter videtur contingere, cum auferuntur tibi lac, & nutritur, & cibatur nutrimento grosso ante tempus cōuenies ad nutriēdum ipsum tali nutrimēto. nam cùm subripitur humidum subtile et, puta lac, corrūpitur quidē magnitudo membrorum in forma à principio in eodem impressa.

193 *Aut si puer debilitate sua cadat, cùm nō regitur ab aliquo, & ipsius tibia, aut crus inde frangātur, uel eius nasus percutiatur taliter, q̄ inde tensionem & depressionem patiatur. non enim potest materia rectificari, si moueatur quis impotens se sustinere ratione fracturæ ossis nondum perfectè consolidatæ.*

Hæ autem causæ omnes sunt extrinsecæ. nam cùm permittitur puer ambulare, antequā habeat potentiam ambulandi, contingit quidē et obliquitas seu tortuositas suarum tibiarum. corrumpitur etiam forma in aliquo, cū fractū fuerit aliquod ex ossibus ipsius, si priusq̄ quam eius consolidatio perficiatur, moueatur.

Hoc etiam facit multitudo humorum, [b]*{sicut} in leprosis, &* [c]*{paruitas eorundem: sicut in hectica diuturnam, & continuas febres patientibus.}* 194 b *

c. paucitas eorūdem in phthisi continua, vel ex tenuatiōe cōtinua, {

In leprosis quidem contingit generaliter corruptio formæ membrorum suorum: & similiter contingit in extenuatis & consumptis. Causa autem huius siccitas est, quæ cum difficultate formam recipit.

Aut tortura oris & faciei contingens ex mollitie, & relaxatione nerui, aut corrugatione, & nerui tensione uersus collum declinante. 195

Proculdubio causę istæ sunt morbi. Nam tortura faciei fit relaxatione & mollitie nerui existentis in parte contraria, habente colligantiam cum parte obliquata tem habente, & pars infirma etiam non corrugatur. Fit etiam interdum tensione & corrugatione nerui, & tunc proculdubio pars læsa obliquatur, & corrugatur.

Vestigia apostematum, et cicatrices ulcerū, & uulnerum proculdubio formas in superficie corrumpunt. 196 ,

Causa quidem huiusmodi in apostematibus est putrefactio reliquarum suarū. Sed in vlceribus, et vulneribus causa est mala coniunctio ipsorum.

Causę clausionis meatuum & pororum.

SApientes dederunt operam in collectione eorum, quæ sunt de genere claudentium et obturantium poros & meatus: ex quibus sunt fortitudo retentiuæ, & debilitas expulsiuæ: interdum etiam frigus est causa huius. [d]*{ }* 197 d* cōgregandi vel coadunando

Pori & meatus claudūtur dominio & fortitudine retētiuæ virtutis, & debilitatis expulsiuæ. frigus etiam coarctat & constringit poros & meatus. quod quidem patet ex corrugatione, seu coadunatione neruorum ex frigore contingente.

Siccitas etiam coarctat eos ualde: et similiter faciūt ligaturæ: [e]*{apostema etiā angustat} & [f]{obliquat eos p constrictionem exterius in aliquo membro generatam} stringit etiam eos medicina styptica.* 198 e* vel stringendo, cū aggregant coarctando, et apostema constat f. contortio exterius in aliquo membro, & quę

Siccitas aucta in aliquo membro stringit et coarctat poros et meatus eius. Idem etiam facit ligatura facta super membrum. Proculdubio apostema generatū in aliquo membro exterius angustat meatus & poros constringendo. Constringit etiam eos medicina styptica.

Hoc etiam contingit interdum consolidatione uulnerum & ulcerum: & etiam uenuca seu porro: & caro ne innaturaliter augmentata, 199

Ex causis meatus claudentibus est cùm vlcus, vulnusue innaturaliter cōsolidatur: licut contingit in consolidatione lōgitudinis vel superficiei meatuum. Verruca ēt in eis nata est ex causis clausionis eorum: nascitur enim interdum intrinsecus, sicut exterius. Ex eis etiam caro est innaturaliter in eis nata.

Hoc etiam humor facit, aut sanies, uel sanguis, lac coagulatum, & aqua [g]*{ }* 200 g* f. coagulata. i. phlegma grossum

Constat quòd humores infunduntur ad concauitates meatuum, qui replent & obturant eas. & similiter facit sanies in eis existēs. & similiter facit sanguis coagulatus, & lac caseatum.

Hoc etiam faciunt uermes lapis, & fæx ficca dura, & aer. [h]*{ }* 201 h. uel ventositas contenta in meatibus

Hoc intelligit de vermibus generatis in intestinis, ex quibus accidit colica. per lapidem ēt intelligit lapidem in vesica,

in vesica, & etiam calculum in renibus. Et per aerem intelligit vētositatē grossam, interdū meatus obturātem. Inde ēt cōtingit vna ex spēbus colicæ, s. illa, quæ cōtingit ex cōclusione vētositatis in intestinis. Ex his aūt causis contingit vt plurimum retentio fæcum, & vrinæ.

Causæ apertionis meatuum.

202 *CAusæ aperitionis meatuum sunt fortitudo expulsiuæ, & debilitas retentiuæ.*

Apertio meatuum contingit fortitudine expulsiuę, & debilitate retentiuæ, s. à causis contrarijs eis, à quibus contingit clausio ipsorum, puta debilitati expulsiuæ, & fortitudini retentiuæ,

203 *Ex his etiam est omnis medicina aperitiua calida & humida necessario.*

Ex causis meatus aperiētibus est vsus medicinarum aperitiuarum. neq̄ dubiū, quin medicina calida & humida meatus aperiat.

Causæ ægritudinis in numero.

204 *QVicqd auget et excedit numero i nobis, auget sicut ex multa materia: ut digit⁹, si fuerit materia laudabilis: aut rana, si fuerit materia illaudabilis.*

Quia retulerat causas apertionis & clausionis meatuum, incipit nunc referre causas augētes vel diminuentes numerum mēbrorum: vnde inquit quòd quicquid augetur in numero membrorū, augetur proculdubio ratione multitudinis materiei: quæ si fuerit laudabilis, erit quidem corpus inde auctum naturale, sicut sextus digitus: si vero mala, erit corpus innaturale, sicut est illud, quod rana appellatur, & augetur sub lingua.

205 *Quicquid minuitur in nobis numero, contingit à contrario, cuius rememorationem fecimus.*

Causa diminutionis numeri est contraria causę augmenti ipsius, velut diminutio materiæ.

Causæ asperitatis.

206 *CAusa generans asperitatem est ablatio humiditatis, quæ interdū ex humore frigido contingit, puluere, stypticitate ciborum, et medicinarum.*

Hic proculdubio retulit causas ægritudinū ex asperitate generatarum, dicens quòd efficiens asperitatem est quod aufert humiditatē, sicut humor siccus, cū infunditur ad cannā pulmonis, ipsam exasperans. Idē etiam fumus facit, & pulus, & cibi styptici, & medicinæ. hęc enim omnia guttur, & cannam exasperant.

207 *Causa lenies asperitatem est sicut humor uiscosus, & omne pingue, & unctuosum.*

Omne, quod habet viscositatē vel vnctuositatem, lenit asperitatem: sicut humores, seu humiditates viscosę, & oleaginosę.

Causæ coniunctionis, et vnionis separatorū.

208 *PRoculdubio omne illud, de cuius natura est ut stet separatū ab aliquo, cū aliquo modo et uniatur, si cum codē coniungetur. Si* [a]*{caulnus} non debite consolidetur, q̄ sit res in mēbro inopinata, ostendetur.* a* vlcus

Proculdubio nūc retulit causas morborū situs et positionis. retulit aūt duas causas huius rei, s. vnā ex coniunctione eius, q̄ erat separatū à mēbris. vnde ait: Proculdubio ostendit, de cuius natura est vt stet separatum à membro sibi vicino, &c. Nam cùm est talis situs, accidit q̄ ei vt cōiungatur mēbro illi, „proculdubio causa huius erit signatū vlcus, vel vulnus in superficie cuiuslibet ex prędictis mēbris. accidit. n. præter hoc, vt superficies vnius ex illis mēbris vulneratis cum superficie alterius mēbri vulnerati cōsolidetur & vniat: quemadmodum cōtingit hoc in eodē vulnere per se solum gnato, in quo s. superficies quarundā partiū eius cū superficie aliarum eiusdē solidat & vnit. & ob hoc ingt, q̄ videbis in cōsolidatiōe vulneris alicuius mēbri, cū indebite cōsolidat, et aliter quā spares, aliud quā spares de patiente euenit.

Ex hoc etiam est fortitudo immutatiuæ, & debilitas informatiuæ. 209

Proculdubio membra naturaliter separata indebite vniunt, & solidant interdū à principio operationis ipsorū ex fortitudine virtutis gnatiuæ: & maxime, qñ de natura eorū est vt multū vniantur, & coniungantur, & vnum efficiantur. & interdum adijcitur huic debilitas informatiuæ. accidit autem hoc, cùm ipsa aliquam partem ex membris separat, & sequestrat.

Quānis separatio contingēs cuilibet eorū, de quorū natura est ut sit in situ cōiuncta, fit de genere et numero ægritudinū situs & positionis in mēbris organicis: nihilominus est proprie de genere ulcerum, aliuisi, seu cōtinuitatis: cuius quidē solutionis adesse h. exhibetur. 210

Omne mēbrū, cuius situs iudicatur per naturę esse inter ipsum & aliud, ita q̄ sectū continuans illud solutiōne separet ab illo, cuius situs [illegible] mēbris organicis referat: erunt hinc inde proculdubio causæ separationis vnius ex eis ab alio de numero causarū solutionis continuitatis appropriatæ membris consimilibus, quæ proprie induisi solutio appellatur. & ipse quidem ad causas refert proprias consequenter.

Causæ solutionis indiuisi.

QVædā est humor habēs uim, & qualitatē ustiuā, [b]*{& calefactiuā, & corrosiuā, aut hypostasis impulsa seu imbibita, cōtusionē conferēs,} uel uiscositas relaxās q̄d mouere deberet, uel saltus cōtundēs, laniās et disrumpēs, uel lapis offendēs, & contundens.* 211 b. aut putrefactiuam, aut corrosiuam, & disruptiuam, aut gratias extendens aut disrumpens.

Notum est q̄ hæc oia soluunt continuitatē, s. humor corrodens, & calidus, & hypostasis membrorum contusiua, necnon humor viscosus. dislocantur enim partes motiuæ ex laxatione, quam eis inferunt. & similiter saltus soluit continuitatem membrorum, & lapis lædit, & offendit membrum, & carnem contundit.

Ex eis sunt medicinæ corrosiuæ, et ustiuæ, ut ferrum corrodens, & lamans. & q̄q uentus scindit ratione tensionis. idem etiam agit ignis, sicut & in cæteris. 212

Hoc totū est p se notū et manifestū, ideo nō exponō.

Capitulū tertium de [c]*{rebus egredientibus à natura, et sunt Accidentia}* [d]*{ morborū.}* c* accidentibus d* ——

QVædā ex accidētibus repiunt in operationibus, et quædā in qbusdā corpori contingētibus, & quædā in egredientibus ab codē: puta in sputo, fecibus [e]*{, egressu sanguinis,} sudore, & urina.* e* ——

Quia iam explicuit rememorationē de morbis & ipsorū causis, incipit nūc referre accidētia post ipsos contingētia. nā accidentia cōsequunt morbos, sicut et morbi causas. & necessario fiūt ex eisdem. Inchoaut aūt in hoc à diuisione accidentiū in corū prima genera. vnde inquit q̄ ipsorū sunt tria genera. Quorū primū est accidentiū ab operationibus mēbrorū assumptorū: vtpote à nocumēto ipsorū. et hoc quidē est certius ex eis. Secundū est accidētium à qualitatibus corporis assumptorū: puta à citrinitate, macie, & qualitatibus alijs, quę contingunt corpori post ægritudinē ex imutatione ipsius. Tertiū genus est accidentiū sumptorum ab egredientibus à

bus à corpore: sicut ab immutatione fæcum, vrinæ, & sudoris, & fluxu sanguinis, & alijs exeuntibus.

214 *Egressus naturalis operationis à dispositiõe sua est triplex, s. ipsius debilitas, ipsius ablatio, et ipsius immutatio seu corruptio: q̃d in quolibet mẽbro est etiã manifestũ.*

Egressus operationis à dispositione sua naturali fit tripliciter: aut debilitatur, aut omnino aufertur, aut sic immutatur q̃ indebite fiat. Vnde exẽpli gratia, si digestiua stomacho debilitetur, egredietur cibus indigestus. si vero auferatur, qualis assumitur, egredietur. sed si calore indebite alteretur, vretur quidem cibus, et fumosus efficietur. & hæc quidem genera sic in omnibus operationibus sunt reperta. hoc enim notum est in visu.

215 *Debilitas enim operationis uisus est, cùm aliquis debiliter uidet: & ipsius ablatio, cùm omnino uisus prohibetur uel aufertur: & ipsius corruptio & inconuenies immutatio, cùm imaginatur se uidere, quæ non uidet.*

Exemplum debilitatis operationis est sicut debilitas visus. Et exemplum alterationis eius est sicut visus ablatio, & dicitur [illegible] cæcitas. Exemplum vero malæ et corruptæ [illegible] est, cùm quis imaginatur q̃ videt quæ non videt, & bene videtur ei esse q̃ non est: sicut est, cùm videtur ei vnum duo esse.

216 *Exempla uero horum proportionabilia reperiuntur in accidentibus [illegible] contingentibus alijs operationibus.*

Hæc uero [illegible] *accidentium* reperiuntur in omnibus alijs operationibus, sicut & dictum est de operatione visus. Est autem sciendum, q̃ ipsimet morbi sunt causæ horum accidentium. Nam si corruptio, vel immutatio operationis fuerit in membro cõsimili, erit quidem causa ipsius vna ex octo speciebus malæ complexionis. Si vero fuerit in organico, erit causa ipsius vna ex speciebus morborum organicorum.

a De accidẽtibus perceptis ex sensu

²{Accidentia super æqualitate corporis.}

217 b q̃ idcirco,

Sensus usus attingit, et percipit interdum aliquod ex accidentibus qualitatum corpori contingentibus, sicut citrinitatem b{ }, *& tumorem uisu perceptibilem. Et interdum attingit & percipit auris aliquod ex eisdem, sicut sonum uentris in hydrope. Et percipit etiã ex eis aliquod sensus odoratus, quemadmodum fœtorem contingentem in ulceribus putridis, & corruptis. Ex eis etiam est quod suo sapore gustus percipitur, sicut contingit cùm acredo uel acetositas in ore percipitur. Tactu etiam quoddam ex eis cognoscitur: sic enim per tactum cognoscitur cancri duricies.*

Accidẽtia sumpta à qualitate corporis sunt quinq̃, sm numerum quinque sensuum. Nam ex eis sunt quæ attinguntur, & percipiuntur sensu visus: sicut colores à natura egredientes: puta citrinitas ictherico contingens, & tumor in patiente apostema, & alijs apparens. Et ex eis sunt quæ aure, vel auditu attinguntur, sonitus egredientes à natura: sic enim auditur rugitus, et gurgulatio in vẽtre hydropici, cùm ab vno latere ad aliud mouetur. Ex accidẽtibus etiam percipiuntur quędam odoratu, sicut in his, quorum odor est fœtidus: vtpote in vlceribus fœtentibus ratione putrefactionis & similiter calefactionis eisdẽ contingentis. Et ex eis sunt, quę suo sapore per sensum gustus percipiuntur: sicut cõtingit in ore amaritudo, vel acetositas. Ex his accidẽtibus sunt, quæ sensu tactus cognoscuntur sicut durities contingens membro, in quo est cãcrosum apostema. Sunt autem quatuor humores causæ horum accidentium.

Accidentia ab egredientibus à corpore.

Super accidentia ab egredientibus à corpore sumpta, excitantur quidem quinq; sensus. 218

Quinq̃ sunt spẽs accidẽtiũ ab egrediẽtibus à corpore assumptorũ sm numerũ ipsorũ sensuum! sic. n. est in eis, sicut in spẽbus accidẽtiũ sumptorũ ab his, quæ corpori contingunt. & ipse quidem refert eas cõsequenter.

Sicut in urina, si rubea sit uel nigra: & sputo si fuerit uelut sanguis, uel sicut butyrũ: et i eo q̃d quidẽ rõne dissolutiõis uel resolutionis egredit, sicut cõtingit in uẽtositate, sternutatione, singultu. in uomitu ẽt repit interdũ acetositas, amaritudo, uel stypticitas. et cũ urina fuerit fœtida, significat quidẽ sup ueficæ ulcera. & in sudore sentit, si frigidus fuerit uel calidus, tenuis uel uiscosus. 219

Accidentia visu percepta in egredientibus à corpore per operationem naturæ, sunt sicut rubedo vrinæ, & ipsius nigredo in febre apparentes, & sicut sputum sanguineum, i. rubeum ab ore egrediens, & butyrosum, i. album apparens in morbo pulmonis. Accidentia autem, quæ in egredientibus à corpore percipiũtur per auditum, sunt soni contingentes ex impulsione naturę, su perfluitates à corpore expellentis: sicut cõtingit in ventositate deorsum egrediente, & sternutatione, quæ contingit cùm caput superfluitates digestionis suæ sup nasum impellit, & singultu contingẽte ex impulsione humorum nocumentum stomacho inferentium. Sed qui percipiũtur per saporem, sunt sicut acetositas percepta in eo, quod à stomacho egreditur cum vomitu: & similiter amaritudo, & stypticitas. hi enim sapores interdũ cum vomitu sentiũtur. Quæ autem odoratu sentiũtur, sunt sicut fœtor vrinæ significans super vlcera veficæ: significat nihilominus etiam super corruptionẽ & putrefactionem in corpore existẽtem. Quæ autem ex istis sensu tactus percipiuntur, sunt sicut sudor ipse. percipitur enim per eũ aut calidus vel frigidus, tenuis vel viscosus. Quidam tamen opinati sunt, q̃ tenuitas & viscositas sensu visus percipiantur.

Hæc quidem accidẽtia sunt patientium passiones, & apud nos signa & demonstrationes. Et postquam fecimus rememorationem de his quasi transitorie, et in generali, faciã nunc rememorationem de eisdẽ in speciali. 220

Hæc quidem accidentia, quorum rememorationem fecimus, sunt in ęgris passiões, & apud Medicos signa sunt super eorum morbos demonstrativa. Et hoc ideo, quoniam morbi sunt causa accidẽtium, & causata quidem attestantur, & significant super suas causas. vnde sicut fumus significat, & attestatur super ignem, sic qui dem accidentia significant super ægritudines. pro tãto placuit sibi referre nunc hæc accidentia inquantũ sunt signa demonstrativa, & significantia. Hęc aũt est tertia ex partibus huius scientiæ, s. de rebus extra naturam.

Rememoratio Signorum.

Omne signum, sicut dictum est, est rememorativum, aut præsentis indicativũ, uel futuri prognosticum. est tñ utile nõ necessariũ nobis quod referimus ex eo q̃d præterijt, sicut humiditas terminati sudoris. 221

Tres autem sunt species signorum. Nam si significet super ægritudinem præsentem, dicitur indicativum: & si significat super ægritudinem præteritam & terminatam, dicitur rememorativũ: rememoratio enim & memoria sunt eius, quod præterijt: si vero significet super ægritudinem futuram, appellatur prognosticum. Deinde inducit exemplũ rememorativi, & dixit: sicut humiditas,

miditas, &c. i. sicut humiditates, quas reperit Medicus in corpore patientis, significantes ei q̃ patiẽs iam sudauerat in præterito: & interdum significãt ei q̃ ægritudo iam fuerit terminata. hoc autem genus non est Medico necessarium, nisi per accidens, sicut diximus.

222 *Omne illud, quod significat super illud quod iam existit, neq; non etiam quod significat super illud quod speramus, est quidem multum necessarium: cura enim conueniens fit à nobis cum auxilio huius rei.*

Quod ex signis significat super ægritudines præsentes, & super futuras generari, & super accidentia ex ea rum generatione contingentia, est quidem ex his, quorum cognitio est perutilis & multum necessaria in hac arte. innitimur enim his cum securitate.

223 *Ex his quidem signis sunt quædam generalia, & quædam specialia, & particularia alicui ex membris: de quibus quidem specialibus faciã rememorationem in arte seu parte artis curatiuæ.*

Signa harum duarum specierum diuiduntur. Nam quædã horum sunt specialiter significantia sup quamlibet ex ægritudinibus: & ex eis sunt quædam generalia significantia morbos in generali. & ipse quidem incœpit à rememorationе generalium: & loquitur de specialibus, cũ loquit de cura cuiuslibet morbi, vt ipse dicit.

Rememoratio signorum indicatiuorum.

224 *Omne signũ generale sumit à mẽbris principalitatẽ et dñium habẽtibus: puta ab hepate, cerebro, et corde: hæc. n. secũdũ ueritatẽ dicunt principalia.*

Signa generalia sumũtur ab accidentibus membris principalibus contingentibus. & quia membra sunt, quæ exercent operationes multas in multis mẽbris corporis, ideo quidem accidentia eis contingentia significant super corruptionem, & malam dispositionẽ plurium ex mẽbris corporis, & in summa super læsionem & nocumẽtum vnitum ex speciebus virtutum primarum generalium in corpore existentium. Sicut accidentia reperta in vrina significant super morbos & nocumenta virtutis naturalis in hepate existentia, & contingentia. & accidentia pulsus super morbos vitalis virtutis sm opinionem Medicorum: et sm Philosophum super morbos virtutis nutritiuæ.

225 *Vt cũ est rectæ formatiõis seu imaginatiõis, et rõciatiõis seu cogitatiõis, sanæ memoriæ et recordationis.*

Sanus mente dicitur cùm est rectę imaginationis, iustæ seu rectæ cogitationis, & sanæ recordationis. Voluit autem sic loqui, quoniam cùm lædiatur aliqua ex prædictis operationibus, significat super læsionem partis cerebri illi operationi appropriatæ. Est autem anterior pars cerebri locus imaginationis seu formationis: & mediũ cerebri est locus ratiocinationis: sed pars eius extrema est locus memoriæ & recordationis. Vnde significat q̃ in patiente, malitiam imaginationis & formationis sit morbus in anteriori parte cerebri. & significatur, cùm patitur mẽs & ratio, q̃ medium cerebri patiatur. cùm vero memoria patitur, significatur q̃ posterior pars cerebri sit ægrota.

226 *Motus etiam & sensus laudabilis significat super capitis sanitatem: & nocumenta eis contingẽtia denotant proculdubio q̃ morbi existant in cerebro.*

Quod hic dicitur, est per se notum. Nam cùm motus corporis, & perceptio sensuum sani sunt et laudabiles, significant quidem super capitis sanitatem: & cùm lædiuntur, significant super capitis morbos.

Cùm cor incedit recte in pulsatione sua, tunc eius dispositio est pacifica, & tranquilla. ³{ } 227

a Et pulsus, cũ variat a consueto modo, significat corruptionẽ. Et per ueritatẽ pulsus significatur super species diuersas ægritudinum.

Si cordis pulsus moueatur, velut consuetũ est & debitum, significat super cordis sanitatem. Si vero deuiet à consueto & sibi debito per naturã, significat quidem morbos: sicut cũ variatur, & diuersus in pulsationibus efficitur. tũc enim attestatur super diuersas species ęgritudinum. Nos autem declarabimus consequẽter, quis & qualis sit talis pulsus diuersus.

Genera Pulsus.

Neq̃quam fuerunt genera pulsus in numero denario posita, nisi ab ore sapientis, quoris quidem primus ab æstimatione dilatatiõis est assumptus: ipse enim significat super dominium & fortitudinem uirtutis, & ipsius æqualitatem. 228

Genera prima pulsuum sub denario numero includunt: sm q̃ ea sapientes dixerunt & nunc auerunt quorum quidem primum existit ex æstimatione dilatatio nis. Venæ quarum quidem dilatatio est interdũ fortis & valida, & interdũ proportionata. [illegible] generata.

Magnus autem est, cuius diameter [illegible] et descendunt, & significans super [illegible] secundum suam æstimationem. 229 b. vel de tanque

Quia dixerat q̃ vnum ex generibus pulsuum reperitur in qualitate seu dispositione dilatationis venæ, accedit nunc ad referendũ species sub hoc genere existentes, i. in quas diuiditur genus illud. Vnde inquit quod vna ex eisdem est illa, quæ scilicet est nota in pulsu magno: & est ille qui ascendens dicitur, i. eminens in omnibus suis dimensionibus, scilicet in longũ, latum, & profundum: vt qui magis debito in longum extenditur, aut in latum, aut quia magis debito secundum membrum, in quo est, eleuatur.

Parvus pulsus est contrarius in uirtute, & etiã pulsus longus, & brevis. 230

Voluit dicere q̃ pulsus, qui paruus dicitur, est in hoc genere contrarius pulsui magno. & ipse quidem est in omnibus suis dimensionibus diminutus & depressus. & refert consequenter alias duas species pulsus: & sunt illi, qui dicuntur longus, & brevis. Est autẽ longus pulsus, cuius longitudo augetur vltra longitudinem naturalem: & brevis quidem est huic contrarius, s. diminutus à sua longitudine naturali.

Ex eo etiam est strictus, & latus: necnon etiam eminens, & profundus. 231

Hi etiam sunt quatuor alij: quorũ vnus dicitur strictus, et est ille cuius latitudo minor est latitudine suã naturali: secundus autem est ille, qui dicitur latus, et est ille cuius latitudo maior est latitudine sua naturali: tertius vero est ille, qui dicitur eminẽs, & est multum altus: sed quartus est huic cõtrarius, & est profundus: medius autem est æqualis inter omnes has species, et est naturalis.

Genus eius relatum tempori motus, est uarium & diuersum, ex quo est pulsus uelox, magnæ iactantiæ, et significat quidem super uim & calorem. Ex eo ẽt pulsus est tardus c{dominans congelationis: unde significat super debilitatem cum frigiditate.} 232

c q̃ habẽt frigiditatem, vel congelationem

Secundum quidem genus pulsus sumptũ est ab existimatione temporis motus eius, ex quo quidem est velox in motu suo, significat super dominium & abundantiam virtutis & caloris. et ex eo est tardus in motu.

qui quidem significat super debilitatem virtutis & frigiditatē. & naturalis quidem in hoc genere est medium inter ambos.

233 *Genus sumptum ab existimatione temporis quietis diuiditur in suas species, ſ. in frequentem ſpiſſum & sine quete significantem super debilitatem uirtutis, et*

a. calorem *²{caloris,}& in rarum, sibi contrarium, qui super laxitatem & frigiditatem atteſtatur.*

Genus pulſus ſumptum ab exiſtimatione quietis diuiditur in frequentem, ſpiſſum, & eſt ille qui modicam habet quietem: qui quidem debilitatem virium ſignificat & caloris. virtus enim ratione ſuæ debilitatis in dilatando venam reiterat magis debito venæ extenſionem & dilatationē: & ratione exceſſus caloris feſtinat magis debito motum ſuū: & inde ſequetur quietis abbreuiatio & diminutio. & in valde tardum & rarum, qui ſ. contrarius eſt prædicto, & ſignificat ſuper laxationem arteriæ, & frigiditatem complexionis.

234 *Genus ſumptum à diſpoſitione uirtutis diuiditur in fortiter pulſantem & magnū, & in sibi contrarium debil em, cuius pulſatio profunda eſt & exilis.*

Quartū genus pulſus eſt ſumptū à diſpoſitione virtutis pulſatiuæ, & diuidit in duas ſpēs, ſ. in fortiter pulſantē & percutientem digitos, et in debiliter percutientē.

235 *Ex genere ſimilito à corpore uenæ per tactū eſt pulſus diuersi, qui attēditur ſuper ſiccitatem: & ex eo eſt, quitactū molliciē & humidius reperitur, ſignificās ſuper ſui corporis humiditatem.*

Genus pulſus ſumptum à diſpoſitione & qualitate venæ pulſatilis diuiditur in duas ſpecies. Quarū vna eſt, cùm Medicus ſentit corpus venæ pulſatilis durum: & hoc quidem ſignificat ſuper ſiccitatē complexionis corporis patiētis. Secūda vero eſt, cum ſentit Medicus venam pulſatilem humidam & mollem: quæ ſignificat complexionis humiditatem corporis patientis.

236 *Genus ſumptum a prima qualitate corporis uenæ ſignificat rectē ſuper complexionem: ſ. frigidus ſuper frigidam, & calidus ſuper calidam.*

Proculdubio genus ſumptum à qualitate corporis venæ pulſatilis diuidit in duas ſpecies: & ambæ ſimul ſignificant æqualiter ſuper complexionem: quarū vna eſt cùm ſentitur vena pulſatilis frigida, & ſignificat ſuper complexionis frigiditatem: ſecunda vero eſt cū ipſa ſentitur calida, & ſignificat ſuper complexionem calidam. Eſt autem hoc genus eiuſdem qualitatis cū eo, quod ante ipſum: ſunt enim de numero qualitatum tangibilium.

237 *Genus ſumptū ab eo, quo repletur ᵇ{uena,}declarat diſpoſitionem & eſſe humorum eius: plenus enim ſuper humorum abundantiam, & uacuus ſuper ipſorum diminutionem habet atteſtari.*

b *arteria.*

Genus ſumptum ab eo, quod circūdat vena pulſatilis, ſignificat quidem ſuper multitudinem aut diminutionem humorum ſignificatione manifeſta. Nā ſi perciatur plena, ſignificat quidem ſuper augmentū humorū: ſi vero vacua, ſuper eorū diminutionē & paruitatē.

238 *Genus ſumptum ex motionibus & quietibus pulſus, detegit quidem ad ſenſum tactus ſpecies eius. Eſt autem ex eo ſpecies iuſti ponderis, & conueniens pulſibus ætatum, tēporum anni, et regionis. Ex eo etiam eſt egrediens a debito conſueto.*

Hoc quidem genus ſumitur ex cōparatione temporis motus pulſus ad tempus quietis ipſius. ſunt autem duo motus & duæ quietes ipſius. Vnus autem ex motibus eius eſt, cū arteria extenditur & dilatatur, & alius cùm ſtringitur. Et vna quidē ex duabus quietibus eius eſt inter finē dilatationis & principium eius cōſtrictionis: ſed ſecunda eſt inter finem conſtrictionis. et principium dilatationis. hoc autem ideo eſt, quoniam inter quoslibet duos motus cōtrarios in vno motore exiſtentes oportet de neceſſitate eſſe quietem mediam inter eos ambos exiſtentem. Cùm autem dixit ſuperius quietes, intellexit has duas quietes: & cùm dixit motus, intellexit hos duos motus. vnde inquit ꝙ in comparatione temporis quietis pulſus ad motum eius eſt genus eius, ſub quo ſunt ſpecies detectæ & manifeſtę ad ſenſum: ex quibus quidem eſt ſpecies illa, quæ dicitur pulſus iuſti ponderis: & illa, in qua comparatio & proportio temporis motus ad tempus quietis eſt naturalis. Et cùm dixit ꝙ eſt conueniens pulſibus ætatum, &cæ. intellexit ꝙ talis proportio variatur et diuerſificatur penes diuerſas ætates, tempora anni, et regiones. Naturalis enim in hoc eſt ille, qui congruit ætati eius, cuius eſt, & ſimiliter tempori anni, & regioni eius. Egrediens vero à natura eſt ille, qui diſcōuenit ei, cuius eſt ſm iſta, vt ſ. ſit in eo alia proportio motus ad quietem, ꝙ prætēdat in eodem ætas, tempus anni, & locus habitationis eius. Iuſtus autem pondere naturali eſt ille, qui in complexione æquali, & temperata ætate, temperato etiam tempore anni, & regione, et ſimilibus in tēperie reperitur: talis nanq; pulſus dicitur iuſtus ad pondus & ponderatus.

Ex eo etiam eſt pulſus contrarius ei, quem præmiſi ſine pondere. 239

Intellexit pulſum ſine ordine illum, in quo proportio exiſtens inter motum & quietem, eſt proportio egrediens à proportione naturali. Oſtenduntur autem Medici ꝙ talis proportio naturalis eſt, ꝙ ſit motus tantus, quāta quies, & quantū plus, ſm ꝙ mihi videtur. Nunc inquit etiam Gale. quod duę quietes eius ſunt, & etia motum inter ambas exiſtentem. Cùm autem dixit ſuperius quietes, intellexit has duas quietes: & cùm dixit motus, intellexit hos duos motus. vnde inquit ꝙ in comparatione temporis quietis pulſus ad motum eius eſt genus eius, ſub quo ſunt ſpecies detectæ & manifeſtę ad ſenſum: ex quibus quidem eſt ſpecies illa, quæ dicitur pulſus iuſti ponderis: & illa, in qua comparatio & proportio temporis motus ad tempus quietis eſt naturalis. Et cùm dixit ꝙ eſt conueniens pulſibus ætatum, &cæ. intellexit ꝙ talis proportio variatur et diuerſificatur penes diuerſas ætates, tempora anni, et regiones. Naturalis enim in hoc eſt ille, qui congruit ætati eius, cuius eſt, & ſimiliter tempori anni, & regioni eius. Egrediens vero à natura eſt ille, qui diſcōuenit ei, cuius eſt ſm iſta, vt ſ. ſit in eo alia proportio motus ad quietem, ꝙ prætēdat in eodem ætas, tempus anni, & locus habitationis eius. Iuſtus autem pondere naturali eſt ille, qui in complexione æquali, & temperata ætate, temperato etiam tempore anni, & regione, et ſimilibus in tēperie reperitur: talis nanq; pulſus dicitur iuſtus ad pondus & ponderatus.

Aliud genus eius ſumitur ab æqualitate uniformitate, aut diuerſitate & inæqualitate ipſius. 240

Hoc genus pulſus diuiditur in duas ſpecies, ſ. in illum qui dicitur vniformis ſiue æqualis: & illū, qui diuerſus & inæqualis dicitur, qui ſ. contrarius eſt primo,

Qui rectē incedit uniformiter & ordinate, dicitur 241 *unitus ſiue æqualis: qui uero claudicat & deuiat in hoc, inæqualis dicitur, & diuerſus.*

Intellexit quidem per pulſum vniformem, & æqualem, illū cuius quidem percuſſiones cōueniunt in pondere, & in genere dilatationis, & genere tēporis motus, & genere temporis quietis, necnon etiam in genere fortitudinis & debilitatis. qui. n. eſt vniformis in his omnibus, dicitur æqualis. hæc omnia autem habēt eſſe ſm quantitatem, cùm ſit in eis proprie æqualitas. ideo quidem declarauit ea, & repoſuit ſub hoc genere ſumpto à proprietate quantitatis.

In diuerſitate generis ſumpti à numero percuſſio- 242 *num arteriæ ſunt differentiæ.*

Differens quidem percuſſionibus eſt ille, in cuius diuerſitate ſunt differentiæ. h oc aūt ideo dixit, quoniam ex ſic differentibus eſt, qui diuerſificatur in multis percuſſionibus: & ex eis eſt, qui ſolum in vna percuſſione variatur & diuerſificatur.

Differēs pluribus percuſſionibus diuiditur in duas 243 *ſpecies.*

Differens

Differens pluribus pcuſſionibus diuiditur in duas ſpecies: quarum duarum ſpecierū facit mētionem poſt.

244 *²{In inæqualitate & diuerſitatibus ordinatum} & ordine carentem, quem ſcilicet anima percipere nequit.*

2. in ordinatō diuerſum

Voluit poſt oſtendere quòd inæquale & differēs pluribus percuſſionibus diuiditur in pulſum in huius diuerſitatibus ordinatum & in pulſum nullum ordinem ſeruātem in eiſdem, i. cōtrarium primo de quo inquit, quòd anima nequit ipſum comprehēdere. Intelligit autem per inordinatum in huius diuerſitatibus illum, cuius aliquæ percuſſiones ſunt diuerſæ inter multas vniformes, ita ſcilicet ꝙ ſit vna diuerſa inter plures vniformes, aut huic contrariū. Et poſt hæc diuiſit ordinatum in duas ſpecies, & dixit.

245 *ᵇ{Dominus huius ordinis} dicitur reuerſiuus: & eſt ſecundum dictum noſtrum ille, qui poſtquam nunc ſic percuſſit, reuertitur conſequenter ad percutiendum ſicut prius.*

b* Bi habēs ordinem

Intelligit quòd ex ordinatis in huiuſmodi diuerſitatibus eſt quidā, cuius diuerſitas redit poſt aliquas percuſſiones vniformes, i. ꝙ reuertitur ad diuerſam percuſſionem poſt determinatas percuſſiones ſimiles & vniformes: & eſt ille, quem intellexit, cùm dixit: qui poſtquā nunc ſic percuſſit, reuertitur, etc. i. cùm nunc percutit manū, eſt in aliqua forma diuerſitatis: & conſequenter per determinatas percuſſiones æquales reuertitur ad illam eandem formam in pulſando & percutiendo. & quidam ex eo eſt, cuius diuerſitas minime redit ſicut prius: & conſequenter fecit huius mentionem.

246 *c{Ex eo etiā}eſt, cuius regreſſus minime ſunt uniformes: & talis eſt qui cauda ſoricis appellatur.*

c. Et qdam

Intellexit ex his diuerſis & inæqualibus percuſſionibus, ꝙ quidam non regrediuntur ſeu redeunt poſt determinatos regreſſus percuſſionum æqualium in has inæqualitates. Ex hac autem ſpecie eſt pulſus, qui cauda ſoricis appellaſ: & eſt pulſus ille, qui à principio ſuę pulſationis magnus apprehenditur, ſecunda autē eius pulſatio conſequenter minor prima percipitur, nec ceſſat à tali diminutione pulſationū, donec quaſi ad nihilum deueneri: adeo ꝙ interdum vltima ſenſui percuſſio occultatur, & interdum minime. Et ex hoc quidem comparat ipſum caudæ ſoricis: quoniam cōtinue poſt eius magnitudinem minuitur & ſubtiliatur, ſicut & cauda ſoricis. & huiuſmodi quidem pulſus diſpoſitio reuertitur interdum, & interdum nequaquam, ſ. ad primā diſpoſitionem, & ordinem. Et poſtquam retulit differentem, & inæqualē in pluribus percuſſionibus, refert conſequenter inæqualem in vna percuſſione.

247 *Eſt etiam ex eo, qui differēs ſeu diuerſus in una percuſſione reperitur cum menſura quatuor digitorum.*

Diuerſus & inæqualis in vna percuſſione dicitur ille, cuius partes ſunt diſſimiles in his generibus repertis in vna percuſſione arteriæ reperta in arteria: vt cū eū erit velocitas diſſimilis vnius pcuſſionis. & ſic erit de alijs generibus. & hoc, quia erit arteria in principio ſui motus multum velox, & in fine multum tarda: & è conuerſo. Et poſtquam oſtendit quid ſit differens in vna percuſſione, cuius ſunt plures ſpecies, ex quibus quidā habent propria nomina, & quidam non, ideo inquit.

248 *Ex eo etiā eſt proportionatus alicui rei, & quidam ſunt qui nulli rei referuntur. & ſermo quidem noſter erit nunc ſuper nominatas.*

Ex his quidē ſpeciebus ſunt quędam nomen habentes & quædam non, & primæ quidem proportionantur & referuntur alicui rei. & nos quidē loquemur nunc de nomen habentibus.

Ex his quidem eſt pulſus interciſus, & ᵈ{dominus 249 *cōiunctionis,}ex his & eſt altus, humilis, et depreſſus.*

d. ex his eſt habens continuitatem

Ex ſic diuerſis vna percuſſione eſt ille, cuius percuſſio prius interciditur & finditur, & conſequenter vnitur & iungitur. ex his etiam ſunt, quorum partes quædam ſunt altæ, quædam humiles, & depreſſæ.

Ex his etiā eſt, in cuius percuſſione duo ſunt ictus, 250 *& ex eis, in quo ſunt plures.*

Hic pulſus ſimilatur malleo, quo percutitur ſuper incudem, & ſola reſiſtētia incudis per ſei primo elevatur, & conſequenter per ſe percutit incudem iterato.

Eſt etiam ex eis uermicularis, & ſerinus, ſimiliter 251 *formicularis, & undoſus.*

Vermicularis quidē ſimilatur [illegible] qui contingit ex debilitate virtutis [illegible] impellere: qui quidē fortior eſt formicularis. [illegible] autem aquarum vndis aſſimilatur, & [illegible] ditatis dominium, & ſudorem [illegible] aſſimilatur ſerræ dentibus: quī [illegible] ſuper apoſtemata in tunicis interiorum [illegible] nerat, puta ſuper pleureſim, & alia ab eo.

Ex his etiam eſt ille, qui tremulus dicitur [illegible] 252 *ſignificans ſuper hecticam.*

Hic quidem pulſus, ſ. tremulus, ſignificat ſuper ſpūmum: & ſimilis ei ſignificat ſuper hecticam.

Omne quidem pulſus genus continet duas ſpecies, 253 *et ambæ ſunt cōtrariæ: inter quas eſt una æqualis, quæ ex ambabus contrarijs deſcendit, ſeu reponit in gradu.*

Omnis pulſus ex generibus prædictis continet ſub ſe tres ſpecies: ex quibus duæ habent rationem extremorum, ſ. pulſus exceſſiuus in illo genere, & diminutiuus: & medius inter ambos eſt æqualis in illo genere.

Inter ſpecies uero generalis diuerſitas eſt multa, & 254 *non eſt æqualis & media in diuerſitate.*

Inter ſpecies, quas retulimus, ſunt varietates, & alij ab eis habent medium.

Ex pulſu temperati cōporis cognoſces pulſum cu- 255 *iuslibet, donec ſcias ex eo cui lateri æquatur, aut inæqualis efficiatur.*

Pulſus cuiuslibet cognoſcitur per comparationem ad pulſum, æqualem complexionem habentis. Et medius quidem, & temperatus in illis generibus conuenit cum pulſu eius: inæqualis vero & intēperatus eſt ei diſſimilis. vnde in comparatione eius ad aliud ſcitur verſus quod genus egrediatur ab æqualitate, aut ad quem exceſſum, vel diminutionem declinet.

Omnis pulſus egrediens à diſpoſitione conuenienti 256 *dicitur comparari ad egreſſum complexionis eius.*

Egreſſus cuiuslibet pulſus à pulſu æquali eſt quidem ſecūdum egreſſum complexionis ipſius à complexione æquali: ideſt declinatio pulſus illius erit ſecundū declinationem complexionis eius.

Scito eſſe uarias ſpecies pulſuū in diuerſis ætatibus, 257 *quatuor anni temporibus, & diuerſis regionibus.*

Sciendum ꝙ diuerſæ ſunt ſpecies pulſuum ſm diuerſa tempora ætatum hominis, & ſm quatuor anni tempora, neq; non etiam ſm naturas varias regionum. & hoc quidem eſt neceſſarium, quoniam vnica complexio ſm diuerſitatem ipſorum variatur.

258 *Et etiam in diuersis complexionibus hominum, & habitudinibus: masculis, & mulieribus.*

Est etiam sciendum ꝙ diuersæ sunt species pulsuum ſm diuersas complexiones hominum, & habitudines diuersas, id est ſm maciem, & pinguedinem: & etiã ſm maris, & mulieris complexionẽ. & hoc, quoniam pulsus naturalis diuersificatur etiã & variatur penes ista. vnde Medicus qui hoc ignorat, ignorat quidẽ pulsum æqualem in quolibet hominum.

259 *Pulsus uelocitas cũ magnitudine est in calido, sicut etiam & in ætate iuuentutis, & in masculo.*

Pulsus calidę complexionis est velox & magnus. talis etiam pulsus est iuuenum, & masculorum: est enim calor excellens in istis.

260 *Talis autem est in regione & habitatione meridionali, macro, præguante, & æstate.*

Locus etiam meridionalis, & regio significat ꝙ præ multitudine caliditatis suæ pulsus quidem incolarum suorum velox sit & magnus. talis etiam est pulsus maceri: & hoc ratione excessus caloris eius. & etiam pulsus prægnantis ipsa enim calefit ex affinitate fœtus.

261 *In frigido enim est pulsus paruitas, & tarditas: & consimilis quidem est in senibus, & [a]{autumno.}*

a. hyeme

Pulsus enim frigidas complexiones habentium paruus est & tardus, cõtrarius ſ. pulsuum complexionum calidorum. talis etiam est pulsus senum, & autumni. & hoc ratione frigiditatis in his etiam ætatibus & temporibus dominantis.

262 *Consimilis quidẽ est in mulieribus, & in pingui carnem laxam habenti, & talis etiã est in septentrionali.*

Pulsus quidem mulierum paruus est & debilis: & talis etiã est hominis pinguis, cuius caro est laxa: et etiam habitantis in septentrionali.

263 *Cuiuslibet sicci quidem pulsus est durus, & cuiuslibet humidi est quidem pulsus mollis.*

Cuiuslibet hominis habẽtis complexionem siccam est pulsus durus. & cuiuslibet hominis habentis cõplexionem humidam est pulsus mollis.

264 *Pulsus cuiuslibet habentis cõplexionem æqualẽ & temperatã similatur quidẽ pulsui perfecto ipsius ueris.*

Pulsus habentis complexionem æqualem aſſimilatur pulsui veris iam perfecto. intelligit autem ꝙ pulsus cuiuslibet ex istis duobus sit æqualis.

265 *Quartum clĩma sequitur complexio prædicta.*

Æqualis complexio sequitur complexionem quarti climatis ſm ipſum. verũtamen ſm opinionem Gale. quintum est temperatum, sicut diximus.

266 *Pulsus infantis frequens est et mollis: pulsus autem senis est tardus & durus.*

Pulsus quidem infantis est frequẽs propter calorem eius, & mollis ratione humidæ complexionis eius: & è conuerso pulsus senis ratione suæ frigiditatis est tardus, & durus propter complexionẽ ipsius naturalem, ratione ſcilicet complexionis ætatis eius.

267 *Pulsus cuiuslibet corporis multum humorem ferentis est ualde plenus.*

Omne corpus plenũ humoribus habet pulsum valde plenum.

268 *Omne corpus uacuum à materia habet pulsum illaudabilem, & uacuum.*

Omne corpus à materia humorum vacuum habet proculdubio pulsum vacuum.

Signa à Sputo.

269 *Pectus, & pulmo sunt organa animæ: quæ ſi quidem ſana fuerint, uitæ conſeruabuntur.*

Pectus, & pulmo sunt organa expirationis & anhelitus. & hoc ideo, quoniam cùm dilatatur pectus, dilatatur & pulmo ipſius versus latus, trahens ipſum ex neceſſitate ablationis vacui. vnde cùm pulmo ſit dilatatus et ampliatus, ingreditur aer in eum, ſicut ingreditur in follem poſt ſui dilatationem. cũ autem cõſtringitur pectus, conſtringitur & pulmo, & per conſequens egreditur aer ab eo, ſicut egreditur à folle cùm conſtringitur & premitur artificialiter. & addit quòd ſemper conſeruantur vitæ, quandiu pectoris & pulmonis diſpoſitio conſeruatur.

270 *Si operationes eorum declinant ad aliquam malitiam, cor ſiquidem ignitur ex ſui inflammatione.*

Si prædicta organa declinent à ſuis operationibus æqualibus & naturalibus, proculdubio cor ſui calefactione inflãmabitur: calor enim cordis attemperatur, & infrigidatur per anhelitum.

271 *Et ſputum quidem habet ſignificare ſuper accidentia pectori contingentia in quacunq; ægritudine eidem contingente.*

Cùm accidit aliquis morbus pectori, ſputũ quidem cum tuſſi habet ſuper diſpoſitionem illius pectoris in illa ægritudine atteſtari: & potiſſime in apoſtematibus eius, id est in apoſtematibus velaminis ipſius pectoris, & ſimiliter pulmonis.

272 *Ablatio ſputi proculdubio ſuper principiũ atteſtatur: ſignificat.* [b]*{materia in multo est digesta.}*

b. Ablatio sputi digestionis in eo nõ incepit. *al. cod leg. nullo

Pleureticus eſt ille, in quo ſimul quatuor accidentia vniuntur, ſ. dolor lateris pungitiuus, febris acuta, tuſſis, & ſputum. & ait ꝙ ablatio ſputi in principio huius morbi indicat morbũ ipſum eſſe in principio. & hoc, quoniam ſputũ eſt ſuperfluum eius, quod diſſolutum eſt in apoſtemate in pectore: propter quod priuatio ſputi ſignificat hunc morbum eſſe in principio, & ꝙ nihil diſſoluatur ex eo per viam digeſtionis.

273 *Si autem fuerit paruum & tenue, habebit ſuper digeſtionem debilem atteſtari.*

Si fuerit ſputum tenue, ſignificat ſup debilitatem digeſtionis materiæ apoſtematis, quæ eſt cauſa morbi.

274 *Si uero fuerit medium & æquale, in hoc quidem ſignificatur quòd morbus iam ad medium augmentum peruenerit.*

Si ſputum quidẽ inter tenuitatem & ſpiſſitudinem medium fuerit, proculdubio morbus iam peruenit ad medium temporis augmenti. ſunt enim quatuor morbi tempora, ſicut adhuc dicam, ſcilicet tempora principij, augmenti, ſtatus, & declinationis.

275 *Si autem fuerit multum ſpiſſum, tunc proculdubio eſt morbus in ſtatu.*

Si ſputum multum fuerit groſſum, indicat ꝙ morbus ſit in ſtatu.

276 *Tenuitas etiã ſputi ſignificat ꝙ humor faciens morbum leuis ſit, & ſubtilis.*

Tenuitas quidem eius quod ſputur, ſignificat ꝙ humor, ex quo fit apoſtema, ſit tenuis.

277 *Tale etiam ſignificat ꝙ morbus ſit uelocis & citæ* [c]*{digeſtionis}. Si uero fuerit groſſum, ſignificabit ſupra contrarium, & tardum.*

c. exiccationis vel coctionis.

Sputi tenuitas ſignificat ſuper velocẽ diſſolutionem morbi:

morbi: groſſum autem ſputum ſignificat ſuper contrarium, ſ. ſuper humorem groſſum, & tardam diſſolutionem, & conſumptionem morbi.

278 *Nigredo ſputi [a]{ }ſignificat ſuper uiosleutiam uſtionis.*

a. ſplendidis

Sputum quidem nigrum ſignificat ꝙ ſuper patientem dominetur complexio choleræ nigræ vſtæ: & talis cholera moueturꝭ ideo tale ſpuitur ſputum.

279 *Sputum uero uiridis coloris ſignificat ſuper choleram citrinam, & porrinam.*

Sputum viride ſignificat ſuper dominiũ choleræ *citrinæ: pro tanto ipſum eſt ex ſignis malis.

*z. l. pituitæ.

280 *Sputum habens citrinitatem claram ſignificat ſuper choleram uitellinam.*

Omne ſputum, cuius citrinitas vergit ad quandã albedinem, ſignificat proculdubio ſuper quandam ſpeciem choleræ rubeæ, quæ vitellina dicitur & ipſa quidem eſt minus mala ꝙ viridis.

281 *Sputum album ſignificat ſuper humorẽ phlegmaticum. Et rubeũ ſuper ſanguinem. Et ſputũ cuiuſq; fœtidum eſt proculdubio putrefactionis ſignificatiuum.*

Intellexit ꝙ in habẽte ſputum fœtidum, & mali odoris, eſt ſignum, quòd pulmo eſt corruptus. tale autẽ ſputum accidit phthiſicis prope mortem.

282 *Omne ſputum ſine fœtore ſignificat ꝙ in eius pulmone nulla ſit putrefactio.*

Omne ſputum, immune ab horribili odore & fœtido, ſignificat quidem quòd pulmo non incurrerit aliquam putrefactionem.

283 *Si ſputi figura rotunda ſit, & cum hoc patiens frebrem patiatur, hoc erit quidem ex ignis, ꝙ [b]{in diaphragmate eius ſit apoſtema.}*

b. In burſen ceciderit

Ferunt Medici ꝙ ſputum rotundum & globatum ſignificet ſuper phthiſim. ego tamen non ero de primis dicẽtibus hoc, quòd ſignificet ſup diaphragmatis apoſtema. Intellexit autem hoc apoſtema, quod dicit Arabice birſen. Quòd ſi cum prędicto ſputo erit febris valde vrẽs, ſignificat ſuper ſaniei generationẽ in diaphragmate. ſi vero cum eo aſſit febris lenta & chronica, ſignificabit quidem ſuper phthiſim. & hoc quidẽ intellexit in hoc dicto ſuo.

284 *Si patiens nõ ceſſauerit tuſſire, iam quidem incidit in phthiſim. Sputum aũt egrediens ſine tuſſi et difficultate, ſignificat ſuper perfectã digeſtionẽ [c]{ }*

c. & eſt ea albedo, gt of ſtines continuz vel æqualis, ſine putredine euenies primo

Sputum quidem ſignificãs ſuper perfectam digeſtionẽ, eſt illud, in quo quinq; ſequentes cõditiones vniuntur, ſ. ꝙ ſit album, ſpiſſum, & coniunctum, & ſine tuſſi laboriosa egrediatur, et ſine fœtore ſeu odore horribili.

Rememoratio ſignorum ſumptorum ab operatione Hepatis.

285 *Generatio quatuor humorum eſt in hepate, ex cuius augmento augetur humor in corpore.*

Generatio quatuor humorum eſt in hepate: & cùm augetur eorum generatio, in eo augentur & humores ipſi in corpore toto.

286 *Omne membrum ratione ipſius augetur: eſt nihilominus in ipſo membro propria operatio.*

Intellexit ꝙ omne membrum in corpore ratione hepatis augeatur: & ꝙ nihilominus mẽbra nutritiua ſint, id eſt in nutrimento ex propria operatione eis appropriata, agẽtia. Eſt ergo prædicta operatio in eis ratione hepatis: hoc eſt dictu, ꝙ quia hepar eſt fons virtutis naturalis, ſunt per ipſum virtutis naturales in reſiduo corpore: vnde egrediuntur & ſuguntur ab eo, ſicut ſunt & vitales à corde, & ſenſitiuæ à cerebro. Hoc tamen eſt ſm opinionem Hippocratis, Galeni, & Platonis.

Ex uapore autem ipſius fit ſpiritus. 287

Ex vapore quidem in hepate exiſtente fit ſpiritus naturalis, quo quidem membra ſuas exercẽt operationes naturales. hæc autem minime ſenſu percipiũtur. ſed eſt dictum, ad quod opinione ſolum attingitur. hanc autem opinionem ſum alibi perſcrutatus.

288 [d]*{Ex reliquo corpore ſeu humore eius} ſano fit corpus ſanum. eſt aũt humor ſanus, cũ hepar ſanũ fuerit.*

d. Ex humore mundo ſis corpo. ſanũ. ex humore enim

Sanitas corporis ſtat in ſanitate hepatis. ſanitas. n. corporis ſtat per ſanitatem humorum, cùm ſ. exiſtunt ſm naturalem diſpoſitionem. talis autẽ ſanitas humorum ex ſanitate hepatis eſt.

289 *Et aquæ quidem deuehunt cibũ ad ipſum: miſcenturq; cuilibet humori ſuper eum dominanti.*

Aquæ quidem in potu ſumptæ deuehũt, & penetrare faciũt cibum ſumptum ad hepar, & cum humoribus ſuper eum dominantibus cõmiſcentur.

290 *Aquæ ẽt mittuntur ab ipſo hepate ad eius colatoria: & ipſæ nihilominus cum humoribus cõmiſcentur.*

Hepar quidẽ ſeparat aquã in potu ſumptam, poſtquam ad ipſum peruenerit ab humoribus: & impellit eam ad renes, et renes ad veſicam. cõmiſcetur nihilominus cum humoribus, ideſt cum modico ex eis.

291 *Et ipſa quidem aqua fert ſecũ colores eorum,* [e]*{nec nõ etiam omne illud, quod eſt neceſſarium in declaratione & ſignificatione eius.}*

e. & ipſe ab eis ipſis ſeparatur, manifeſtat quo bis

Hoc, quod dicitur, eſt notum. nã aqua in potu ſumpta, et per vrinam emiſſa, fert ſecum colores humorum in corpore exiſtentium, & ideo ſignificat ſuper diſpoſitionem & eſſe* ipſius. *z. l. eorum.

292 *Et proculdubio quicquid diximus eſt manifeſtum, ſuper cuius ueritatem ſenſus etiã atteſtatur. ſunt enim apud nos ex urina ſignificationes ſignificantes qualis fit proceſſio patientis.*

Hoc quod dixit eſt manifeſtum ex eo quod præceſſit. quoniam cũ vrina ex humoribus ſibi cõmixtis fuerit tincta & colorata, habet quidem ſuper eoſdem neceſſario atteſtari. Et in ſumma, quoniã ipſa eſt ſuperfluitas digeſtiõis vniuerſalis, quæ fit in hepate, habet quidem ſignificare ſuper diſpoſitionẽ totius corporis generalẽ.

De Vrina, & primo de coloribus.

293 *Albus color urinæ eſt ex ſignis ſuper multitudinem cibi & potus, ſeu nauſeatiuam ſatietatem ſignificantibus, aut ſuper dominium frigoris, uel humiditatis phlegmaticæ, aut ſuper fluxum urinæ, uel oppilationis hepatis.*

Color quidem albus ſignificat ſuper multitudinem cibi & potus, aut ſuper deſtructionẽ digeſtionis in ſtomacho, aut ſuper dominium frigoris, vel ſuper dominium humoris phlegmatici, aut ſuper fluxum vrinę, i. egreſſum eius inuoluntarium, in tali enim fluxu egreditur vrina alba & indigeſta: vel ſuper oppilationes hepatis, quoniam oppilatio eſt ex prohibẽtibus digeſtionem, neq; poteſt tunc groſſum ex vrina per vias ſuas penetrare, ſed ſolũ ſubtile & aquę propinquũ in colore.

294 *Cùm aũt urina uidetur modicũ citrina, ſignificat quidem ſuper paruitatẽ choleræ: ſed cùm eſt in colore ignea, ſignificat ſuper multitudinem choleræ.*

Hoc etiam est per se notum: quoniã cùm vrina ex eum parua citrinitate, significat quidem quòd parua cholera fuerit ei commixta, & per consequens q̃ nõ sit multa in venis & hepate. cùm autem est multum tali ci trino colore tincta, significat quidem super multã choleram rubeam.

295 *Et color quidem clarus sub rubeo ponitur: in eo tamen est amplior cholera rubea.*

Color quidẽ vrinæ, qui clarus dicitur, i. rubeus purpureus, qui quidem cõmixtione choleræ citrinæ cõtingit, existit sub rubeo igneo: in rubeo tamen est amplior cholera citrina & ignea.

296 *Valde autem rubeus erit color eius à natura sanguinis: nisi tamen fuerit talis ex assumptione croci, aut applicatione alicuius tingentis, vt alcannæ, aut ex cos*

a. aut ex febre. *lica.*[a] {

}

Color valdẽ rubeus vrinę significat quidem sup mixtionem sanguinis cũ ea, & dominium ipsius in corpore: nisi tamen ille, cuius est, comederit aliquid, quod sic eam tinxerit, vel super corpus suum applicauerit: sicut alcãna, & similia, aut fortem dolorem, sicut colicæ, passus fuerit.

297 *Si autem videatur nigra, postquã visa fuerit fusca, significabit quidem super fortẽ algorẽ: si vero talis appareat, postquam præcessit valde rubea, significabit super fortem humoris ustionem.*

Si nigredo appareat in vrina, postquam præcessit fusca pallida, significabit quidem super valde fortẽ algorem & frigiditatem complexionis patientis. si vero appareat post vltimatam rubedinem, significabit super inflammationem, et vstionem humorum patientis. Et quælibet quidem ex ambabus vrinis istis significabit super mortem eius cuius est. & hoc, quoniam vltimata frigiditas nigrũ facit, sicut & vltimata caliditas.

298 *Iudica autem super morbum ex colore vrinæ: nisi tamen fuerit talis ex cibo ipsam tingente, puta oleribus, cassia fistula, & omni re eam breuiter tingente, sicut almuri, & similibus.*

Vrina quidem significat per colorem suũ super species humorum in corpore existentium, & super eorum quantitatem, ex quibus quidem morbi fiunt. cùm igitur morbi ex eis generẽtur, decet q̃ Medicus iudicet per colorem vrinæ super speciem morbi, seu causę eius: nisi tamen color eius ex re assumpta contigerit, vtpote almuri, cassia fistula, & similibus.

Rememoratio substantiæ vrinæ.

299 *Tenuitas quidem substantiæ in urinis significat super paruitatem digestionis.*

Tenuitas quidem substantiæ vrinæ significat super paruitatem digestionis, et eius debilitatem. & hoc, quoniã debilitas digestionis ex debilitate decoctionis contingit. de natura autẽ decoctionis est, q̃ habeat aquam ingrossare. pro tanto tenuitas vrinæ super ipsius cruditatem, & digestionis debilitatem habebit significare.

300 *Et proculdubio efficit urina tenuis*[b] *{per corruptionem cibi,} & oppilationem hepatis, & apostema.*

b. post nauseatiuam facultatem

Hæc autẽ omnia, s. cibi corruptio in stomacho, oppilatio, & apostema, impediunt & etiam auferũt decoctionem cibi. cùm autem non decoquitur cibus, egredi tur vrina alba, & cruda.

301 *Vrinæ autẽ grossities significat super digestionem, aut super multitudinem humoris phlegmatici in eo existentis.*

Vrinæ grossities significat super vim & fortitudinem digestiuæ, aut super grossitiẽ materiæ. & primum quidem attestatur super sanitatem: sed secundum super morbum & ægritudinem.

Rememoratio c {fæcis hypostaticæ triplici ter variatur ex colore, loco, & substantia.}

c. de hypostasi.

302 *Cvm hypostasis videbitur alba in colore, significabit quidem super salutem infirmorum.*

Hypostasis quidem est superfluitas digestionis humoris, quem natura digerit. vnde cùm est alba, significat q̃ natura iam superauit humorem illum, & eius decoctionem iam perfecit. Est enim albedo signum laudabile, & super digestionem significans. quoniam impossibile est, quin venarum sanguis prius dealbetur q̃ venæ eo nutriantur, & ideo cum albescit hypostasis, significat quidem q̃ humor efficiens morbum iam recipit decoctionem bonam & laudabilem. hoc enim contingit ei ex propinquitate naturæ suæ ad naturam sanguinis. & ob hoc sanies etiam alba laudatur in apostematibus, & alia ab ea vituperatur.

303 *Si autem color eius appareat citrinus, hoc erit ex acumine cholerę rubeæ.*

Cùm videbimus hypostasim citrinam in colore, significabit proculdubio super acumen cholerę citrinę: neque non etiam quòd ipsa dominetur plus cæteris humoribus ipsi naturæ.

304 d. res habet colorẽ valde rubeum, tunc est propter malitiã digestiuã. gritudo sanguinea *a.l. quantitate,

Si uero appareat rubea uelut[d] *{sanguis, significabit proculdubio sup malitiã digestionis ipsius sanguinis.}*

Hypostasis quidem rubea sicut sanguis significat super dominium sanguinis, & malitiam digestionis, propter excedentem quantitatem eius. nõ enim accidit nocumentum sanguini ex sui * qualitate, scilicet inquantum est sanguis. pro tãto retulerũt Medici q̃ hæ vrinæ significant sup salutẽ patientis, & morbi longitudinẽ.

305 *Et si talis dispositio ipsius prolõgetur, neq; uarietur, erit ex hepate apostemato.*

Si apparitio hypostasis rubeæ prolongetur vel producatur cum febre, significabit proculdubio sup apostema hepatis: hoc tamen nescio ex dictis Galeni, vel Hippocratis. si verum cõfirmetur experimento, habet quidem colorem veritatis, & probabilitatis.

306 *Et si fuerit nigra post intensam rubedinẽ, & petens fundum, postquam prius apparuerit in alto, significat quidem q̃ iam peruenit patiens ad hoc, q̃ anima sępe retur ab eo, & potissime cum casu uirtutis: neq; est spes de eo aliqua, neq; potest ei quicquam proficere, cũ sit mors propinqua ex* c *{uiolentia} ustionis.*

c*ei f. vehementia

Si hypostasis incipiat nigrescere post magnam rubedinem, & cum hoc fuerit depressa in fundo vasis, postquam prius apparuit in fugiori parte eius, & cum hoc assit virtutis casus, significabit quidem super mortem proximam ex violentia vstionis, sicut dicit. & talis vrina apparet, q̃ proculdubio in febribus vrentibus pniciosis.

307 *Et si appareat nigra post eius fuscedinem, præter quòd morbi materia sit acuta, & potissime si cum tali fuscedine, adsit aliquod signum laudabile, & radix morbi fuerit ex melancholia, significabit quidem super morbi consumptionem, et hoc secundũ plurimum.*

Si hypostasis

Si hypostasis incipiat nigrescere in colore post eius fuscedinem, præter quòd in morbo fuerit acutum aliquod, & fuerit principiũ morbi ex cholera nigra, significabit quidem q̃ morbus sit iam consumptus: & maxime si cum hoc assit aliquod ex signis laudabilibus, quorum consequenter memoriam faciemus. & hoc est quod dixit, q̃ hoc est sm plurimum totius vrinę, & nõ contingit solum secundum hypostasim eius.

308 *Si appareat nubes supernatans in superiori parte uasis, significabit super cruditatem, licet sit in ea aliquid digestionis, quæ ex uentositate commiscente se ei impeditur, & inde sursum eleuatur.*

Cùm nubes supernatat in vrina, significat quidem super cruditatem, licet sit in ea aliquãtula digestio. Causa autem eius, quare sic natat i superiori parte vasis, est vẽtositas inclusa in hypostasi, quæ nequit dissolui: pro tanto prohibet descensum eius ad fundum vasis. & ob hoc dicit, q̃ sit in ea cruditas. hoc autem signum apparet in urina à principio, dum incipit digestio fieri. Cùm autem hypostasis alba fuerit, significat sup sanitatem.

309 *Et scito quòd si uideatur pendere in medio, q̃ parua uentositas est in tali hypostasi.*

Si in medio vrinæ pendeat nubes, scito q̃ parua ventositas in ea sit, & ẽt q̃ ipsa sit in medio digestionis suę.

310 *Et scito q̃ si præeunte citrina, fuerit alba, lenis, & coniuncta, & inferius depressa, & talis continuo appareat, q̃ digestio morbi sit completa.*

Si post hypostasim citrinam appareat lenis, alba, & coniuncta in partibus, residens in fundo, & talis continuo apparet, i. q̃ non efficiatur citrina, postẽ post citrinam alba fuerit visa, & post consequenter redeat iterato ad albedinem, scito q̃ tunc iam fuerit digestio perfecta, & q̃ morbus iam peruenit ad statum summ, & q̃ incipit declinare. Est ergo scitum satis q̃ hæ tres conditiones coniungantur, (scilicet albeo, lenitas, et ipsius depressio in fundo vasis: quæ quidem significant sup perfectionem digestionis laudabilis. albedo. n. est signum laudabilis decoctionis: & similiter coniunctio partiũ, & ipsius lenitas quantum significant super perfectam ipsius decoctionem: non tamen inquantum est superfluitas, sed quia non remansit in ea nisi pars terrea. de natura enim partium terrearum est q̃ petant fundum. & in summa superfluitas cocta & digesta gravis est, & lenis est indigesta, sicut patet in muchis, & polypis à naso descendentibus.

Rememoratio substantię.

311 a * hypostasis incipit apparere, & nõ perseuerat, si definit apparere,

Cvm[a] *{autem apparet hypostasis non continuata,} significat super debilitatem uirtutis.*

Si hypostasis uno die vel duobus appareat, & consequenter cesset apparere, et iterum post appareat iterato, significabit quidem super virtutis debilitatem ex priuatione operationũ ipsius. vnde apparitio hypostasis attestatur super potentiam in operationibus suis.

312 *Si uero fuerint contenta in ea similia fragmentis hordei, significabit quidem super rasuram uenarum. sed si assimilentur furfuri, &* b *{sine} fœtore, significabit super ulcera uesicæ. si autem similentur squammis metallorum, significabit super ustionem &* c *{laminationem continentem.}*

b* cum

c* incisionẽ vel rem tinctam.

In omnibus quidem his speciebus illaudabilis est hypostasis, in qua operatus est calor extraneus: cuius est operatio cõtraria operationi, quam operatur calor elementalis & naturalis. Et hypostasis quidẽ similis fragmentis hordei significat quidem q̃ calor extraneus in tantum venas dissoluerit, q̃ eas corroserit. hoc etiam significat furfurea, si fuerit sine fœtore, & cum febre. sed si fuerit cum fœtore & sine febre, significabit vlcera vesicę. Hypostasis similis battituris, & squamis metallorum significat quidem super violentiam dissolutionis, & rasuræ venarum.

Si sanies appareat in uase, significabit super apostemationem apostematis. 313

A postema durum, dictum Arabice dubaylet, est apostema intrinsecum, difficilis digestionis & maturationis. est enim de genere apostematum exteriorum durorum scirrhoticorum. & plurimum cùm egreditur sanies in urina, accidit hoc ex dubaylet in membris cibi, & vrinalibus, &c.

Si uero prolongetur egressus eius cum sanguine cor rupto, significabit super apostema phlegmonicum. 314

Phlegmone sm Medicos est apostema, super quod sanguis dominatur. pro tanto patiens hoc apostema mingit sanguinem corruptum.

Cùm autem hypostasis petit fundum, & spermati similatur, est quidem ex humore grosso, & crudo. & si cum eadem sit arena mista, scito illum cuius est, esse calculosum. 315

Differentia vero inter hanc hypostasim & vere albam supra dictam potest quidem haberi ex sui figura & substantia. & hoc, quoniã ista est viscosa in substantia, non autem supra dicta. figura autem primæ hypostasis albæ est acuta, non autem huiusmodi.

Rememoratio odoris.

d *{Priuatio quidem} fœtoris contingit ex priuatione coctionis & digestionis, aut ex indigestione, ratione cibi indigestibilis.* 316

d * Multitudo vel fœtidus

Priuatio fœtoris in vrina contingit duabus de causis: quarum vna est indigestio: alia est, quia natura rei digestibilis grossa est non recipiens digestionem.

Omne illud, quod est ultimati fœtoris, est ultimatæ corruptionis, 317

Fœtor quidem vrinæ est corruptionis magnę signũ existentis i corpore eius, cuius est vrina. vnde omne vltimati fœtoris significat sup corruptionẽ vltimatam.

Si autem odor eius sit extraneus, horribilis, scito illum cuius est, pati morbum uesicæ. 318

Si fœtor vrinæ fuerit horribilis, valde extraneus significabit proculdubio vlcera vesicæ: de natura enim horum morborum est, q̃ sit in eis odor malus & extraneus. & insuper malitia huius odoris diuerificatur in generali sm malitiam corruptionis eius. Pro tanto inquit sm opinionem Gal. si odor eius fuerit corruptus & extraneus, &c. intelligit q̃ fœtor eius non sit in gradu aliarum rerum corruptarum.

Iam quidem retuli genera urinæ simplicia: ex dictis uero meis poterit quis uti in iudicijs cõpositorũ ex eis. 319

Quatuor sunt genera vrinæ simplicia, de quorum quolibet locutus est i particulari, vtpote de signis sumptis à colore vrinæ, substantię, hypostasis, & odore. vnde iquit, iam retuli signa simpliciat ex dictis vero meis potent quis vti in hoc per se super signa ex eis compositis: est quòd ex dictis suis poterit quis scire sup quid habeat significare, cùm erunt iuncta in vrina plura ex dictis generibus.

Rememoratio

Rememoratio signorum sumptorum à Fæcibus, [a]{& primo à quantitate.}

320 INterdum attestantur fæces super Stomachum, & interdum super inteſtina, & ipſum hepar.

Fæces quidem attestantur super disposition̄e stomachi, iteſtinorum, & ipsius hepatis. sunt enim superfluitates ipsorum membrorum.

321 Fæces quidem minuuntur ratione magnæ transmutationis alimenti, cùm conuertitur in membris: niſi illius cuius expulsiua fuerit debilis, & attractiua fortis, ratione alicuius nocumenti contingentis. et hoc q̄dem sign̄iat repletion̄e corpis patiẽtis ex malis humoribus.

Parua quidem quantitas fęcum egredientium significat super magnam transmutationem cibi. cùm enim trāsmutatio cibi in membris augetur & magnificatur, tunc quidem fæces minuuntur: & hoc quidem significat super fortitudinem digestiuæ, & debilitatem expulsiuę, & consimiliter attractionis attractiuę, ratione alicuius nocumenti contingentis. vnde hoc accidens significat, q̄ corpus patientis sit plenum superfluitatibus calidis, quare causa est, cùm i eo fortificatur attractiua: & hoc cùm cùm superfluitates calidę augentur in corpore, necesse est utroculdubio dissolutionem i & inde contingit fœtidi & malum virtutis attractiuæ.

322 Si autem fuerint magnæ in quãtitate, erit quidem signum quòd cibus non præbeat augmentum corpori, aut q̄ attractiua sit in eo debilis & diminuta, et expulsiua fortis ratione alicuius morbi uel nocumenti.

Si vero fęces fuerint maiores debito ſm ordinem naturalem, significabunt quidem super alterum ex duobus, ſ. aut q̄ cibus non cõuertitur in corpus, sicut dicit, et q̄ membra ipsius non suscipiant iuuamentum ex eo ratione alicuius malitiæ, aut q̄ attractiua hepatis debilis sit & diminuta, & expulsiua stomachi & inteſtinorum fortis sit & excedens. & hoc ratione alicuius morbi contingentis membris prædictis.

323 Si autẽ fæces fuerint albæ, erit oppilatio[b]{uel scirrosus} in meatibus cystis fellis. Et ictericia quidem est ex significantibus super hoc sensibiliter. sub hoc etiam gñe est urinæ citrinitas: niſi cùm corpus humore phlegmatico, uel mala complexione frigida inficiatur.

Postq̄ ipse perfecit capitulum de signis ex quantitate fœcum, incipit nunc loqui de signis sumptis ex qualitate earum. Incipit autem in hoc à colore earum, & dicit, quod si fuerint fæces albę, significabunt sup vnum ex duobus, ſ. q̄ oppilatio vel scirrhus sint genita i meatibus cystis fellis. quod quidem confirmatur, si ictericia super patientem appareat, & vrina sit ualde citrina. Cũ enim meatus cystis fellis sunt oppilati vel clausi, tunc quidem nequit transire ad ipsam cystim fellis, pro tanto regurgitat tunc ad hepar & venas, et natura demum impellit eam ad cutim, & contingit inde ictericia. Cùm enim perueniunt cholera ad cystim fellis, corrumpitur, vt dictum est, neque mittit quidem ipsa cystis ad inteſtina quod ex ea cõsueuit delegare ad ipsa, pro tanto egredit fœx cibi albi coloris. & q̄ si causet chosa citrina i hepate, egredit q̄dem cum his accẽtibus vrina multũ in citrinitate tincta, & inde proculdubio significat sup ictericiam: Secundum autem, super quod attestantur fæces prædictæ, est dominium humoris phlegmatici in corpore, vel malæ complexionis frigidæ: quod quidem cõtingit ex diminutione vel priuatione cholerę rubeę. hoc autem signiſicat super corruptionem & destructio nẽ corporis, hoc enim contingit ex *corruptione vnius ex quatuor elementis, vel humoribus corporis. *a.l.dominio

*Si uero appareant rubeæ uel ignitæ, significant super excessum, & dominium cholerę rubeę. 324

Cùm quidem fæces intensa rubedine tingũtur, significant quidem super dominium cholerę rubeę, ex complexione eius, cuius sunt generatæ.

Sed si similẽtur porro, aut uiridi æris in colore, significabunt quidem morbum, & malitiam magnam. 325

Si fæces colorentur colore simili colori porri, aut viridi æris, significabunt quidem super magnum periculum patientis & malitiam morbi. tales. n. fæces significant super excessum & dominiũ vnius ex duabus speciebus cholerę. de quibus quidẽ duabus speciebus choleræ dixerunt q̄ cęteris speciebus eius sunt deteriores, et q̄ significant super vehementem vstionem.

Cùm autem apparebunt nigræ in colore, hoc quidem continget ex forti & antiqua frigiditate corporis cuius sunt: & si tales appareant in morbo acuto, significabunt super mortem futuram in propinquo. 326

Si fęces appareant nigræ, significabunt magnam frigiditatem patientis ab antiquo generatam. & ob hoc humor niger dominatur in corpore ipsius. et ait q̄ cùm tales fæces apparent in violenta & acuta ægritudine, q̄ significant super propinquam. Hippocrates autem inquit, quòd in principio morbi cùm tales apparẽt, mortem & malum denunciant.

Si autem fæces fuerint durę, significabunt super fortitudinem attractiuæ, aut super calorem urentem, uel super cibum stypticum, & constrictiuum. 327

Si appareant fæces durę, hoc quidem contingit aliera ex tribus causis, ſ. ex dominio & fortitudine attractiuæ hepatis, aut ex forti calore fæces indurante & exiccãte, aut ex cibo, qui habet natura sua uentrem cõstringere & constipare, idest ex cibo duro, arido & sicco.

Si uero fuerint fæces molles, & liquidæ, non erit fortis attractiua in corpore, aut in corpore erit frigiditas mala, aut hoc contingit ex mala alia dispositione corporis, uel ex cibo qui soluit uentrem, & mollificat per naturam suam. 328

Tribus quidẽ causis apparent fæces molles & liquidæ. quia aut attractiua hepatis est debilis, aut quia excẽdens frigiditas dominatur super membra digestionis, aut quia patiens comedit cibum, qui de natura sua laxat & mollificat ventrẽ: & quãdoq̄ contingit hoc rõne humorum & superfluitatum ad ipsas infixarum.

Si differatur et tardetur egressus fœcum post cibum sumptum, hoc quidem contingit ex difficultate digestionis ipsarum, aut diminutione & debilitate expulsiuæ, aut forti frigiditate, aut ex uentrem necessario constringentibus. 329

Postq̄ locutus est de quantitate fœcum, & qualitate, incipit nunc loqui de tempore & hora exitus earum. Vnde inquit, si differatur egressus fœcum, & tardior solito efficiatur, erit quidem causa huius aut quia intestina cum difficultate digerũt eas, & hoc ratione alicuius morbi & nocumenti existentis in eis, vel ratione grossitiei cibi earũ aut quia diminuta est expulsiua ratione excedentis frigiditatis existentis in mẽbris digestionis, pro tanto ẽt producit tẽpus digestionis seu egestionis: aut rõne aliquor̄ ventrem constringentiũ de necessitate: & hæ quidem sunt cãę colicę. cõtingit ẽt ex apate, oppilatione, ventositate, & humore grosso & viscoso.

Si autem

330 *Si autem citius debito egrediãtur, hoc quidem erit ratione cibi non constrictiui, sed potius per naturam suam mollificantis &*[a]*{soluentis.} aut ratione humorum & humiditatum ad eas fortiter impulsarum: uel ratione meseraicarum non sugentium, et attrahentiũ: aut ratione nocumentorum in inteſtinis contingentiũ, utpote apostematis uel ulceris, aut corruptionis digestionis, & aliarum specierum morborum eisdem contingentium.* [a]*lubricantis,*

Egressus fœcum citius debito causa est vnũ horum, quæ retulit, vel plura uno. Nam hoc est aut ratione cibi mollificatiui & lenificatiui, puta maluæ & similium aut ex multis humoribus ad eas infusis: aut ratione debilis & diminutæ attractionis meatuum sugentium, quæ Arabice meseraicæ dicũtur & sunt venæ, quibus hepar attrahit succositatẽ cibi ab inteſtinis, ratione malæ complexionis frigidæ, vel oppilationis in eis existentis: aut ratione alicuius morbi contingentis in ipsiſmet inteſtinis, sicut ratione vlcerum in eis generatorum. ipsa nanque lædunt ea ratione fluxus, & infusionis contingentis eis ex stomacho: pro tanto nequeunt fæces tempore naturali, & debito retinere, quandiu scilicet consueuerunt, & ob hoc impellunt eas citius debito. Contingit hoc etiam ex multa & magna humiditate in eis existente adeo cito faciente cibum ab eis lubricari, ne imprimant in eo aliam operationem manifestam. & hoc quidem est vna ex causis morbi noti in lubricitate inteſtinorum. hæc autem accidentia contingunt interdum stomacho. Contingit etiam hoc ex malitia complexionis sine materia. & hoc innuit cùm dicit: & aliarum specierũ morborum eisdẽ cõtingẽtium.

331 *Si egrediantur cum sono, significabunt super magnam uentositatem.*

Hoc de se manifestum est & notum.

332 *Si uero fuerint mistæ sanici, significabunt super apostemata in organis cibi existentia.*

Organa cibi dicuntur ventres, in quibus coquuntur & sunt, scilicet inteſtina, stomachus, & hepar.

333 Sed si appareat sanguis cum eis, significabit quidem super ulcera, &[b]{tinesmum.} [b]*excoriationem.*

Proculdubio sanguis egrediens cùm fœcibus significat super vlcera inteſtinorum, & compressionem fortem, quæ tineſmus dicitur, si dolor assit inteſtinorum, & ventris. nam si sit hoc absq̄ dolore, erit hoc proculdubio ex apertione orificiorum venarum.

334 *Si autem sunt multum fœtidæ, significabunt super magnam corruptionem. Si uero uelut oleum supernatat eis, significabunt super liquefactionem pinguedinis corporis, &*[c]*{erunt proculdubio odoris acetosi ex humore acetoso.}* [c]*Si urina sit odoris acetosi, tunc illud erit ex phlegmate acetoso.*

Fœtor fœcum cõtingens est aut ex ratione corruptionis humor̄ corporis, aut ex malitia digestionis, oleogi nositas earum autem contingit interdum ex dissolutione & liquefactione sepi, & adipis renũ & interdum ex liquefactione pinguedinis totius corporis. & earum acetositas contingit ex melancholia.

Rememoratio signorum sumptorum à Sudore, [d]{& primo à quantitate.}

335 SVdor *multus in morbis*[e]*{humidis factus,}*[f]*{ }est ex accidentibus uim & naturam ipsorum referentibus, neq; est sicut ille, ex quo fit iuuamentum.* [d]*Sudor quidem multus est vnum ex accidentibus factis in morbis humidis, nec est sicut sudor factus in purgatione & mũdificatione corporis, ex quo scilicet consequitur patiens iuuamentum: immo proculdubio significat super vim & naturam ipsorum, i. q̄ sudor contingit ei omni die morbi, etsi non sint dies critici, & purgationis.* [e]*significat super humiditatem, &* [f]*significat super humiditatem, &*

Superfluus autem in ultimo cum casu uirtutis patientis contingit proculdubio ex labore, & debilitate uirtutis, & naturæ, unde mors est in propinquo. 336

Sudor superfluus in vltimo cũ casu virtutis patientis nequaq̄ est signum laudabile euacuationis: cuius causa est labor, & debilitas virtutis & naturæ, cõtingẽs ei ex fatigatione, quam passa est ex violẽtia & malitia morbi. pro tanto cùm apparebit talis sudor, significabit super mortificationem nãturæ & virtutis.

Sed paruus sudor in morbis [illegible] digestionem et clausionem cutis, & [illegible] debilitatem expulsiuæ, & [illegible] mollitiem & fluxum. 337

Causa quidem [illegible] est, aut quia porri cutis sunt clausi [illegible] morbus est difficilis digestionis, [illegible] quia virtus expulsiua [illegible] stiua est debilis, aut [illegible] interdũ ex [illegible] ex eis.

Si appareat sudor nalde [illegible] significabit super humorem phlegmaticum. Si uero sit citrinus, significabit super choleram citrinam. Et si niger, super melancholiam. Si autem sit rubeus, erit morbus ex sanguine. Et similiter præbet nobis signa suo sapore. 338

Quia sudor est superfluitas tertiæ digestionis factæ in membris: ideo color eius significat humorem in corpore dominantem. & hoc, q̃m superfluitas consequit ex necessitate colorem humoris dominãtis in corpore eius, cuius est superfluitas. & itellexit ex dicto suo, cùm dixit: Et similiter præbet nobis signa suo sapore: q̄ sudor etiam suo sapore super naturam humorum dominãtium attestatur. Vnde sua dulcedine significat super dominium sanguinis, & sua amaritudine supra cholerã, et sui salsedine super phlegma salsum, & sui acetositate super acetosum, et sui insipiditate super insipidum, & sui acerbitate & austeritate super melancholiam.

Sudor subtilis contingit ex subtilitate humorum, et grossus ex grossitie eorundem. 339

Hoc quidem est notum: manifestum enim q̄ subtilis significet super subtilitatem humorum, et grossus super grossitiem eorundem. necesse est enim, vt superfluitas assimiletur ei, cuius est superfluitas.

Si autem fuerit uniuersalis in toto corpore, est bonus. sed si sit particularis & specialis in uno loco, est malus, & illaudabilis. 340

Si sudor accidens in aliquo ex diebus morbi fuerit per totum corpus vniuersalis, erit bonum signum & laudabile. si vero sit solum in vno loco corporis, erit malus. Nam q̄ fiat vniuersaliter per totũ corpus, hoc quidem est ex dominio naturæ super humorem faciẽtem morbum, & dissolutione & emissione ipsius per sudorem. Quòd autem fiat solum in vno membro, hoc quidem contingit ex pugna & violẽtia expellendi nocumenti humoris in loco illo.

Qui etiam contingit tempore suo unà cum circuitibus & paroxismis febrium, aut in die critica, est quidem 341

dem bonus & laudabilis, contrarij autem bonitas longinqua est & remota.

Sudor accidens tempore laudabili est ille, qui accidit in die critica, aut qui contingit vnà cum circuitibus & paroxismis febrium: hoc est sudor, per quem febris dissoluitur, & totaliter est bonus & laudabilis: & contrarius illaudabilis, & est ille, qui accidit in die non critica, nec in circuitibus febrium.

a* —

Rememoratio signorum Prognostico rum* {generalium.}

342 *Prognosticatio diuiditur in referentem & significantem morbum futurum generari in sano, & in significantem, quod debet contingere patienti in morbo suo.*

Signa prognostica super illud, quod est futurum, diuiduntur in duas species: quarum vna est signorum prognosticantium morbum futurum generari in sano: & secunda est signorum prognosticantium super illud, quod est futurum patienti ex bono vel eius contrario.

343 *Signa autem referentia super egritudinem futuram similiter & accidentibus significantibus super repletionem, aut euacuationem in cerebri, aut residui corporis.*

Signa significatiua super morbos futuros sumuntur ex accidentibus in corpore apparentibus super multitudinem humorum in eo, aut super ipsorum diminutionem significantibus: & hoc, quòd morbi accidunt ex his duabus speciebus, scilicet ex augmento & diminutione humorum in corpore existentium.

344 *Significat autem super repletionem quies, multitudo cibi, raritas balnei, & exercitij: ex his nanque accidentibus contingit repletionis egritudo, & his contraria prognosticant super*[b] *{intentionis} egritudines.*

b* Diminutio scil. vel imaginaria

Accidentia super repletionem attestantia sunt velut quies, & assumptio multi cibi, & rarus itroitus balnei, & diminutio exercitij. Hæc autem omnia sunt causæ efficientes morbos de repletione. vocauit tamen ea accidentia, eo quòd sunt Medico signa, & sunt secundum veritatem causæ continuæ repletionis penes virtutem: & eis contraria sunt causæ diminutionis humorum.

Signa Repletionis, & primo secundum virtutem.

345 *Genus repletionis diuiditur in repletionem penes uirtutem animæ, quæ si fuerit respectu immutatiuæ, & digestiuæ, nequaquam erit appetitus comedendi laudabilis, erit q; egestio mollis & liquida, neq; erit digestio in urina.*

In hac arte notat repletionem. & diuiditur primo in duas species. Quarum vna est, cũ humores graues sunt & multi, respectu tamen virtutis corporis: verum non sunt multi & absolute excedentes respectu sui: & hæc quidem repletio nota est, quę scilicet dicitur repletio penes virtutem. Secunda etiam est nota, quæ dicitur repletio penes concauitates organorum. hoc autem est cùm sunt humores multi per se & absolute. Incepit autem primo á specie repletionis penes uirtutem. vnde inquit, q genus eius diuiditur primo penes animæ virtutes. nam ex ea est quædam respectu virtutis immutatiuæ, super quam repletionem significat appetitus cibi malus & illaudabilis, egestio mollis & liquida, & priuatio digestionis vrinæ.

346 *Significatur autem super repletionem respectu uirtutis motiuæ, ex grauitate & læsione motus.*

Significatur autem lędi uirtus motiua sm locum: eo q lædatur & grauetur faciens ex motu locali.

Si autem sit repletio respectu pulsatiuæ, erit quidem patens debilitas, & pigritia pulsationis eius. 347

Si vero repletio fuerit penes virtutem pulsatiuam, ideſt vitalem, erit pulsus debilis.

Causa uero debilitatis animarum seu potentiarum est illud, quod nequeunt pati ex chymis: nam parum ex eis lædit & grauat eas, non autem ideo quia membrorum concauitates ex eis repleantur. 348

Hoc accidit ex hac repletione venarum. & ostendit q ipsa læsio non accidat ex repletione concauitatum venarum, sed potius ex debilitate virtutum, & malitia chymorum. unde est ac si diceret, hęc species repletionis ideo accidit, quoniam animæ seu potentiæ debiles fuerint ex chymis vel humoribus aggrauatæ: vñ nequeũt eos tolerare. Nam propter sui debilitatem læduntur in delatione & tolerantia eorum: quanq̃ minimæ concauitates membrorum ex eis repleantur.

Signa repletionis secundum membra.

Est autem alia repletio à prædicta penes concauitates organorum, s. cùm non poterũt tolerare id, ex quo membrorum concauitates replebuntur. 349

Hæc secunda species repletionis est quidẽ penes concauitates organorum. vnde est ac si diceretur q angustentur àb illis humoribus. Et quia notum est, q concauitates prædictæ cedente sanguine repleantur, ideo inquit scilicet cùm non poterunt pati ex eo, quo membrorum concaua repleantur.

Hoc autem genus contingit ex repletione aut sanguinis puri & mundi, aut cholerę, aut humoris phlegmatici. interdum autẽ animæ seu potentiæ fortes sunt, nec grauant eas chymi. 350

Hoc quidem genus repletionis est ex sanguine, s. aut ex sanguine mũdo & puro ab alijs humoribus, aut sanguine cum dominio cholerę rubeæ, aut humoris melãcholici, aut phlegmatici. & est quidem possibile q omnes animæ fortes sint, & q nõ percipiãt repletionẽ istã.

Signa dominij Sanguinis.

Cum dominatur sanguis alijs humoribus, adsunt somnus & dolor capitis in excessu, cum tumore & rubore venarum. Estq; possibile quòd ide cogitationes mutentur, cum grauitate capitis, & debilitate, & fatigatione sensuum. Reperitur etiam tactu c* *{calidus cum grauitate humorum, & scapularum, & cum oscitatione.} Et*[d] *{sunt iterdum grauia latera, & hypochondria, & manifestus fluxus sanguinis à naribus, cum alvcibus: & etiam uenter est laxus, non tamen multum cum delectatione, et suauitate uitæ:} & apparebunt somnia letitiæ, & iocunda cum uarietate & multitudine colorũ. Accidet etiam pruritus in loco phlebotomiæ, cum rubedine oculi insolita, & apostematibus, aut uariolis, aut pustulis corporis, & opinabitur se comedere dulcia in somnis, & uidebitur q gustet dulcia, etsi prius ea non comederit. Vnde si hæc accidentia sint in uere, aut in principio iuuentutis nouellæ, significabunt quidem nobis super egritudines ex sanguine generandas: quæ quidem de facto consequenter apparebunt.* 351

c * scapularum, & oscitatio, caliditas, & grauitas.

d* qñq; grauant superciliã, & frons, & manifestꝰ fluxus sãguinis narũ, & alyces: & uẽter ẽt ẽ lenis non supfluc. & est alacris vita et* gaudens & lęta.

Hæc

Hæc enim omnia accidentia sunt super sanguinem significantia. & quod dicit hic, est de se notũ. Horũ autem accidentium sunt tres species. Nam quędam ex his accidentibus super dominium naturalis sanguinis significantibus apparent in vigilia, sicut color rubeus, & fatigatio seu concussio, et similia his seu huic speciei. Et quædam ex eis videtur in somnis: vtpote si sanguis in somno, aut si videatur ei, q̃ comedat tunc aliquid dulce. Et quędam ex ipsis sunt causę multitudinem seu magnitudinem sanguinis efficientes. quæ si fuerint cibi, sunt velut esus dulcium: si autem fuerint accidentia animæ, sunt velut gaudium & lætitia. Sed si fuerit ex temporibus anni conueniens in hoc, est sicut vernale. Si vero fuerit ætas ad idem conueniens, est sicut ætas iuuentutis, & adolescentiæ. Tacuit de multitudine extensionem & solutionem faciente vel inferẽte, quia noluit dolorem ex solutione contingere continuitatis. Et causa quidem accidentium post sanguinis generationem contingentium est calor ipsius sanguinis, aut eius humiditas. Vnde exempli gratia, calor sanguinis est causa doloris capitis, et eius humiditas causa somni superflui. Et pruritus quidem contingens in loco phlebotomiæ significat super dominium & multitudinem sanguinis, i eo qui vsus est phlebotomia. Et causa quidem apertionis sanguinis est esus dulcium. & sapor dulcis in somno est, quoniam anima seu potentia imaginatiua sequitur complexionem corporis, imprimitq̃ & assimilat quod ab extra sentit, & percipit.

Signa Choleræ.

352 *Cum dominatur cholera citrina aut crocea, apparet quidem color cutis citrinus, cum debilitate, & casu appetitus cibi: & reperit ille in quo dominatur oris amaritudinem, & mordicationem ex ipsa cholera rubea i stomacho contingentem: accidit; ei uentris solutio, cum qua est cholera rubea, & insomnietas cum profunditate oculorum, & siccitas oris & linguæ: & eius urina est in colore ualde citrina, accidit; ei syncope, & riget cutis eius cum permutatione & perturbatione: accidit ei sitis post ieiunium, & apparent ei in somno corruscationes cum subtilitate pulsus, & calore corporis. Sunt etiã ex his accidentibus multa, & frequens balneatio in aquis calidis, & sulphureis: & motus laborioſi qui fiunt in regionibus, et*[a] *{ultis septentrionalibus,} & frequens & continuus esus acutorum, & maxime si fiat tempore æstiuo.*

a* meridionalibꝰ, & ætas iuuentutis,

Hæc omnia signa diuiduntur in tria genera, quorũ quidem rememorationem præmisimus, in quæ, scilicet signa dominium sanguinis significantia diuiduntur hoc est dictum, q̃ accidentia dominium cholerę rubeę significantia sumuntur à tempore somni, aut ex parte vigiliæ, vel à generantibus eam. Et accidentia ex dominio cholerę rubeæ contingentia sequuntur ipsius complexionem, aut colorem, aut saporem. Consequentia autem ipsius cõplexionem sunt velut casus appetitus t nam ratione frigiditatis viget appetitus. vnde cùm calefit os stomachi, in quo existit appetitus, cadit quidẽ appetitus. Sequitur etiã insomnietas & exiccatio complexionis ipsius, quæ quidem calida est & ficca: sicut etiam est de siti. Solutio etiam quidem ventris cõtingit ex acumine & mordicatione ipsius. & ipsius mordicatio contingit ratione caloris, & siccitatis eius. & similiter turbatio, et iracundia. Et amaritudo quidem oris sumitur ex sapore eius. Et color significat per se super sub-

stãtiam ipsius, cùm egreditur per vomitũ, vel secessum plus solito. Quæ autem ipsas efficiunt sunt (vt inquit) multa balneatio in aqua calida per naturam, & obuiatio rerum calidarum exteriorum, & esus medicinarum calidarum, & motus vltimatus, vigiliarum instantia, ira, & angustia.

Signa Melancholiæ.

Si uero cholera nigra in corpore dominetur, erit quidem fuscus color corporis cum forti & iugi meditatione, & cogitatione, & appetitu cibi forti, & reperietur in ore sapor acetosus. 353

Sequitur quidem fortis medicatio post melancholiam. nam de natura melãcholię est offuscare animam, & exterrere ex casibus in tempore contingentibus. contingit autem appetitus fortis: quoniam radix, seu principium motus appetitus cibi est ex humore, quem ifundit splen ad os stomachi. vnde ex magna infusione huius humoris ad hunc locum augetur appetitus cibi: sed reperitur in ore acetositas, qm̃ cholera nigra est acetosa.

Est etiam cum malitia animæ[b] *{intuitus fortis, & affixus,} & pulsus durus est, & tardus.* 354

b* Ꝯ qua accidit ei alteratio vel contractio.

Malitia animæ cum forti intuitu, cum fugiat inspicit hominem cum facie iracunda & terribili, accidit quidem patienti ex nigra cholera, & hoc, qm̃ cholera nigra est sanguini contraria. vnde quia sanguis ex sui natura lætificat, de necessitate oportet q melancholia habeat iram & tristitiam excitare. Gal. autem sic asserit animam desolari ex humore nigro, sicut desolat quis ex tenebra & obscuritate. Hoc autem dictum est sicut truffa & cãticum. & hoc ideo, quoniam si hoc esset, cogeret de necessitate ponere q̃ sanguis esset albus, et splendidus. Durities vero pulsus ex siccitate huius humoris contingit. Cõgregatio quidem seu collectio stomacho cõtingit ex siccitate cholerę nigrę. & inde cõtingit etiã insomnietas. verum priuatio iræ, & furoris contingit ex ipsius frigiditate. & talis quidem melancholia maleboziat nominata, generatur ex hoc humore.

Et urina quidem est alba, tenuis, & crudæ: nec est in egestione decocta. 355

Tenuitas autem vrinæ est ex grossitie cholerę non permittẽte egredi ex vrina nisi tenue & subtile: verum eius albedo ex digestionis priuatione contingit. ideo etiam est egestio indigesta. nam quod digestum est & coctum ex humoribus, calidũ est & humidum talem. n. habet formam & naturam, quod digestio operatur.

Et *cibus siccus aridus, anxietas, timor*[d] *{cõtinuus,} & tristitia.* 356

d* ac quens.

Hæ quidem causæ cholerã nigram efficientes sunt, scilicet cibi sicci, & accidentia animæ talia, quæ ponit expresse in textu.

Videtur etiam *q interficiatur i somnis: apparentq̃ in somno eius omnia eum exterrentia.* 357

Hæc autem contingunt ex timore melancholiam consequente.

Actas *senum, autumnus, &* [e] *{habitationes meridionales,} & corporis macies.* 358

e* regio sep tentrionalis.

Ætas quidem senectutis necessitat dominium huius humoris, eo quòd sit affinis complexioni eius: & idem facit autumnus, & habitatio aperta à meridie. corpus etiam macrum est consimile generationi huius humoris.

Signa

Signa Phlegmatis.

359 SI dominetur humor phlegmaticus in corpore, aggrauabitur caput eius, somnus eius erit longus, & a {fatigabitur iter agendo de facili.} & erit eius appetitus debilis, cùm repletione penes virtutẽ, et b {turbatione seu permistione, & sopita laxitate.}

a *erit pigerl actionib*, & motibus. b*pigritia in deambulatione, & sopita laxitas absque consuetudine.

Grauitas quidem capitis, & longus somnus ratione humiditatis phlegmaticæ contingunt, & similiter fatigatio. & ob hoc hæc accidentia comitantur etiam dominium & abundantia sanguinis. & diminutio quidem appetitus contingit ratione humiditatis: nam appetitus viget per frigiditatem & siccitatem. Ex egressu autem huius humoris à dispositione naturali grauantur virtutes, contingitq; inde repletio penes virtutem. & similiter humiditas ipsius est causa permixtionis & fatigationis in actione itineris: supposito tamen quòd non contingat ex priuatione exercitij.

360 Ex his etiam est fluxus saliuæ, & sputi, & tumor vultus, & color patientis albus, & erit in pulsu eius c {velocitatio,} & tarditas, & in urina turbulentia, et grossities, & cruditas.

c*gressus.

Causa fluxus sputi & saliuæ est manifesta. verum tumor vultus ideò cõtingit, quoniam cum humor phlegmaticus dominatur in nutrimento membrorum, reperitur in membris quædam dispositio inchoationis hydropis: & sic cõtingit tumor vultus, & pedum. Et intelligõ quidem per tumorem vultus, tumorem palpebrarum, & carnis sub oculis existentis. Tarditas quidem & occultatio pulsus ex frigiditate contingit. Indè etiam contingit vrinæ turbulentia, grossities, & cruditas: & color qui dominatur in corpore, est albus, turpis, & fuscus, palidus.

361 Nec est in eo sitis, nisi fuerit phlegma salsum, aut putrefactio affuerit.

In eo quidem, in quo phlegma dominatur, minime suis accidit: nisi tamen illud phlegma fuerit salsum, aut putrefactum, scilicet efficiens febrem.

362 Ex his etiam accidentibus sunt usus omnium ciborum humidorum, & frigidorum, & ætas senectutis, & tempus hyemale, & priuatio exercitij, & balnei, & eorundem quantitas cibi, & habitatio i umida ratione fluminum, & apparitio marium in somnis, & querimonia ex incubo facta, & ipotentia dig. stionis ciborum.

Hæc quidem agunt & efficiunt humorem phlegmaticum, scilicet frigidus & humidus, & ætas senectutis, & tempus hyemale, & obmissio exercitij & balnei, & augmẽtum cibi, & villa humida ex multitudine aquarum. hæc enim omnia habent conformitatem in complexione cum humore phlegmatico. Somnium autem aquarum, & marium, & querimonia ex incubo, & impotentia digestionis chyli, i. cibi in stomacho, hæc quidem omnia sunt accidentia humorem phlegmaticum consequentia. Incubus quidem morbus est similis epilepsiæ, qui tempore somni cõtingit. pro tanto est signũ prognosticum futuræ epilepsiæ. Et epilepsia quidè est spasmus, & motus illaudabilis accẽs cerebro & neruis ex humore phlegmatico, aut ventositate phlegmatica.

363 Cùm autem apparebunt tempore sanitatis continuo accidentia de necessitate super aduentum ægritudinis significantia, esto solicitus i ablatione eorũdem.

Hoc quidem præceptum est vniuersale in hac arte: & hoc est, q; cum quis videbit aliquod ex accidentibus morborum tam sanis accidisse, q; debet operam dare circa curam eius. Hæc autem species signorum significãtium tempore sanitatis super futuras ægritudines est alia ab illa specie signorum, quę significat super dominium quatuor humorum. & ideo Medici fecerunt de eis tractatum & capitulum speciale. Ex illis autẽ signis sunt ista, continuus motus, & iectigatio faciei, quæ torturam futuram oris prognosticant: & uniuersalis iectigatio totius corporis, quæ futurum spasmum nunciat. Ferunt etiam q; fatigatio sine causa manifesta extrinseca, & casus appetitus prognosticant futuram febris generationem. Sic etiam ferunt q; multitudo furunculorum seu vlcerũ prognosticat apostemata futura in concauitatibus membrorum. Et dolor grauatiuus in inferiore parte ventris significat super lapidem, aut super futuram generationem apostematum in illis locis. Et dolores quidem dextri lateris prognosticant super oppilationes hepatis, et super futuram generationem apostematum in eodem. Et vstio quidem vrinæ significat super vlcera vesicæ. Et incubus quidem significat super futuram epilepsiam. Posuere etiam multa alia ab istis, quæ retulerũt sub hoc capitulo in libris suis. Postq; perfecit sermones suos super signa prognostica significantia tempore sanitatis generationem ægritudinum in futuro, incipit nunc hic referre signa prognostica tpe morbi significantis super futurã salutem, aut mortem.

Rememoratio signorum prognosticorum tempore morbi contingentium.

364 EX signis prognosticis est significans mortem futuram. Et ex eis est, quod significat futuram sanitatem seu euasionem. & d {proprie ex his est scientia prognostica.}

d*hęc in sequẽtia prognosticationis declarantur.

Signa, quæ in hoc capite reperiuntur, diuidũtur primo in partes duas: quarum vna est signorum super futuram generationem sanitatis significantium: alia autẽ est signorum significãtium super mortem futuram. Et proculdubio scientia de istis signis est proprie scientia prognosticationis: & sunt illa, q; ponunt in hoc capite.

365 Ex scientia istorum videbit Medicus, & sciet quis moriatur, retrahetq; inde manus suas à cura eius: sicut etiam videbit ex scientia eorundem quis euadere debeat, & curan, pro tanto notificabit & prognosticabit illud.

Ex signis his consequitur Medicus sciẽtiam perutilem & tuitiuam. Nam Medicus scit quidem ex eis quis moriturus sit egritudine sua cùm vocabitur ad curandum eum: vnde significabit illud amicis suis, & retrahet se à cura eiusdem. sic etiam sciet ex eisdẽ quis euasurus sit à morbo suo: pro tanto prædicit curam & euasionem eius amicis ipsius patientis, & dat operam circa curam ipsius.

366 Principium huius scientiæ est scientia de temporibus morborum, & eo quod apparet i eis de dispositione morborum. est etiam scientia de longitudine, & breuitate, & fortitudine, & violentia, debilitate, seu tranquillitate ægritudinum, & etiam de indicio eius quod debet generari ex crisi in temporibus morbi.

Hæc quidem signa diuiduntur diuisione prima in tria genera ipsorum, ex quorum vno habetur scientia de tẽporibus morborum, & eo quod apparet in eis ex signis laudabilibus & illaudabilibus. Ex secundo habetur scientia longitudinis et breuitatis morbi, & acuitatis & leuitatis eius. et hoc quidem intellexit per fortitudinem seu violentiam, debilitatem seu tranquillitatem morbi. Sed ex tertio habetur scientia eius, quod debet

generari ex speciebus crisis laudabilis seu illaudabilis in temporibus morbi.

De Temporibus morbi.

367 IN quolibet morbo sunt diuisa tempora, in quorum aliquo contingit mors, & uita uel salus, & sunt principium, augmentum, status. In quolibet potest mors contingere. In quarto autem, quod declinatio appellat, nõ contingit mors, nisi cõtingat error undecunq;.

In quolibet morbo salubri sunt quatuor tempora: et in quolibet trium primorum ex eis, s. in principio, augmento, & statu contingit mors & salus: verum in quarto non contingit mors, nisi ex aliquo errore undecunque contingente.

368 Principium autem est, in quo contingit nocumentum in operationibus, & debilitas in negociis assuetis. Tempus autem principij dicti est illud, in quo infertur nocumentum naturalibus opationibus: tunc. n. debilitant omnes opationes patientis. et ob hoc Medici ferũt q; in hoc tempore nihil digestionis apparebit in vrina.

369 Et hoc quidem tempus durat, donec digestio appareat in a {hypostasi,} sputo, fæcibus, & urina. & post ipsum apparet & cognoscitur augmentum ex longitudine paroxysmorum febrium, & operationibus, & accidentibus.

a* ex cruditatibus.f.

Tempus quidem principij durat, donec appareat digestio in sputo, si sit morbus in pectore: aut in tæcibus, si sit morbus in ventre: & in vrina, si sit morbus vniuersaliter in toto corpore. Cùm autem digestio inchoatur, prolongatur quidem, augetur seu *magnificatur paroxismus febris, & ipsius accidentia: & hoc quidẽ est tempus augmẽti. Et Gal. quidem opinatur q; cùm tempus paroxismi prolongatur, & eius initium anticipatur & ipsius accidẽtia, puta calor, & sitis, & alia ab his ex accidentibus febrium spectatibus augentur & fortificantur, significatur quòd morbus sit tunc absq; dubio in augmento: sicut proculdubio cùm minuitur & remittitur paroxismus in tribus prædictis, morbus existit in declinatione. Sic etiam existit in statu, cùm prædicta quiescunt, nec amplius mutantur in paroxismo. verũtamẽ paroxismus augetur in quibusdam ex prædictis, & minuitur in alijs. Sunt tamẽ diuisiones multiplices quamplures distinguentes, quas quidem hoc compendium minime bene tolleraret.

*l. manifestatur

370 Status uero est, cùm post b {dictum negocium} perfecta digestio apparebit, nec paroxysmi morborum augebuntur, & accidentia in quantitate æquabuntur.

*prædictis adpõnes

Tempus status est post tempus augmenti: & est, cùm iam digestio est perfecta & completa, nec augentur paroxismi febrium, & earum accidentia coæquantur. & est ac si diceretur, q; prolongatio paroxismi, & hora inchoationis eius sunt eædem, & eius accidentia vniformia, & æqualia.

371 Accipit etiam morbus diminutionem, & fit interdum crisis perfecta. Vnde cùm hoc signum videbitur, prognosticetur pax & salus patientis. nam mors minime accidit in declinatione, nisi errore super patiente commisso, aut aere c {complexionis malæ & illaudabilis, necnon etiam omni extrinseco contrario eidem contingente.}

c*pestilentiali

Tempus quidem declinationis est, cùm incipit morbus minui, s. in longitudine paroxismorum, ac si diceretur, q; tunc breuiores solito efficiantur, & q; tempus inchoationis eorum suboccupet, & ipsorum accidentia alleuientur & mitigentur. In hoc autem tẽpore perficitur interdum morbi consumptio & destructio per crisim, & interdum consumitur insensibili dissolutione absq; crisi. Vnde cùm apparebunt signa, prognosticetur super euasionem & liberationem patientis à morte. Constat enim q; nullus moritur in declinatione, nisi ex errore contingente ex seipso, aut ab assistẽtibus, aut ex parte Medici, aut ex malitia & corruptione aeris, vel in summa ratione extrinsecorum accidentium nociuorum, puta ratione timoris, vel tristitiæ, aut ratione aliorum ab his ex accidentibus, & rebus animalibus, vel corporalibus.

372 Scientia autem nostra, per quam cognoscimus terminum principij, confert quidem i subtiliando cibum, & diætam, sicut decet, & in mediando subtilitatem eius in augmento. Nã hoc expedit patienti, donec morbus ad statũ peruenerit. tunc autem decet Medicum esse solicitum ad subtiliandum perfectè diætam ægrorum.

Scientia autem, quam habemus de tẽpore principij augmenti, & status, confert nobis ad sciendum artem subtiliandi diætam ægrorum. Nam cùm scimus morbum esse in principio et augmento, subtiliabimus quidem diætam patientis: ita tamen, nè inde virtus patientis ante statum debilitetur & cadat. appropinquante vero statu, subtiliabimus quidem diætam in vltimo. Ferunt autem q; Gal. & Hipp. abstraxerunt artem subtiliandi diætam ex cogitatione distantiæ, aut instantiæ temporis status. Vnde cùm istabit status morbi, valde subtilietur diæta in vltimo: cùm autem valde distabit, ingrossetur: & cùm erit medius inter propinquum & distãtem, mediet inter subtilem primam & grossam. pro tanto scientia eorũ, quibus status tempus cognoscit, est magis necessaria cæteris in hac arte traditis.

Rememoratio longitudinis, & breuitatis morbi.

373 OMnis morbus perficitur in mensura, quæ si fuerit breuis, dicitur acutus, et hic aut interficit in breui tempore, aut per crisim laudabilem terminatur.

Omnis quidem morbus cõsumitur, & destruitur in aliqua mensura temporis. ex ea autem longa est, & ex ea est brevis. vnde ex morbis est quidam leuis motus, & est ille, quem ipse vocat morbum acutum. de natura autem eius propria est, q; celeriter interficiat, aut per crisim destruatur & consumatur. & hic morbus fm opinionẽ Hip. attingit vt plurimũ* nonum diem: ex quo est maxime acutus ille, q; terminat p crisim i die quarta.

*a.l decimũ quartum

374 Ipse etiam morbus est citæ digestionis, & breuium temporum, austerus, & periculosus.

Hic etiam morbus est citæ digestionis, & habet quatuor tempora, si perficiantur: tamen ratione velocitatis sui motus & violẽtiæ accidentium eius est austerus, & periculosus. vnde patiens moritur ex modico errore eidem contingente.

375 Cognoscitur autem ex breuitate sui principij: pro tanto regatur diæta conuenienti.

Hic quidẽ morbus cognoscitur ex breuitate sui principij, hoc autem est in primis diebus ægritudinis, cùm apparent signa digestionis in sputo vel vrina. vnde si in quarta die appareat principium digestionis, vtpote nubes sup vrinã, signabit q; status sit i septima futura.

376 Non enim sunt multum aggrauandæ eius uirtutes, nec est auferendus & prohibendus ei cibus omnino a principio

Signa Phlegmatis.

359 SI dominetur humor phlegmaticus in corpore, aggrauabitur caput eius, somnus eius erit longus, & [2]{fatigabitur iter agendo de facili,} & erit eius appetitus debilis, cùm replatione penes uirtutẽ, et [b]{tura bationem seu permissionem, & sopita laxitate.}

a *erit piger I actionib^b, & moribus. b*pigritia in desidiatione, & sopita laxitas absque consuetudine.

Grauitas quidem capitis, & longus somnus ratione humiditatis phlegmaticæ contingunt, & similiter fatigatio. & ob hoc hæc accidentia comitantur etiam dominium & abundantia sanguinis. & diminutio quidem appetitus contingit ratione humiditatis: nam appetitus viget per frigiditatem & siccitatem. Ex egressu autem huius humoris à dispositione naturali grauantur virtutes, contingitq; inde repletio penes virtutem. & similiter humiditas ipsius est causa permixtionis & fatigationis in actione itineris: suppositio tamen quòd non contingat ex priuatione exercitij.

360 Ex his etiam est fluxus saliuæ, & sputi, & tumor vultus, & color patientis albus, & erit in pulsu eius c*grossities. [occultatio,] & tarditas, & in urina turbulentia, et grossities, & cruditas.

Causa fluxus sputi & saliuæ est manifesta. verum tumor vultus ideò cõtingit, quoniam cum humor phlegmaticus dominatur in nutrimento membrorum, reperitur in membris quædam dispositio inchoationis hydropisis: & sic cõtingit tumor vultus, & pedum. Et intelligo quidem per tumorem vultus, tumorem palpebrarum, & carnis sub oculis existentis. Tarditas quidem & occultatio pulsus ex frigiditate contingit. Indè etiam contingit vrinæ turbulentia, grossities, & cruditas: & color qui dominatur in corpore, est albus, turpis, & fuscus, palidus.

361 Nec est in eo sitis, nisi fuerit phlegma salsum, aut putrefactio affuerit.

In eo quidem, in quo phlegma dominatur, minime sitis accidit: nisi tamen illud phlegma fuerit salsum, aut putrefactum, scilicet efficiens febrem.

362 Ex his etiam accidentibus sunt ista: omnium ciborum humidorum, & frigidorum, & ætas senectutis, & tempus hyemale, & priuatio exercitij, & balnei, & eodem quantitas cibi, & habitatio in humida ratione fluminum, & apparitio marium in somnis, & querimonia ex incubo facta, & ipotentia digestionis ciborum.

Hæc quidem agunt & efficiunt humorem phlegmaticum, scilicet frigidus & humidus, & ætas senectutis, & tempus hyemale, & obmissio exercitij & balnei, & augmẽtum cibi, & villa humida ex multitudine aquarum. hæc enim omnia habent conformitatem in complexione cum humore phlegmatico. Somnium autem aquarum, & marium, & querimonia ex incubo, & impotentia digestionis chyli, i. cibi in stomacho, hæc quidem omnia sunt accidentia humorem phlegmaticum consequentia. Incubus quidem morbus est similis epilepsiæ, qui tempore somni cõtingit. pro tanto est signũ prognosticum futuræ epilepsiæ. Et epilepsia quidẽ est spasmus, & motus illaudabilis accõs cerebro & neruis ex humore phlegmatico, aut ventositate phlegmatica.

363 Cùm autem apparebunt tempore sanitatis continuo accidentia de necessitate super aduentum ægritudinũ significantia, esto sollicitus ĩ ablatione eorũdem.

Hoc quidem præceptum est vniuersale in hac arte: & hoc est [a]{quando quis videbit aliquod ex accidentibus morborum tam sanis accidisse, q debet operam dare circa curam eius. Hæc autem species signorum significãtium tempore sanitatis super futuras ægritudines est alia ab illa specie signorum, quę significat super dominium quatuor humorum. & ideo Medici fecerunt de eis tractatum & capitulum speciale. Ex illis autẽ signis sunt ista, continuus motus, & iectigatio faciei, quæ torturam futuram oris prognosticant: & uniuersalis iectigatio totius corporis, quæ futurum spasmum nunciat. Ferunt etiam q fatigatio sine causa manifesta extrinseca, & casus appetitus prognosticant futuram febris generationem. Sic etiam ferunt q multitudo furunculorum seu vlcerũ prognosticat apostemata futura in concauitatibus membrorum. Et dolor grauatiuus in inferiore parte ventris significat super lapidem, aut super futuram generationem apostematum in illis locis. Et dolores quidem dextri lateris prognosticant super oppilationes hepatis, et super futuram generationem apostematum in eodem. Et vstio quidem vrinæ significat super vlcera vesicæ. Et incubus quidem significat super futuram epilepsiam. Posuere etiam multa alia ab istis, quæ retulerũt sub hoc capitulo in libris suis. Postq̃ perfecit sermones suos super signa prognostica significantia tempore sanitatis generationem ægritudinum in futuro, incipit nunc hic referre signa prognostica tpe morbi significantis super futurã salutem, aut mortem.

Rememoratio signorum prognosticorum tempore morbi contingentium.

364 EX signis prognosticis est significans mortem futuram. Et ex eis est, quod significat futuram sanitatem seu euasionem. & d*[proprie ex his est scientia prognostica.]

d*hęc in sententia .prognosticatiõis declarantur.

Signa, quæ in hoc capite reperiuntur, diuidũtur primo in partes duas: quarum vna est signorum super futuram generationem sanitatis significantium: alia aũt est signorum significãtium super mortem futuram. Et proculdubio scientia de istis signis est proprie scientia prognosticationis: & sunt illa, q ponuñ in hoc capo.

365 Et scientia istorum uidebit Medicus, & sciet quis moriatur, retrahetq; inde manus suas à cura eius: sicut etiam uidebit ex scientia eorundem quis euadere debeat, & curan, pro tanto notificabit & prognosticabit illud.

Ex signis his consequitur Medicus scientiam perutilem & nuatiuam. Nam Medicus scit quidem ex eis quis moriturus sit egritudine sua cùm vocabitur ad curandum eum: vnde significabit illud amicis suis, & retrahet se à cura eiusdem. sic etiam sciet ex eisdẽ quis euasurus sit à morbo suo: pro tanto prædicit curam & euasionem eius amicis ipsius patientis, & dat operam circa curam ipsius.

366 Principium huius scientiæ est scientia de temporibus morborum, & eo quod apparet ĩ eis de dispositione morborum. est etiam scientia de longitudine, & breuitate, & fortitudine, & uiolentia, debilitate, seu tranquillitate ægritudinum, & etiam de iudicio eius quod debet generari ex crisi in temporibus morbi.

Hæc quidem signa diuiduntur diuisione prima in tria genera ipsorum, ex quorum vno habetur scientia de tẽporibus morborum, & eo quod apparet in eis ex signis laudabilibus & illaudabilibus. Ex secundo habetur scientia longitudinis et breuitatis morbi, & acuitatis & leuitatis eius. et hoc quidem intellexit per fortitudinem seu violentiam, debilitatem seu tranquillitatem morbi. Sed ex tertio habetur scientia eius, quod debet

bet generari ex speciebus crisis laudabilis seu illaudabilis in temporibus morbi.

De Temporibus morbi.

367 IN quolibet morbo sunt diuisa tempora, in quorum aliquo contingit mors, & uita uel salus, & sunt principium, augmentum, status. In quolibet potest mors contingere. In quarto autem, quod declinatio appellat, nõ contingit mors, nisi cõtingat error undecunq;.

In quolibet morbo salubri sunt quatuor tempora: et in quolibet trium primorum ex eis, scilicet in principio, augmento, & statu contingit mors & salus: verum in quarto non contingit mors, nisi ex aliquo errore vndecunque contingente.

368 Principium autem est, in quo contingit nocumentum in operationibus, & debilitas in negocijs assuetis. Tempus autem principij dicti est illud, in quo infertur nocumentum naturalibus opationibus: tunc. n. debilitant omnes opationes patientis. et ob hoc Medici ferũt q in hoc tempore nihil digestionis apparebit in vrina.

369 Et hoc quidem tempus durat, donec digestio appareat in [a]{hypostasi,} sputo, fæcibus, & urina. & post ipsum apparet & cognoscitur augmentum ex longitudine paroxysmorum febrium, & operationibus, & accidentibus.

a* ex cantibus. f.

Tempus quidem principij durat, donec appareat digestio in sputo, si sit morbus in pectore: aut in fæcibus, si sit morbus in ventre: & in vrina, si sit morbus vniuersaliter in toto corpore. Cùm autem digestio inchoatur, prolongatur quidem, augetur seu *magnificatur paroxismus febris, & ipsius accidentia: & hoc quidẽ est tempus augmẽti. Et Gal. quidem opinatur q cùm tempus paroxismi prolongatur, & eius initium anticipatur & ipsius accidẽtia, puta calor, & sitis, & alia ab his ex accidentibus febrium specialibus augentur & fortificantur, significatur quòd morbus sit tunc absq; dubio in augmento: sicut proculdubio cùm minuitur & remittitur paroxismus in tribus prædictis, morbus existit in declinatione. Sic etiam existit in statu, cùm prædicta quiescunt, nec amplius mutantur in paroxismo. verũtamẽ paroxismus augetur in quibusdam ex prædictis, & minuitur in alijs. Sunt tamẽ diuisiones multiplices quamplures distinguentes, quas quidem hoc compendium minime bene tolleraret.

*2.l. manifestatur

370 Status uero est, cùm post [b]{dictum negocium} perfecta digestio apparebit, nec paroxysmi morborum augebuntur, & accidentia in quantitate æquabuntur.

b* præfatus dispones

Tempus status est post tempus augmenti: & est, cùm iam digestio est perfecta & completa, nec augentur paroxismi febrium, & earum accidentia coæquantur. & est ac si diceretur, q prolongatio paroxismi, & hora inchoationis eius sunt eædem, & eius accidentia vniformia, & æqualia.

371 Accipit etiam morbus diminutionem, & fit interdum crisis perfecta. Vnde cùm hoc signum uidebitur, prognosticetur pax & salus patientis. nam mors minime accidit in declinatione, nisi errore super patiente commisso, aut aere [c]{complexionis malæ & illaudabilis, necnon etiam omni extrinseco contrario eidem contingente.

c* pestilentiali

Tempus quidem declinationis est, cùm incipit morbus minui, scilicet in longitudine paroxismorum, ac si diceretur, q tunc breuiores solito efficiantur, & q tempus inchoationis eorum suboccupet, & ipsorum accidentia alleuientur & mitigentur. In hoc autem tẽpore perficitur interdum morbi consumptio & destructio per crisim, & interdum consumitur insensibili dissolutione absq; crisi. Vnde cùm apparebunt signa, prognosticetur super euasiõnem & liberationem patientis à morte. Constat enim q nullus moritur in declinatione, nisi ex errore contingente ex seipso, aut ab assistẽtibus, aut ex parte Medici, aut ex malitia & corruptione aeris, vel in summa ratione extrinsecorum accidentium nociuorum, puta ratione timoris, vel tristitiæ, aut ratione aliorum ab his ex accidentibus, & rebus animalibus, vel corporalibus.

372 Scientia autem nostra, per quam cognoscimus terminum principij, confert quidem ĩ subtiliando cibum, & diætam, sicut decet, & in mediando subtilitatem eius in augmento. Nã hoc expedit patienti, donec morbus ad statũ peruenerit. tunc autem decet Medicum esse solicitum ad subtiliandum perfecte diætam.

Scientia autem, quam habemus de tẽpore principij, augmenti, & status, confert nobis ad sciendum artem subtiliandi diætam ægrorum. Nam cùm scimus morbum esse in principio et augmento, subtiliabimus quidem diætam patientis: ita tamen, ne inde virtus patientis ante statum debilitetur & cadat. appropinquante vero statu, subtiliabimus quidem diætam in vltimo. Ferunt autem q Gal. & Hipp. abstraxerunt artem subtiliandi diætam ex cogitatione distantiæ, aut instantiæ temporis status. Vnde cùm istabit status morbi, valde subtilietur diæta in vltimo: cùm autem valde distabit, ingrossetur: & cùm erit medius inter propinquum & distãtem, mediet inter subtilem primam & grossam. pro tanto scientia eorũ, quibus status tempus cognoscit, est magis necessaria cæteris in hac arte traditis.

Rememoratio longitudinis, & breuitatis morbi.

373 OMnis morbus perficitur in mensura, quæ si fuerit brevis, dicitur acutus, et hic aut interficit in breui tempore, aut per crisim laudabilem terminatur.

Omnis quidem morbus cõsumitur, & destruitur in aliqua mensura temporis. ex ea autem longa est, & ex ea est brevis. vnde ex morbis est quidam leuis motus, & est ille, quem ipse vocat morbum acutum. de natura autem eius propria est, q celeriter interficiat, aut per crisim destruatur & consumatur. & hic morbus fm opinionẽ Hip. attingit vt plurimũ* nonum diem: ex quo est maxime acutus ille, q terminat p crisim i die quarta.

*2.l. decimũ quartum

374 Ipse etiam morbus est citæ digestionis, & breuium temporum, austerus, & periculosus.

Hic etiam morbus est citæ digestionis, & habet quatuor tempora, si perficiantur: tamen ratione velocitatis sui motus & violẽtiæ accidentium eius est austerus, & periculosus. vnde patiens moritur ex modico errore eidem contingente.

375 Cognoscitur autem ex breuitate sui principij: pro tanto regatur diæta conuenienti.

Hic quidẽ morbus cognoscitur ex breuitate sui principij. hoc autem est in primis diebus ægritudinis, cùm apparent signa digestionis in sputo vel vrina. vnde si in quarta die appareat principium digestionis, vtpote nubes sup vrinã, signabit q status sit i septima futura.

376 Non enim sunt multum aggrauandæ eius uirtutes, nec est auferendus & prohibendus ei cibus omnino a

principio: nam forsitan caderet virtus eius: nec etiam est debilitandus ante statum ipsius. sed est potius prudenter in quantitate reficiendus sufficienti secundum
a* viauci *exigentiam sui* a*{itineris.}*

Non inquit debet refici patiens in hoc morbo cibo læsionem & grauamen virtuti eius referente, nec etiam est subito transferendus à cibo suo: hoc est q̄ non debet ei omnino subripi cibus suus: nam caderet virtus eius, priusq̄ morbus ad statum perueniret, & per consequēs patiens moreretur. Vnde metiēdus est cibus eius sm di stantiam status morbi, sicut & mensurantur sumptus iter agentis. excessus enim & multitudo sumptuū grauāt ipsum, & diminutio seu defectus ipsorum nō complent intentionem ipsius. Et priores quidem iusserunt patienti, cùm videbant morbum eius terminari in die quarta, q̄ dimitteret omnino cibum, dum virtus fortis esset: alioquin q̄ sufficeret ei mellicratum. Si tamē esset sub tali, nutriebant ipsum ptisana colata, & sine fæcibus. Si etiam virtus esset sub hac, reficiebant eum ptisana non colata, sed cum totalitate sua. Cùm autem opinabantur morbum non terminari citra decimum quartum, nutriebant ipsum ptisana absque fæcibus suis. Si tamen virtus esset sub hac, nutriebant eum ptisana cum fæcibus suis. Quòd si sub hac inueniretur, cogebantur ei dare panem ad comedendum. Et consuetudo quidem viuendi iuuit post in hoc negotio: quoniam homines illius temporis non sumebant cibum multum: & hoc, quoniam cibus eorum secundum mensuram legis sumebatur, aut saltem mensuræ appropinquabat. Consuetudo autem moderna est cōtraria huic regimini, quantum ad talem mensuram cibi. pro tāto decet vt cibus modernorum aliquantulum augeatur, & potissime in crapulosis, & laborantibus.

377 *Si autem videas difficultatem, & malitiam signorum, & periculorum, & dolores fortes, & violētos cum mala dispositione, & casu virtutis, et ratione diminuta & permista, ita q̄ virtus nequeat morbi malitiam tolerare, prognostica mortem eius futurā ante statum, quam quidem ex malitia accidentium ex morbo cholerico contingentium prognosticabis.*

Si videris in patiente signa maligna & austera, quorum relationem facient humores, & accidentia pessima, vt pote dolores violentos cum casu virtutis, & significatione potentiæ morbi ex malis signis, & corruptione rationis, & cum hoc videas q̄ virtus patientis nequeat pati violentiam morbi: prognostica futuram mortem eius, antequā statum pernenerit. cum tamen erit morbus in vltimo fortitudinis & violēcie, morietur paucis in tempore principiorum. Si fuerit sub hoc, morietur in tempore augmenti. Cognosces autem hoc in genere ex accidentibus malis & permistis, cuiusmodi sunt accidentia morborum ex cholera rubea generatorum.

378 *Ex morbis etiam est diu durans, & longi temporis, qui chronicus seu temporalis appellatur: qui quidem minime corpus celeriter consumit & dissolut, sed aut necat ipsum cum phthisi & hectica, egressu sanguinis, aut macie: aut patiens etiam longo tempore curabitur, & morbus per paulatinam dissolutionem, & digestionem consumetur.*

Posq̄ fecit relationem de morbis breuis temporis & acutis, refert nunc morbos longi temporis. vnde intelligi, q̄ ex morbis sunt longi, qui tēporales seu chronici appellātur, qui longo temporis spatio sunt durantes. Hi autem minime immutant cito corpora, uel dissoluunt, sicut acuti morbi faciunt: immo quidem aut interficiūt ipsum cum macrore, aut egressu sanguinis, aut dissolutione virtutis paulatina, aut euadet, & curabitur quis ab eis in tempore longo per dissolutionem humorum paulatinam, præter q̄ pateat in eo crisis manifesta. Et hoc quidem dedit intelligi, cùm dixit: & morbus per paulatinam digestionem, & dissolutionē consumitur.

Cognoscens autem ipsum ex leuitate & facilitate 379
accēssium eius, & frigiditate cuiuslibet ex his morbis.

Cognosces quidē morbos istos ex facilitate accidentium ipsorum, & natura eorum: q̄n sunt morbi frigidi.

Non cibet ipsum patientem modico cibo, quoniam 380
caderent uirtutes eius.

Docet quidem q̄ non in morbis longis, qui non dissoluuntur per crisim, cibetur patiens paruo cibo: quoniam caderet virtus eius.

Inter autem morbos istos sunt alij medij, quorum 381
scilicet tempora non sunt absolute breuia, nec longa. unde cibus eorum in substitate mediocritate: nec sit multus, neque paruus.

Inter morbos quidem breuis temporis, & morbos longos & chronicos, rationem extremorum habentes, sunt alij medij in longitudine & breuitate: et idcirco nō reponuntur in tempore longo uel breui, sed potius inæquali aut temperato. pro tanto docet vt cibus in istis sit inter paruum & magnum medius.

De Crisi b*{& signis eius.}

Scito q̄ crisis est uelox & subita mutatio, quæ suo 382
tempore ex difficultate seu malitia accidentium, & pugna existente inter uirtutem & morbum generatur, ut celeriter ad uitam uel mortem perueniatur.

Crisis est mutatio suo tempore subito contingens patienti, ac si diceret q̄ hæc mutatio generatur ex difficultate accidentium patienti contingētium, & ex pugna, quæ inter virtutem & morbum exibit: quæ quidē mutatio significat mortem celeriter in morbo futuram, si fuerit illaudabilis, aut vitam, si fuerit laudabilis. vnde transmutatur hoc nomen ad significādum prædictam immutationem & diem eius per quandam similitudinem, ac si in ea deberet ferri iudicium seu sententia super victoriam morbi, vel virtutis.

Sex sunt species mutationum in morbis contingen- 383
tium. Nam aut negocia tardantur, aut citantur in eis: unde interdum conuertitur in temporibus breuibus corpus ad bonum & uitam.

Sex sunt species mutationum, quæ in morbis generantur. Vna ex eis mutatio est, in qua trāsfertur corpus in breui tempore ad laudabilem dispositionem et sanitatem, ac si diceretur subito. et hoc quidem intellexit, cū dixit: in temporibus breuibus. Vnde hęc est vna ex speciebus crisis, & ipsa quidem est laudabilior cæteris: in ea enim transfertur corpus subito à dispositione illaudabili ad sanitatem cū euacuatione sensibili, puta cum fluxu sanguinis narium, aut sudore, vel alijs ab istis.

Si fuerit laudabile quod præcedit eam, prognosti- 384
cabis sic super ipsam, scilicet super crisim securam, & laudabilem.

Si prognostica laudabilia præcedant crisim, iudica crisim futuram esse laudabilem: & cum hoc etiam significabit in quo tempore accidat, & speciem euacuationis, quæ debet contingere in ea.

Est

385 ***Est autem alia mutatio uelox ad prædicta, quæ quidem significat mortem, in hac quidem uelocitas magnitudo est anguſtus processus Medici: nam hæc crisis est necans, & perniciosa.***

Secunda ex speciebus crisis est velox & subita mutatio ad mortem cum euacuatione sensibili. In hac autem crisi est, sicut ipse dicit, angustus processus Medici: quod quidem de processu curationis itellexit. vnde est ac si diceret quòd non inuenitur curationis ingenium à Medico. Et hanc quidē crisim præcedunt signa mala.

386 ***Tertia ex prædictis mutationibus est mutatio tarda, inducens ad dispositionem sanitatis, & curans morbum: non tamen cum crisi, sed potius per dissolutionem paulatinam in ea contingentem.***

Tertia quidem species ex speciebus transmutationis est transmutatio tarda, inducens nihilominus ad sanitatem & curans: non tamen cum euacuatione & fortibus seu violentis accidentibus, sed per dissolutionem occultam, & insensibilem. & ideo non dicitur crisis.

387 *Quarta autem species prædictarum mutationum est mutatio tarda ducens patientem ad interitum: nec fit cum euacuatione, sed potius cum hectica dissoluente corpus patientis.*

Quarta quidem species prædictarum mutationum est mutatio tarda, ducens patientem ad mortem: nec est cum euacuatione & dissolutione subita & forti, sed potius cum hectica, virtutes patientis consumente.

388 *Quinta autem ex prædictis est inter eas media, cū inducit mortem, & malitiam ultimatam.*

Quinta quidem species harum mutationum est media inter subito & tarde ducentem ad mortem. & hoc, quoniam in hac specie fit primo imperfecta crisis subito, & consequenter dissoluuntur patientis virtutes in tempore tum latitudinem habente, donec contingat mors eidem: & est composita sicut dicit ex illa, quæ subito perducit ad mortem, & ex ducente ad eam per dissolutionem in insensibile.

389 *Sexta uero perducit ad uitam in medio temporum.*

In hac quidem mutatione sexta subito contingente est primo crisis imperfecta, & consequenter deducitur patiens paulatim ad sanitatem. & est hæc quasi composita ex subito transferente patiente ad sanitatem, & ex transferente ipsum ad eam motu, & translatione illaudabili.

390 ***Hæ autem crises sibi inuicem dicuntur contrariæ compositæ.***

Hæ duæ crises, scilicet quinta & sexta, componuntur, vt diximus, ex quatuor præcedentibus. nam quælibet ex eis componitur ex duabus primis, bona, scilicet laudabilis ex duabus primis laudabilibus, & illaudabilis ex illaudabilibus.

391 ***Crisis quidem laudabilis accidit in statu cum perfecta digestione & uirtutis fortitudine: contraria uero ei, puta illaudabilis, fit in augmento.***

Crisis laudabilis est illa, quæ accidit in morbis post perfectam digestionem cum fortitudine virium & virtutum: & contraria ei est illa, quæ accidit in augmento. nam accidit ante complementum digestionis.

Rememoratio eorum, quæ oportet scire in crisi.

392 TRia oportet scire in crisi.

Necesse quidem est scire cū speciebus crisis, quarum relatio facta est, tria super dispositionem ipsius crisis.

Scientiam uidelicet de prognosticatione eius, & 393
de diebus criticis, et scientiam etiam eius quod significatur per signa nobis significantia, in quam crisis speciem terminetur, cùm perficitur crisis cuiuslibet morbi.

Vnum quidem ex his tribus est scientia, per quam scitur, quòd sit crisis futura. secundum autem est scientia de natura dierum criticorum. sed tertium est scientia de specie crisis, quæ debent fieri, seu de specie euacuationis, quæ futura est in crisi. & hæc quidem scientia habetur ex signis significātibus ipsam esse futuram, necnon etiam ipsam ex causa ipsius morbi.

* De signis crisim prognosticantibus.

Omnis autem crisis prognosticatur ex uiolētia ac- 394
cidentium, quæ dicimus.

Intendit quòd prognosticantia crisim futuram sunt signa, quæ refert in hoc loco.

Et *sunt permistio sensus, & intellectus, & dolor* 395
rium, & capitis.

Ex signis autem futuram crisim significantibus est permixtio rationis, & diminutio sensus, & dolor aurium, & capitis. huiusmodi autem causa est motus humorum in capite.

Et fluxus lachrymæ, anguſtia, a*{parua famis, seu* 396
casus appetitus,}motus laboriosus, & uigiliarum in- a** & pauci-
stantia, & dolor in pectore uel collo, et illaudabilis ex- tas somni, &
citatio à somno cum motu, & rubedine oculorum.

Est autem illaudabilis excitatio à somno, cùm excitatur quis à somno suo, velut homo exterritus.

Et *frendere dentibus, & limatio eorundem in som-* 397
no, & eorundem percussio, & fortis fricatio nasi patientis.

Intellexit quidem quòd patiens limet & percutiat dentes suos ad inuicem, præter quòd consueuerit hoc tempore sanitatis.

Et *interdum insinuabit aliquis* b*{commouendo}* 398
cum labijs suis. uidebiturq̄ interdum fugere ea. b* c ... iuendo

Hoc quidem est, ac si diceret, quòd videtur vnum ex eis cum quodam eorum fugere. & hæc quidem omnia signa sunt laboris & angustiæ ex pugna naturæ cum morbo.

Et *uelocitas quidem anhelitus, & desyderium tra-* 399
hendi aerem frigidum cum anguſtia, & uelocitas pulsus, & frequentia, & tussis cum infusione, & sonitu, &
gargarismatis.

Intellexit hoc, cùm accidit patiēti tussis cum sonitu gargarismatis in gutture suo contingente ex rebus infusis à capite suo ad locum illum.

Et *pulsatio cordis continua, & syncope, & conatur* 400
patiens à lecto suo surgere, & recedere.

Intellexit q̄ patiens conetur à lecto suo surgere, velut homo permixtus turbatus, & recedere.

Et *dolor gutturis & meri cum anguſtia: quæ si per-* 401
seuerauerit, continget ei syncope magna & fortis. c* pūctio in lateribus, & costis, & vehemēs nocumentū, & dolōris, & a stomacho do

Intellexit per anguſtiam nauseam, & nocumentum stomachi eiusdem.

Et c*{pulsatio in lateribus & dorso, cum torsioni-* 402
bus uiolentis, & fortibus, & continuo dolore stoma- lor frequēs, & querimonia stomachi
chi cum querimonia stomachi uel hepatis,}aut dolor & hepatis,
uentris, aut circa pectinem, aut etiam in renibus, et ne

a * anum

fica, aut dolor fortis circa a *{uirgam,} uel in uirga, aut in matrice, aut in omnibus iunctturis, aut quibuſdam, aut ex eis intus, uel exterius.*

Quicquid retulit hic eſt per ſe notum. cauſa nanque horum accidentium in patiente generatorum, cùm eſt ventura criſis, eſt motus humorum per totum corpus eius. tunc enim natura expellit humores ab omnibus membris, & mittit eos maxime ad membra ordinata, ad hoc ꝙ ſint meatus deputati ad egreſſum illius humoris, vtpote ad vêtrem, ſtomachũ, renes, & velicam.

403 *Cùm ergo uidebitur augmentum horum accidentium in die critica, erit proculdubio bonum & laudabile, & potiſſime ſi prius digeſtio apparuerit: ſin autẽ, erit quidem contrarium manifeſtum.*

Cùm aliquod horum accidentium alicui ægrorum cõtigerit, & hoc in aliquo dierum notorum ex diebus laudabilibus abſciſſionis ſententiæ & iudicij, quorum relationem faciet conſequenter, & cùm hoc ſigna digeſtionis præceſſerint in vrina: proculdubio Medicus nequaquam debet ex tali violentia accidentium dubitare, ſed potius debet patienti & amicis eius prognoſticare, & ſignificare quòd ſanitas ſibi debeat aduenire. Si vero hoc cõtigerit in die mala & illaudabili, & ſine digeſtione, continget contrarium: ac ſi dicatur, quòd hoc eſt ſignum malitiæ, & finis, & mali.

De diebus Criticis.

404 *Cauſa quidem criſis, ſi ſit eorum relatio uera, eſt, quoniam Luna uariat actionem in morbis.*

Cauſa quidem caſus criſis in diebus laudabilibus computando eos à principio morbi patientis cùm Luna, ſi verum eſt illud quod retulerunt ſuper hoc. quod ideo dixit, quoniam non eſt bonum, cauſam uel rationem alicuius reddere, priuſquam bene conſtet de eius inuentione.

405 *Iam quidem cùm peragrat, & abſcindit celeritatem circulum ſuum, eſt quidem cauſa celeris motus & mutationis: & fortificatur quidem interdum in hoc, & interdum debilitatur. hoc autem notum eſt in arte Aſtronomorum.*

Fuit quidem neceſſarium, vt operationem iſtam appropriaret Lunæ: quoniam dies, i quibus manifeſtatur huius mutatio, ſunt ſeptennarij aut quaternarij: & non reperitur quidem aliud ex aſtris, cuius diſpoſitio varietur, & mutetur in hoc in ſeptennariis, aut quaternariis ex ſitu ſeu poſitione ad Solem, præterquam Luna ipſa. cum hoc enim quod apparet, ꝙ ipſa maturet fructus, & ſegetes in prædictis temporibus eius, aut actio eſt nota in maribus & in aquis, & vniuerſaliter in humiditatibus quibuſcunque. vnde conueniens fuit quòd ab ipſa eſſet actio mutationis in digeſtione humiditatis. Cùm autem dicit: & fortificatur quidem interdum in hoc, & interdũ debilitatur. intelligit quidem hoc eſſe ſecũdum diſtantiam & propinquitatem ſui ad Solem in his reuolutionibus, & etiam ſecũdum coniunctionem aliorum planetarum cum ea conuenientium aut diſconuenientium: quos quidem domini aſtrorum fortunas & infortunas vocant, ſeu iuuantes & nocentes.

406 *Nequaquam eſt operatio ſuæ actionis ſenſibilis in eius iuuamento uel nocumento, ſicut quidem eſt ad ſenſum uiſibilis eius figura ex eo quod in ea exiſtit de claritate, uel lumine Solis.*

Actio quidem Lunæ eſt ſenſibilis, cùm apparet eius figura lunaris, ex eo quod ad ſenſum exiſtit in ea de lumine Solis. verum eius actio iuuamento & nocumento appropriata nequaquam eſt ſenſibilis. et eſt ac ſi vellet dicere ꝙ hęc tranſmutatiõ, quę in ea viſibilis exiſtit, atteſtatur ſuper illud, quod opinati ſunt ſapientes aſtrorum: quod quidem minime ſenſibile eſt in ea.

Eius autem quarta relucet in quarto, & eius medietas in ſeptima. 407

Intelligit ꝙ ipſius quarta relucet in quaternis, & eius medietas in ſeptenis. & eſt ac ſi diceret quòd hęc eſt cauſa, quare criſis in quaternis & ſeptenis exiſtit. hoc tamen minime reperitur ſecundum hunc modũ in omnibus quaternis, & ſeptenis, & numeratis in quolibet ex morbis à principio ipſius cùm æger poſſit incipere pati quolibet die menſis lunaris. Vnde cauſa, quare criſis ſic fiat ordinate in quaternis numeratis à primo die, quo cœpit patiẽs ægrotare, eſt quidem ex hoc, quoniam in quaternis morborũ reperitur notabilis diuerſitas impreſſionis cum modo ordinato. nam quod ibi apparet ex hoc eſt ordinatum, & determinate ſic procedit. pro tanto quidem cõgruit, quòd talis impreſſio ſit in eis ab aliquo ex aſtris. & quia Luna determinate efficit impreſſionem in quaternis & ſeptenis, cõgruit quidem quòd ab ipſa procedunt tales impreſſiones: nõ tamen ſunt huius diuerſæ impreſſiones ab ipſa, ratione quartarum menſis, ſed potius ratione quartarum circulorum, quos efficit & deſcribit in motu dierum: quod quidem notum eſt * in reuelatione dierum.

*a.l. per dum reuelationum.

Et morbus quidem minime contingit niſi ex diſpoſitione, qua debilitatur opus naturæ: qui ſi cum auxilio producatur, curabitur quidem patiens, & uita prolongabitur: ſed ſi cum detrimento, morietur quidem, & uita perdetur, & ſepelietur. 408

Morbus non eſt in patiente, niſi cum Luna fuerit in malo loco à principio natiuitatis eius. & eſt ac ſi diceret quòd talis locus eſt ille, quem attingit in principio ægritudinis ſuæ. vnde ſi tunc ipſa transferatur & eleuetur à tali loco ad loca vtilia & iuuatiua, & cum hoc locus fuerit, in quo incipit generatio morbi ipſius partiæ malitiæ, & curabitur quidem patiens, & viuet. verum ſi trãsferretur tunc ad loca mala, ipſa exiſtente à principio in loco malo, augeret et fortificaretur eius malitia. Hoc autẽ dogma minime eſt de arte Medicinę, ſed potius ex arte Aſtronomiæ: quæ quidem ars debilis eſt, & falſum eſt plurimum, quod in ea exiſtit.

Criſes contingunt interdum in quaternis, & interdum in ſeptenis. Et illæ quidem bonæ ſunt & laudabiles, quibus coniunguntur digeſtio, & prognoſticatio atteſtantes ſuper ipſas. 409

Criſes contingentes in quaternis & ſeptenis in principio morbi numeratis ſunt laudabiles ſemper, cùm præcedunt eas dies indicatiui, ideſt prognoſticantes criſes conſequenter futuras, in quibus iam apparuit, & fuit digeſtio. Et Hippocrates quidem & Galenus numerant dies quaternarios velut mundi cauſa. Dicunt ergo ꝙ dies quarta laudabilis eſt & critica: dies etiam ſeptima eſt critica, in qua ſecundum eos terminatur ſecunda quarta. ipſi enim dicũt quòd duæ quartæ primę vniuntur in die quarta: hoc eſt dictum ꝙ ipſi ponunt diem quartam, finem & terminum quartæ primæ, & principium quartę ſecundę. Et die vndecima terminat quarta tertia, quam quidem quartam minime coniunctim numerant cum ſecunda. Quartam vero quartam ſerunt terminare diem. xiij. hæc quidem quarta coniunctionem

coniũctionem habet cum tertia, ſcilicet cum die. xi. Sic etiam cõtungitur quinta quarta, ſcilicet dies. xvij. cum ea, quæ ipſam præcedit, ſicut patet & ſecundum Hipp. & Gal. Quarta ſexta, i. dies vigeſima vnitur præcunti ipſam. ſecundum tamen Archigenem, hæc quarta eſt dies. xxi. nec alicui alij coniungitur. Hi ergo quaternarij ſunt dies indicatiui, & critici. eſt autem decentius, ꝙ quaternarij ex eis dicantur & ſint indicatiui ſeptennariorum, & quòd ſeptennarij ſint critici. hęc quidem eſt ſeries, & ordo laudabilior dierum criticorum: hoc eſt, quòd criſes completæ in vltimo & ſecundũ plurimum laudabiliores contingunt in eiſdem. Verum gradus ſecundus prædictorum dierum ſecundum eos eſt dierum imparium, in quibus contingit criſis à tertio vſque ad xix. puta quinti, ſeptimi, noni, vndecimi, decimitertij, decimiquinti, decimiſeptimi, & deciminoni. Et conſtat quidem quòd ſecũdum eos in diebus paribus non contingit criſis, nec indicatio niſi raro. & ſi fuerit, erit mala & illaudabilis: inter quas quidem ſexta erit deterior, adeo quòd ſecundum eum contrariatur ſeptimæ. & cõſtat quidem quòd ſeptima eſt melior inter eas. Licet autem criſis ſępius accidat in ſexta, quòd nõ ſic contingit in aliis paribus, eſt nihilominus illaudabilis & auſtera, non ſecura de fine bono. Quod autem ex tali actione & impreſſione contingit poſt diem. xx. accidit ſecundum eos in ſeptennariis, non in quaternariis. Et Galenus quidem numerauit ſeptennarios à. xx. vſque ad. xl. cum coniunctione & ſeparatione, quemadmodum fecit de his, quę ſunt in primo vicenario. Et ſecundum eum quidem non videtur, nec apparet criſis ſenſibilis in acutis poſt diem. xl. poſſunt autem morbi acuti criſim ſuam differre vſq; ad diem. xl. ratione ſtimulationis cõtingentis eiſdem. Sic etiam accidunt criſes in chronicis in quatuor mẽſibus, & in tempore longiori. nam ſicut criſes accidunt in diebus menſium acutorum, ſic etiam proportionaliter contingunt in menſibus anni in chronicis: & interdum accidunt criſes in annis in eiſdem.

409 *In aliis quidem ab iſtis nequaquam circuitus et periodi reperiuntur ratione turbationis, & dubitationis contingentis in eiſdem.*

Criſes quidem contingentes in paribus diebus, priuantur & carent determinato ordine, quem ſeruant prædictæ. & hoc, quoniam ſecundum Gale. cauſæ earum poſſunt eſſe humores qui ſunt materia morbi. ſeruant nihilominus aliqualiter modum quaternorum ex propinquitate ſui ad eos. Et eſt poſſibile quòd perturbationem & dubitationem, quam dixit contingere in eiſdem, intelligit naturam materiei obuiantem ordini, quem agunt & operãtur aſtra in eiſdem, iuſſu & voluntate creatoris eorũ, cuius nomen ſit in ſecula bñdictum.

410 *In non habentibus uero digeſtionem & prognoſticationem, contingit quidem dubium in eorum accidentibus: nec contingit criſis in his diebus, niſi cũ contingit conſequenter aliquod ſiniſtrum.*

Inquit, quòd critici illaudabiles ſunt, quos non præceſſit digeſtio, & iudicatio. pro tanto non dicuntur abſolute critici. accidentia autem in eis contingentia ſunt dubia: nam criſim in eis contingentem ſubſequitur aliquid pernitioſum, & illaudabile.

Rememoratio a {ſignorum ſuper} fluxum ſanguinis.

a * qualiter fiat criſis, & ptio per

411 *Cum uideris morbum ſanguineum, auſterum, & uiolentum nalde, cum illaudabili & impetuoſo motu, cuius ſigna patula ſint in capite, & manifeſta, quæ uſque ad omnes ſenſus extendantur, cum rubore & pruritu naſi, erit proculdubio criſis eius per fluxum ſanguinis narium.*

Intentio eius in hoc loco eſt referre ſigna, quibus ſumitur ſignum ſuper futuram ſpeciem criſis futuræ, antequam fiat. vnde cùm videris morbum ſanguineũ, &c. ſcitur autẽ hoc ex ſignis relatis ex præcedentibus. Cùm ergo talis erit morbus violentus & auſterus, & accidentia ſuper ipſum ſignificantia in capite ſ. & quinq; ſenſibus erunt manifeſta, cùm rubore, & pruritu naſi, prognoſticetur, & protinus ſententia abſcindatur quòd criſis futura ſit per fluxum ſanguinis narium.

Si uero accidentia ipſius deorſum, & in parte inferiori appareant cum dolore continuo umbilici, et præceſſerit retentio menſtruorum, continget quidem criſis per fluxum menſtruorum. 412

Siquidem accidentia dominium ſanguinis ſi[illegible] cantia in parte inferioris corporis appar[illegible] lore vmbilici & pectinis, & cùm hoc patien[illegible] lier, cui menſtrua iam concluſa erant & re[illegible] tur criſis eius futura per fluxum menſtruorum.

Sed ſi pars ſuprema corporis incolumis fuerit a dolore immunis cum dolore tamẽ hypochondriorum, & patiens querulofus ſit de hepate, & dolor uſq; ad anum extendatur, nequaquam quidem committetur error, ſi prognoſticetur criſis illa futura per fluxum ſanguinis hæmorrhoidarum. 413

Hoc etiam per ſe eſt notum. cùm enim pars ſuprema corporis immunis eſt à dolore, & ei hoc apparent in eo accidentia dominium ſanguinis ſignificantia, cum dolore in partibus inferioribus corporis exiſtente hypochondriorum & hepatis, qui vſque ad anum extendatur, ſi criſis talis patientis prognoſticetur futura per apertionem orificiorum venarum in ano exiſtentium, nequaquam talis prognoſticatio indiſcreta erit. hoc enim verificatur & apparet vt pluriqum, & maxime in eo qui ſolitus eſt pati apertionem venarum in ano exiſtentium, ſeu hæmorrhoidas.

Si autem morbus ex cholera rubea ſit in ſtatu, accideritq; apoſtema capiti, & dolor capitis, & angustia angeantur, nequaquam quidem eſt deſperandum, qm̃ continget criſis eius per fluxum ſanguinis narium. 414

Si morbus ſit ex cholera rubea, & iam ad ſtatũ ſuum peruenerit, & fuerit cum hoc apoſtema freneticum in capite patientis cum intenſione ſui, ſiue hoc contingat ratione ipſiuſmet apoſtematis, ſiue ratione febris, nequaquam erit inde deſperandum, quoniam criſis continget per fluxum ſanguinis narium.

Signa criſis per fluxum ventris, vomitum, & vrinam, & ſudorem, & b {dolorem.}

b * aſiatis.

Verum ſi eius accidentia ſunt in ſtomacho, & cum hoc prius conqueſtus fuerit patiens de hepate, cum angustia, & ſyncope ualida, erit quidem criſis eius per uomitum. 415

Si quidem cholerę rubeæ accidẽtia ſint in ſtomacho, vtpote dolor acutus, & patiens conqueſtus fuerit ante de hepate ſuo, cum angustia ſtomachi, & nauſea forti, & ſubuerſione, tunc quidem contingit criſis eius per vomitum. aſſerit autem Galenus, ex ſignis huius criſis eſſe tremorem labij inferioris.

416 *Si uero caput eius fuerit sine dolore, & cum angustia uentris, & eminentia umbilici, & præcedente uentris constipatione, prognosticanda quidem erit futura crisis per fluxum uentris.*

Hoc etiam est manifestum. nam si circunscripto dolore capitis, assit dolor ventris, cum eminentia vmbilici, & præcedenti constipatione ventris, crisis quidem continget per fluxum ventris.

417 *Quòd si uenter eius pacem habuerit, & digestionem laudabilem, præter quòd morbus eius uiolentus sit & austerus, cum aliquantulo tamen labore, & uigilijs, circunscriptis accidentibus sudoris, morbo quidem sic molli & lento existente, cum doloribus pectinis, erit sermo meus ueridicus, scilicet q̃ crisis huius patientis continget per urinam.*

Cùm quidem non inueniuntur in ventre patientis dolores, nec erit morbus violentus, erit tamen nihilominus cum aliquantulo labore & vigilijs, præter quòd sudorem patiatur, cum doloribus tamen inferioris partis ventris, continget proculdubio crisis per vrinam. Significanter autem dixit, quòd non patiatur sudorem: nam tunc proprie significabitur declinatio humidæ superfluitatis ad renes, & ad vesicam.

418 *Verùm si cum pace & quiete prædicta retineatur urina, præter quòd morbus sit in ultimo acuminis, cum apertione tamen pororum cutis, sine forti dolore, & uigilijs, & siccitate, erit quidem crisis eius forsitan cum sudore.*

Cùm quidem diminuetur vrina, præter quòd patientis accidentia sint tempore status in vltimo acutatis & violentiæ, & erunt pori cutis aperti, & cum hoc est, q̃ fuerit patientis corpus molle, laxum, & spõgiosum: continget quidẽ proculdubio crisis eius per sudorem.

419 *Si autem contingat dolor membri uel iunctura-rum in acutis, continget proculdubio crisis earum per apostemata.*

Si patiens quidem patiatur dolorem, continget crisis eius per apostemata, quæ debent in eo generari. tales autem morbi, quorum scilicet crisis accidit per apostemata, sunt de raro contingentibus. & hæc quidem apostemata generantur post aures, in collo, & subascellis, & sub cruribus, & in inguinibus, et in iuncturis, necnõ etiam in omnibus locis corporis. laudabilius tamẽ ex his aþatibus est magis distans à membris þncipalibus.

Rememoratio signorum prognostico-rum [a]{mortalium sumptorum ex operationibus.}

420 *Vtere laudabili regimine ex signis super mortẽ, euasionem, seu quietẽ, et pacem significãtibus.*

Horror lucis, sine tamẽ speciali morbo oculis, significat proculdubio morbum magnum, & nocumẽtum in cerebro. & fluxus quidem lachrymę significat super multitudinem materiæ illius morbi, & debilitatem ipsius oculi retentiuæ contingentem ratione violentiæ & magnitudinis morbi. Idem etiam est de magno, & forti rubore.

* De signis mortis, & primo de signis sumptis ex operationibus.

[b*] *Ex his quidem sunt horror luminis, & lucis, & fluxus lachrymæ cũ* [b]{*rubore,*}*motu forti, et uertigine.*

421 *Et paruitas oculi in uno latere, & apertio oris absque oscitatione.*

Paruitas, seu diminutio oculi significat super spasmum contingentem ex morbo, qui contingit cerebro, in illo scilicet latere, in quo diminuitur oculus, aut super diminutionem humiditatis ipsius. Apertio vero oris significat super debilitatem virtutis retentiuæ in inferiori mandibula existentis: quod quidem signum est malum, & illaudabile.

422 *Et cùm quis iacet & dormit resupinus, manibus et pedibus suis þtẽsis & relaxatis.*

Hæc quidem signa sunt illaudabilia. tnam significãt super casum virtutis ferentis, & substinentis corpus. nã in somno naturali dormit quis super alterum laterum suorum, quod quidem ex vigore virtutis ferentis corpus contingit: vnde mortuus non stat sic super latus suum. Sic relaxatio pedum, & manuum significat super casum virtutis. in somno enim naturali contrahuntur, potius quàm relaxentur membra prædicta.

423 *Ex his etiam est si uideatur patiens descendere* [c]{*in lecto suo,*} *& manus & pedes suos detegere.*

[c*] ex cerucãli,

Hoc quidem ideo contingit. nam prædictus descensus in lecto significat super debilitatem virtutis ferentis vel substinentis corpus: hoc autem descensu mouetur patiens versus locum pedum suorum. Et detectio quidem manuũ, & pedũ significat sup violentiã* virtutis.

*2. l. laborans.

424 *Necnon mala & illaudabilis imaginatio, qua uideatur fila à pannis suis euellere.*

Cùm quidem patiẽtis cerebrũ cœperit apostemari, imaginabitur aliquam eminentiam esse in pãnis suis, quam quidem tunc conabitur euellere. & imaginatio quidem rerum malarum, & horribilium significat permixtionem rationis, & morbi violentiam.

425 *Ex his etiam est ultimata grauitas, aut eius manifesta suspensio.*

Manifesta quidem grauitas extremorum significat casum virtutis motluæ: sed suspensio seu arrectio patientis ad illud quod videt, significat permixtionem intellectus, & violentiam laborum.

426 *Et etiam frendere dentibus præter solitum, & apponere manus super caput, & puluinar.*

Frendere quidem dentibus præter solitum significat super spasmum in cerebro.

427 *Aut etiam si imaginetur quòd uespertilionem nigri coloris capiat, & uelit eum interficere.*

Hoc etiam est malum, quoniã significat dominium & excessum choleræ nigræ magnæ adustionis.

428 *Nam hoc contingente in morbo acuto, mors quidem appropinquabit.*

Intellexit, q̃ hoc contingente in morbo acuto, mors futura sit in proximo.

429 *Ex his etiam est, si tacitus efficiatur uerbosus, & mitis pacificus, iurgiosus.*

Hoc quidem contingit ex violẽtia morbi cogente patientem dimittere consuetudinẽ suam. Cùm ergo tacitus per naturam efficitur verbifluus, aut ex consuetudine pacificus litigiosus, est quidem signum malum, & illaudabile.

430 *Aut si conqueratur de cæcitate, & surditate, uel casu uirtutis, ratione uiolentiæ morbi.*

Mors huius patientis est vicina, quoniam priuatio sensuum est media mors.

431 *Vel etiam si uideatur patienti, dum dormit in statu, q̃ cadat nix super caput eius.*

Hoc quidem videtur ideo contingere, quoniam apparitio huius coloris tempore status morbi significat super mortificationem caloris naturalis, et dominium frigiditatis in eodem, ratione humoris extinguentis calorem naturalem. non tamen recordor quòd Hippocrates alicubi retulerit signum illud.

432 *Et anima quidem inquieta, domina magnæ frigiditatis, est res mala, & illaudabilis.*

Ex frigiditate quidem animæ significatur cordis frigiditas. Inquietudo vero significat illaudabilem dispositionem patientis.

433 *Ex his sunt uigilia nocturna, & somnus diurnus, aut omnimoda priuatio somni.*

Hoc quidem totum est malum, cùm sit contrarium dispositioni naturali.

434 *Necnon si dispositio ægri in somno, & post somnum deterioretur, & cum dolore efficiatur.*

Cùm somnus erit tempore, quo corpus consueverat naturaliter gescere, & nihilominus morbus augeatur, significabitur quidem malitia patientis negoci).

435 *Si etiam Medicus ordinate & recte operetur, præter q̃ appareat operationis intentum, erit malum.*

Si Medicus ordinate, & sicut decet, ministret patienti medicinas suas, præter quod inde prosperetur rectificatio patientis, erit signum malum, & illaudabile. hoc nanque significat, quòd patiens non consequitur iuuamentum ex cura Medici.

Rememoratio signorum prognostico-rum mortalium assumptorum à qualitate corporis.

436 *EX his autem sunt facies mortuorum faciebus consimiles, cum planicie* [a]{*seu extensione*}*tẽporum, ex morbo contingente, & constrictione aurium, & ipsarum frigiditate, & earum inuersatione, & oculorum profunditate.*

Hæ quidem facies notæ sunt Medicis, facies scilicet mortuorum: quarum teste Hippocrate, nasus tenuis est & acutus, & oculi profundati, & tempora plana & tensa, & aures inuersæ, & sunt in colore similes mortuo. Quæ quidem facies, si circunscripta vigiliarum instantia, & euacuatione sensibili appareãt in principio morbi, necessario habebunt malitiam significare. nam significant subitum casum virtutis, & priuationem seu consumptionem humidi radicalis, et extinctionem caloris naturalis. & hoc ratione violentiæ morbi. Nõ tamen significãt malitiam in morbis chronicis, sicut faciũt in acutis, possunt etenim hæ facies ratione longi tẽporis morbi apparere. agens enim debile efficit transmutationem magnam in tempore longo: & è contrario agens forte efficit immutationem magnam in tempore breui. Cùm ergo in tempore breui videbimus, scilicet in primis diebus morbi hæc accidentia, significabunt quidem morbi malitiam, et virtutis debilitatem.

437 *Etiam rubor, uel nigredo oculorum, aut eorum eminentia, uel principium fuscedinis ipsorum.*

[b*] & oculi sint cõtinue apti vnãto cũ intuẽtes:

Hæc omnia significant dominium & excessum humoris in cerebro.

438 *Aut etiam si quieuerint:* [b]{ }*uel si fuerint infrigiditati:* [c]{*aut palpebrarum*}*tortura.*

[c*] & palpebris ipsorum accideríe

Intellexit quòd aut oculus quiescat à motu suo naturali, aut quòd cesset, & tollatur sensus visus, aut quòd eorum naturalis calor extinguatur, & infrigidentur. & hoc quidem totum significat mortificationem virtutis motiuæ.

439 *Aut si fuerit nasus acutus cum obliqua fröte,* [d]{*ex latere labij contracto uel marcido.*} [d*] & labiũ infertus ẽ in tractũ vel cõuersum suarum.

Acumen quidem nasi accidit ex priuatione sanguinis, & humiditatis corporis. Nam cũ accidit aliquid corpori, rubet primo nasus, licet sit ex membris corporis exterius eminentibus, & frigidę naturę, distantibus valde, ad hoc quod possit ad ea sanguis attigere. et obliquitas quidem & contractio labij significant super dominiũ ariditatis, et consumptionẽ humidi, s. radicalis.

440 *Frigiditas quidem extremorum patientis cum ulcere, & nigredine linguæ* [e]{*laboriosa, et similia cruciantia, sunt quidem illaudabilia*}*in febre ardente.* [e*] cum ingeeudine, & ad spone angustiãte est mala

Cùm quidem vniantur contraria in eodem, significabunt super ipsius corruptionem. pro tanto, cùm in febre valde vrente reperietur frigiditas extremitatum, significabit super illaudabilem malitiam. & nigredo quidem linguæ significat super dominium vltionis in corpore.

441 *Ex his etiam est* [f]{*viridis rubor*} *unguium, & uiror in corpore cum uestigio nigredinis.* [f*] rubedo et viriditas

Tales quidem vngues & maculæ corporis similes vestigijs vlcerum contingunt ratione mortificationis naturalis caloris in corpore, & adustionis humorum. Apparent autem prædictæ maculæ similes vestigijs vlcerum, & contusionibus in illis locis determinate ex debilitate locorum prædictorum. Interdum autem significat nigredo extremorum super crisim, per quam euadit, & liberatur patiens. cadunt tamen vngues. hoc autem contingit, cùm apparet hoc accidens post morbi digestionem.

Ex his etiam est icteritia, si ante septimam diem apparet cum macie hypochondriorum.

Illaudabile quidem signum est, si icteritia ante digestionem appareat. Et priores experti fuerunt ipsam esse sine digestione, si ante septimam diem appareat. Posteriores vero opinati sunt, quòd si eueniat ante septimã diem, in regionibus tamen calidis, potest nihilominus esse bonum signum & laudabile. Addidit etiam quòd appareat cum macie hypochondriorum: quoniã macies illius loci significat excessum, & dominium vltionis, & siccitatis renum.

442 *Et si frigiditas sit in manifesto, & superficie corporis, & calor fuerit,* [g]{*& sit*}*interius. & præsertim si* [h]{*adhuc sit*}*& remanserit supra mẽbra principalia.* [g*] [h*]

Hęc quidem signa sunt illaudabilia, quoniam significant quòd intra corpus sit apostema, attrahens ad se calorem naturalem & sanguinem, adeo quòd inde infrigidetur manifeste superficies corporis. Addidit etiam & præsertim si adhuc remanserit supra membra principalia: hoc est, si calor remãserit adhuc in manifesto corporis super illud, quod est è directo membrorum principalium. nam hoc significat apostema esse in membris illis.

443 *Et tumor quidem uultus, cum tumore extremitatum ante duo septenaria, est quidem terribilis. nam huius patientis materia uelox est,* [i]{*& cita*}*: unde non uidetur quòd ad terminum duorum septenariorum ualeat peruenire.*

Canti. Aui. cũ cõm. Auer. Q in Tumor

Tumor quidem faciei, & extremorum in acutis febribus ante. xiiij. diem, significat ꝙ patiens non perueniet ad terminũ prædictæ diei, aut ꝙ labetur in hydropem: & hydrops quidem mortalis est in hoc loco.

445 *Aut si quiescat & cesset febris absq; crisi, aut si eius, fortificatio palam augeatur in diebus paribus.*

Intellexit ꝙ erit signum illaudabile, cùm cessabit febris acuta subito sine crisi: hoc enim significat, ꝙ consequenter redibit, & patiẽtem interficiet. nam talis quies significat fatigationem naturæ, & impotentiam ad resistendum morbo. Est autem malum, quòd febris augeatur in diebus paribus: aut quia non accidet crisis in talibus febribus, nisi in diebus paribus, quod quidem malum est & illaudabile: aut quia febris notha, quæ hemitritæus dicitur, augetur, & fortificatur in diebus paribus. & hæc quidem febris periculosa est. hoc autẽ probabilius videtur esse de intentione ipsius,

Signa ex excuntibus à corpore.

446 *EX his quidem est fex nigra, uel uiridis, fœtida, pinguis, rubea, & sicut aqua* [a] *{ } butyrosa, & alba. Hæ nãq; malæ sunt, & illaudabiles.*

a* & egestio spumosa uel

Malitia quidem egestionis nigræ est, quoniam significat dominium melancholiæ: & maxime, si talis appareat à principio morbi. Et viridis appropinquat quidẽ ei. Sed fœtida significat super magnã & fortem corruptionem. Vnctuosa vero significat super dissolutionem adipis renum ex forti violentia renum effectam. Verum rubea attestatur super dominium choleræ rubeæ, quæ valde vritur. Et aquosa quidem significat super priuationem virtutis immutatiuæ, & digestiuæ. Spumosa autem & butyrosa significat super fortẽ calorem, aut super fortem motum virtutis inquietatæ & vexatæ: quemadmodum contingit in spuma maris ratione multitudinis fluctuationum motuum eius. Et alba quidem significat super debilitatem hepatis. Hoc autem totum verendum est in acutis.

447 Necnũ etiam si appareat diuersorum colorum: hoc nanq; mortem, [b] *{ } aut crisim futuram } significat.*

b* [illegible] accidat acri

Siquidem talis sit per viam crisis, significabit super fortitudinem naturæ: quæ si in non acutis talis appareat, significabit quidem super multitudinem, & dominium humorum in corpore.

443 *Et si cum casu appetitus egestio sit cholerica, cum qua egrediatur frustum sanguinis congelatum primo, & consequenter frustum carnis.*

Quando cum casu appetitus est egestio cholerica, & cum ea egreditur sanguis & carnis frustum, significat quidem malum. est nanque signum illaudabile casus appetitus cum fluxu sanguinis.

449 *Et etiam si post egressum choleræ appareat sanguis, absq; punctione, & stimulatione.*

Intellexit secundum opinionem meam, ꝙ cùm egreditur sanguis post excedentem egressum choleræ rubeæ, non præcedente punctione, & mordicatione aliqua egressum sanguinis, quòd hoc significat egressum sanguinis per secessum, et post talem consumptionem choleræ citrinæ.

450 *Et si post extenuationem & macerationem corporis appareat, & egrediatur fex nigra.*

Si fex patientis egrediatur nigerrima post consumptionem & emacerationem corporis sui, & etiam morbi longitudinem, hoc quidem est signum malum, & illaudabile.

Et cum constipabitur uenter in febre urente, & [c] *{uexabitur cerebrum.}* 451

c* fluentis cerebro inde tudo vel a cidens ipsi cerebri a quietans.

Intellexit secundum opinionem meam ꝙ cùm in febre vrente constipabitur uenter, significabitur ascensus morbi ad caput, siue cerebrum.

Si etiam egrediatur uentositas cum sono inuerecundo præter solitum, erit malum. 452

Intellexit ꝙ si quis verecundus bombizet, & aliis audientibus præter solitum, ꝙ hoc erit malum signum. Nam significat aut super corruptionem rationis, aut super violentiam doloris.

Et urina quidem nigra, tenuis, & pauca significat patientis interitum, est q; timendum ut plurimum, & periculosum, cùm accidit permistio rationis, & intellectus cum tenuitate urinæ. 453

Cùm vrinæ tenuitas iungitur nigredini, significat quidem super dominium frigiditatis, & extinctionem naturalis caloris. Quòd autem quis loquatur absq; ratione cum vrinæ tenuitate, significat ascensum choleræ rubeæ ad cerebrum, & ipsius apostemationem.

Ex his etiam sunt uomitus, & fluxus [d] *{ } cum nigredine, & fœtor ex putrefactione contingens.* 454

d* sanguinis narium

Fluxus quidem sanguinis nigerrimi à naso significat super vstionẽ sanguinis ex violentia febris cõtingentẽ: & vomitus niger super dominiũ choleræ vstę seu melancholię in corpe: & fœtor sup fortẽ putrefactionẽ.

Frequens etiam tussis cũ modico sputo est signum malum & illaudabile [e] *{ }.* 455

e* i phthi

Cùm in phthisi minuitur sputum cum frequẽtia tussis, suffocatur patiens.

Sputum etiam diuersorum colorum [f] *{ in pleuresi cum tussi laboriosa & difficili, } significat mortis proquinquitatem.* 456

f* cũ difficultate, & tus

In apostemate lateris si exeat sputum diuersorum colorum cum difficultate & tussi valida, erit quidẽ mors patientis proxima.

Et sudor solius capitis, ad quem seu ad cuius euacuationem subsequitur quies, est malus. 457

Sudor prõprie in fronte, et prora capitis, est quidem signum mortale. nam quidem significat super fortem pugnam. Omnis enim sudor, quem nõ subsequitur alleuiatio patientis, est ex signis malis, & illaudabilibus.

Rememoratio signorum laudabilium prognosticorum.

SI facies eorum appareant quales fuerint tempore sanitatis, eorum quidem cura & certa euasio erit manifesta. 458

Palam quidem est & manifestũ ꝙ hæ facies sunt manifeste contrariæ faciebus similibus faciebus mortuorum. cùm igitur facies illæ significent super mortẽ, ideo significabunt istæ salutem, & patientis euasionem.

Ex his etiam est uniformitas, & æqualitas caloris, circunscripta macie hypochondriorum. 459

Hoc autem ideo contingit, quoniam vniformitas caloris super totum corpus significat super laudabilẽ dispositionem corporis itrinsecam ex priuatione apostematum. Addit tamen cum vniformitate et equalitate caloris in corpore, quòd non fuerint hypocondria macra. & hoc ideo, qm̃ talis est dispositio hecticorũ. & est ac si diceret, ꝙ calor reperitur vniformis per totũ corpus eorum cum macie hypochondriotum ipsorum.

Et si

460 *Et si post septimam diem erit manifesta & perfecta ratiocinatio absq; malitia, & vigor motus, & sensus omnium, concomitante facilitate & leuitate sui corporis, & solitus decubitus, & somni aduentus in nocte ut plurimum sine somno diumo cum vigore* [a] *{patientis} post somnum. Omnis etiam somnus tollens dolorem, & perturbationem seu permistionem rationis, & mitigans ægritudinem, est laudabilis.*

a* existente

Hæc quidem signa omnia sunt contraria signis malis & illaudabilibus, quorum relationem præmisimus: & causæ istorum etiam sunt contrariæ causis illorum. pro tanto non oportet, nec est necesse iterare commẽtum in istis. Intellexit autem, cùm dixit cõcomitante quoque leuitate sui corporis, quòd cùm patiens tollerat bene morbum suum, est signum bonum, & laudabile, sicut impotentia tollerandi ipsum est malum signum, & illaudabile.

461 *Cerebrum quidem patitur ex quibusdam membris compatientibus secum in passione. Vnde si tunc euaserit à permistione continua, euadet quidem patiens laudabiliter ab hoc morbo.*

Cùm membra, quibus compatitur cerebrum, in passione patiuntur, sicut pectus & diaphragma, circunscripta permixtione continua rationis, significatur ꝙ cerebrum immune sit, & liberum ab apostemate. Alia autem permixtio interpollata fit potius ratione compassionis & colligantiæ, non autem ratione propriæ passionis ipsiusmet cerebri contingentis ex apate in eodem existente, id est quidem continua ꝓmixtio rõnis.

462 *Et si cum apostemate capitis adsit sternutatio, ex signis erit super sanitatem significantibus.*

Hoc quidem est signum laudabile, cùm in statu morbi contingit. In principio vero significat vt plurimum naturæ vexationem.

463 *Omnis fluxus sanguinis* [b] *{ } etiam ab aure in morbis capitis, est curatiuus corporis.*

b* a naribꝰ, & aure

Et hoc ideo contingit, quoniam ex fluxu sanguinis narium, vel aurium dissoluitur apostema.

464 *Anhelitus manifestus non frequens, aut* [c] *{ } tardus est laudabilis: nec est uerendus si non fuerit intercisus, separatus: aut orthopnœosus, cogens erigere patientem.*

c* non

Cùm accidit in febribus frequens anhelitus, est quidem signum malum: nam significat excessum caloris in corde. Tardus quoque anhelitus permixtionem significat rationis. Intercisus vero separatus significat dissolutionem virtutis, & duritiem organi anhelitus, contingentem ratione apostematis in membris principalibus existentis, aut excessum siccitatis in organis anhelitus existentis. Verum anhelitus faciens patientem erigere, significat pulmonis apostema. Cùm ergo anhelitus immunis sit ab his omnibus, signum est laudabile.

465 *Et similiter est laudabile, cùm pulsus est uirtuosus fortis* [d] *{ } sine angustia, } nec est anhelitus urens, nec inflammatiuus.*

d* neq; stricius,

Angustia quidẽ pulsus significat super debilitatem virtutis. cùm enim non possit extendere in latum, multò minus in profundum. Et anhelitus quidem vrens significat super inflammationem cordis.

466 *Ex his etiam sunt bonitas appetitus, & digestionis, cum æqualitate, & laudabili substantia secum, &* [e] *{colore medio} in citrinitate, circunscripta nigredine eorum ustiua, & uiriditate.* 467

e* vrinæ, & colore equa li

Hæc quidem omnia sciuntur ex eo, quod præmisimus de signis malis.

Aut exitus etiam humoris cum lumbricis in die critica, hoc quidem est signum uitæ. hoc enim contingente auferetur morbus, cùm fuerit ex illo humore.

Hoc quidem est signum laudabile: quoniam significat vim & fortitudinem virtutis expulsiuæ naturalis. Cùm autem dixit, quòd auferetur morbus, hoc contingente, &c. intellexit quòd egressus lumbricorum in die critica sit signum bonum per se: & præsertim cùm fuerit morbus ex illo humore egrediente cum eis, ac si diceret, quòd egreditur cum eis humor, qui est causa effectiua morbi. Nam interdum accidit in crisibus laudabilibus quòd humor, qui est causa morbi, egrediatur in crisi & accidit interdum in crisibus illaudabilibus quòd euacuetur humor, qui nequaquam est causa morbi. & talis quidem crisis auget, et magnificat morbum: nec reperit patiens post ipsam, alleuiationem, sed potius aggrauationẽ è cõtrario scilicet eius, quod accidit ex crisi cõtingẽte ab euacuatiõe humoris ꝓpriꝭ morbi.

Egrediente cholera rubea, auferetur surditas, tolliturq; inde nocumentum in morbo cerebri. 468

Galenus quidem exposuit hoc inter dicta Hippocratis in libro Aphorismorum, vbi dicit, quòd si fluxus ventris ex cholera rubea accidit patienti surditatẽ, tolletur eius surditas. Et Galenus quidem opinatus est hoc esse verum, cùm talis surditas contingit ex apostemate in cerebro contingente. non enim est causa eius cholera rubea in non contingente ex apostemate cerebri. & ob hoc inquit hic Bensene, quòd contingente surditate in acutis, adueniente fluxu ventris de cholera rubea, tolletur surditas, & morbus capitis dissoluetur.

Sanguis etiam hæmorrhoidarum curat morbum splenis. Hoc etiam est laudabile in melancholia. 469

Fluxus sanguinis hæmorrhoidarum curat à morbo splenis, & melancholia quoniam sanguis hæmorrhoidalis est niger, & melancholia qdẽ est ipsa chosa nigra.

Et fluxus quidem aquæ, & humoris phlegmatici est cura morbi in hydrope. 470

Intellexit quidem quòd cùm accidit fluxus aquæ citrinæ in vrina in hydrope ascitica, & humoris phlegmatici in carnosa, quòd sit cura duarum prædictarum specierum hydropis.

Egressus quoq; choleræ citrinæ in ophthalmia festinat curam eius. 471

Intellexit quòd fluxus choleræ rubeæ curet ophthalmiam celeriter ex eadem cholera contingentem.

Ex his quidem signis est, ut uideas urinam similem in colore pomo citrino, cum hypostasi alba in fundo residente. 472

Hoc etiam est notum ex eo, quod dictum fuit in capitulo de vrina. talis nãq; color eius est naturalis, & talis etiam hypostasis similiter est naturalis, cùm sit alba, & residens in fundo vasis.

Et si etiam uideas sudorem infirmi æqualem in febre continua. 473

Intellexit ꝙ si sudor sit æqualis, ac si diceret, ꝙ sit equalis per totum corpus, ꝙ hoc quidem est bonum signum in febre continua. Hæc autem febris est ex sanguine.

Et tumorem exterius apparẽtem in synanchia. hoc enim bonum, & laudabile est. 474

Hoc quidem bonum & laudabile est, sicut dicit, tumore etiam exterius in synanchia apparente, est bonum & laudabile signum. In qua vero nihil apparet exterius cum violentia accidentium, mortalis est: talis enim est deterior ex speciebus eius: & præsertim, si præsui magnitudine ex ea apparente interius & exterius videatur. Extrinsecę autē seu exterius sunt tres spēs: ex quibus laudabilior est illa, cuius ipse fecit hic mētionem.

475 *Tumor quidem testiculorum in tussi chronica, est cura corporis.*

Intellexit quòd cùm in tussi chronica generatur tumor testiculorum, quòd sit cura eius: hoc est cùm materia faciens tussim transfertur, & destinatur ad locum prædictum.

476 *Et similiter apostema pedis in morbis pulmonis: neenon apostema generatum in iunctura cruris, & in inguinibus.*

Intellexit quòd per diuersionem materiæ ad aliam partem fiat curatio apostematum pulmonis. Et intelligit secundum opinionem meam per apostema pedis, podagram. Et apostema quidem in iunctura cruris est apostema, quod generatur in carne existente in radice cruris.

477 *Et pustulæ narium, aut labiorum in tertiana est signum salutis prognosticum.*

Hoc intellexit in tertiana simpli & vera: & est illa, quæ non transit septem periodos, seu circuitus.

478 *Et varices quidem innatæ sunt cura alopeciæ: neenon eius, quod est in uentre, & splene.*

Varices sunt morbi in tibijs accidentes, cùm venæ in eis existentes replentur, & ingrossantur in tantum, ꝙ egrediantur manifestè à sua dispositione naturali. humor quoque, quo tunc replentur venæ illæ, melancholicus est. pro tanto ex euullione & translatione illius humoris ad eas contingit curatio morbi splenis, & etiam apostematum in ventre generatorum, quæ dubaylet dicuntur, idest * scrophulæ. verum quòd hoc sit cura alopecię, hoc quidem nequaquā est, eo quòd omnis materia, ex qua fit alopecia, sit melancholica: nec etiam ex humore phlegmatico, nam alopecia potest ex omnibus humoribus generari. Hic autem canon est vnus ex aphorismis Hippocratis. & opinatus est Galenus in expositione eius, quòd posuit alopeciam pro lepra. non tamen constat apud Gale. illo tempore; nec est verificatum isto tempore.

* a.l gldldlę

479 *Et oxyregmia quidem in lienteria intestini contingit ex retentione cibi.*

Intellexit, quòd si præcedente lienteria, cōtingit eructuatio acida, quòd fit bonum signum, & laudabile. Hoc nanque significat in hoc morbo retentionem partis cibi in stomacho. & hoc ideo: nam in hoc morbo egreditur cibus indigestus à stomacho, & intestinis, ratione humoris lenitiui ibidem existentis, aut ratione vlcerum existentium in eisdem. Vnde cùm retinētur cibus in stomacho, donec acescat, est signum laudabile. quod quidem verum est, velut dicit Galenus, si de nouo contigerit, quæ prius non fuerit. nam hæc est de accidentibus potentibus contingere in principio morbi.

480 *Et febre cōtingēte ī spasmo, uel epilepsia, fit eoꝝ cura.*

Si cui accidit spasmus ex repletione, contingat febris cōsequenter, erit quidem hæc cura eius ab ipso spasmo: quoniam febris dissoluit humorem spasmum facientem cum contrarietate complexionis eius ad complexionem humoris facientis spasmum. febris enim calida est & sicca, & humor faciens spasmum frigidus et humidus. & sic est de ipsa epilepsia.

Si patienti singultum contingat ſternutatio, est cura eidem. 481

Hic singultus est humoralis seu ex repletione. & hoc ideo, quoniam sternutatio expellit humorem illum, qui est causa singultus à substantia stomachi: iuuatq; seu excitat naturam ad expulsionem ipsius. Singultus enim est debilis motus naturæ in expellendo superfluitatem nociuam in stomacho existentem. Singultus vero, cuius causa est siccitas, non recipit curam.

Rememoratio canonum, quibus vtendum est in iudicio prognosticandi.

Decet quidem ut cùm volueris indicare patiētem, ꝙ utaris proportione, [a] { } . 482 a vel comparatione.

Cùm ergo volueris iudicare per hæc signa, vtaris proportione iuridica. neq; facias sententiam aliquam absolute, priusquam scias species illorum signorum, et differentias eorum in significatione.

Nam ex signis sunt, quorum uirtus uera est & certa. Et ex eis sunt, quæ per alia falsificantur. 483

Dicamus ergo primo, quòd ex signis sunt quædam valde vera. & hæc quidem species signorum est, cū quibus non apparent alia eis contraria in corpore. ex his quædam sunt, cum quibus apparent alia eis contraria in corpore. quare est dubium in prognosticando.

Iusta autem significatio sumitur inter membra, ex eis quæ apparent in capite. 484

Signa quidem iuste super mortem significantia, & eius contrarium, sunt signa in capite apparentia, quorum relationem iam fecimus.

Si ergo uideas aliquā significationē iuste significantē in corpore, & aliā sibi contrariā sic significantem. 485

Si autem videas aliquod signum iuste testificans super euasionem vel perditionē alicuius, & videas cum eo aliquod signum ei cōtrarium in corpore, supple, no li tunc prorumpere in iudicium.

Contingit etiam ꝙ apparens super contrarium corporis non sint nisi testimonia debilia. 486

Contingit autem contrarietas signorum, & testimoniorum in vno & eodem corpore, ita quòd quædam ex eis significent bonum, & quædam malum, cùm erūt testimonia debilia super bonum vel malū significātia.

Omne signum non habens contrarium significat rem esse super curam & euasionem. 487

Intellexit quòd omne signum laudabile, cum quo non apparet contrarium, inquantum est ei contrarium, illud quidem & sibi similia significant recte super euasionem eorum.

Et omne signum prognosticationis prædictis cōtrarium, significat mortem & perditionem. 488

Intellexit quidem secundum opinionē meam, quòd omnia signa mala signis bonis contraria, quorū contrarietas talis est, ꝙ non possunt vniri simul in eodem corpore, sunt quidem signa iuste mortem significātia.

Cùm autem apparebunt tibi signa contraria & debilia, sequitur quidem ad hoc dubium. Vnde sta tunc, & prolonga iudicium. 489

Cùm ergo colligentur apud te signa contraria debilia, hoc est, ꝙ vniātur in eodem corpore, & ꝙ sint equata in significatione sua, ita ꝙ non possit quis cogere super significationem, nec ratione multitudinis, neq; ratione fortitudinis eorum: posset enim vnum ex istis signis fortius esse alijs: quod quidem esset signum apud Medicum euasionis patiētis, aut mortis eius: hoc quidem est solum dubium, non aliud absoluto. pro tanto decet Medicum tūc continuare curam, quam habebit, et consequitur forsitan inde spem.

490 *Cùm ergo erunt equata in dispositionibus suis, sta. Sed iudica à prædominante, cùm erunt contingentia in inæqualitate sua.*

Hoc quidem est notum. inquit enim ꝙ cùm cōtraria erunt, sta, & noli iudicium referre. Cū vero vna ex speciebus contrarijs coget, inferre iudiciū, ex cogente & domināte iudica. Docet autem hoc esse, quod dicit apud Medicum in prædictis signis habentibus gradus & dominium in fortitudine & debilitate, hoc est in significatione: sic scilicet ꝙ cùm exempli gratia, apparebit aliquod signum, cuius significatio super sanitatem sit in gradu tertio, & apparebunt ei duo signa, quorum signi ficatio est super perditionem in gradu primo, tunc iudicare habebit per signū, quod est in gradu tertio. cùm vero erunt prædicta signa æqualia in gradu, tunc ferendum erit iudicium ſm numerum ipsorum: sicut facit iudex in alterationē testium, & se dementientium: & sicut faciunt sapientes astrorum in virtutibus astrorum contrariorum ex contrarietate locorum ipsorum.

Et in hoc explicit prima pars Canticorum Auicennæ, & est pars Theoricæ scientiæ Medicinæ.

AVICENNAE
CANTICORVM
PARS SECVNDA,
ET EST PARS PRACTICÆ:
cum Auer. Commen.

†Tractatus primus. De conseruationē Sanitatis.

†Rememoratio partium Practicæ.

1ª practica.

2



b ——

c ——

d⁹ referre

Postquam ordinaui in parte Theoricæ medicinæ quod seriatim audiuistis, et hoc secundū ꝙ in mea mente præordinaueram, incipiam quidem nunc in practica ipsius. Iam autem retuli in principio huius libri illud b{propter} q̄d est necessarium c{illud, cuius relationē faciam} d{ } *in hoc capitulo. Operationis aūt practicæ sunt duo modi: quorū unus naturaliter exercetur. alter uero medicinis, et conuenienti regimine in cibis. Est aūt non modicum, quod per illud regimē exercetur. Hoc aūt regimē in duas partes diuiditur: quarum una conseruatiua sanitatis dicitur: & altera ægritudinis curatiua. & hoc per totam meam* e{in perfectione Medicinæ continetur.}

e. est finis Medicinę.

Postquam iam perfeci intentionem meam in parte huius artis Theoricæ, incipiam nunc idem in parte ipsius practica & factiua. Et iam quidem dixi in his, quę sunt premissa, ꝙ hęc pars diuiditur in id, quod manualiter exercetur, & in illud, quod fit medicinis & cibis. Et hæc secūda pars in duas species diuiditur. Quarum primam sanitatis conseruatiuam appellauit: in qua s. docetur, qualiter cum cibis, & alijs ab eis sanitas cōseruetur. Et secundam ægritudinis curatiuam: in qua scilicet ostenditur qualiter tollatur ægritudo, et quibus ingenijs reducatur sanitas cum medicinis. Ipse autem inchoabit, velut dixit, à sanitatis conseruatiua. pro tanto inquit ipse Bēchine ꝙ pars conseruatiua sanitatis cum cibis & medicinis est prima pars practicæ.

Et *conseruatiua quidem sanitatis dicitur secūdum ueritatem de habēte eam perfecte & absolute: necnon etiam de eo, cuius sanitas est imperfecta. Et huius quidem sunt secundum operationem duæ speciei.* Vna est *in eo, cuius debilitas permixta est per totā suam substantiam in omnibus temporibus suis, sicut in sene conualescente, & puerulo, in quibus scilicet debilitas est per totum mixta, & in eo in quo apparet aliquod signum prætendens metum, quòd appareat in eo lapsus in aliquem morbum.* 1

Speculatiua consyderatio in principio huius capitu li diuiditur in duas partes. Quarum prima est, in qua consyderatur conseruatio sanitatis perfectæ & absolutæ: Secunda vero est, in qua fit speculatio de conseruatione sanitatis imperfectæ. Et hæc quidem diuiditur in duas partes. Quarum prima est, in qua consyderatur conseruatio sanitatis imperfectæ in toto corpore, & in omni tempore: quod intellexit, cùm dixit: *in eo cuius debilitas permixta est per totam substantiam suam, & in omnibus temporibus suis.* & talis est sanitas senum, conualescentium, & puerorum, & etiam eius qui parātus est labi in aliquam ægritudinem, qualis est ille, in cuius corpore apparet aliquod ex signis significātibus super lapsum, & casum eius in aliquam ægritudinem. & talis vero est ille, qui non ex causa extrinseca, sed ex humore conqueritur de dolore, & labore. Secūda vero est, in qua consyderatur conseruatio sanitatis imperfectæ eius, qui fuit æger in quibusdā ex membris suis & non in alijs: aut in quodam ex quatuor anni temporibus, & non in alijs: vel in aliqua ætate, & nō in alijs. Et hęc quidē sunt, quorū relationem facturus est in hoc capitulo.

Alia est in eo, in quo apparet morbus in aliqua ex partibus solum sui corporis, puta in cute eius, aut carne, uel ossibus eius. Et sicut etiam est in habente stomachum debilem frigidum f{ ægrum naturaliter, } *nec non ēt in habente læsionem ab utero,* g{&}*matrice: sicut in habente sextū digitū, aut* h{ tumorē gibbū. } 3

f* naturaliter. & extenuatum seu tarę substantiæ. g* seu in h. apostema

Hi quidem sunt de specie eorum, quorum quædam membra sunt ægra, & quædam sana. Ex his etiā sunt, quorum membra sunt ægra ex malitia contingente eis in matrice. Ex his sunt, quorum membra sunt talia à re extrinseca, cum debilitate tamē in membris illius naturaliter existente.

Et in eo, in quo apparet in aliqua ætate, & in alio ex temporibus anni, et non in alijs. Sicut humidus in complexione est debilis in pueritia, & postquam auctus fuerit, est sanus & fortis. Et fictus per complexionem destruetur uiribus in autumno, præter ꝙ in uere debilis efficiatur. 4

Infirmi quidem penes ætatem sunt, velut ille, cuius complexio est valde humida: cui quādiu existit in puericia, accidūt morbi ex humiditate: sed cùm ad ætatem senectutis peruenerit, sanus efficitur. Verū ægritudines penes quatuor tempora anni sunt, sicut habens complexionem siccam, qui in autumno quidem ęgrotat, et in hyeme sanus existit.

Regimen

Regimen corporis Sani perfecte, & primo quantum ad Aerem eius in generali.

5 COnseruatio quidem sanitatis est quoddam genus generale, duas comprehendens species ex operationibus Medicinæ. Ex quibus est una, nt cùm intendetur ad conseruationem complexionis alicuius, quòd ordinetur ei cibus, & dieta similis. Sed cùm intendetur translatio corporis eius à sua complexione[a] naturali {fiat huiusmodi, eo quòd contrarietur complexioni antedictæ. Verum regimen sani simpliciter & absolute est, q attendatur ad conseruandum ipsius laudabilem dispositionem.

Hæ sunt duæ species conseruationis sanitatis in generali: quarum vna est conseruatio sanitatis perfectæ: & alia est cõseruatio sanitatis imperfectę & inequalis. In hac aũt complexione inequali exercet opus dupliciter: vno modo ad conseruandũ sanitatẽ in dispositione in qua est, regendo illum cuius est, & est conseruatio cum sibi similibus: sicut exempli gratia, si intẽdatur ad conseruationem habẽtis complexionem calidam, erit quidem conseruatio eius cum calidis. & hoc idem intelligit, cùm dicit: vt cùm intenderetur ad conseruationem complexionis alicuius, &c. Sed cùm intẽderetur translatio eius à complexione sua, & reductio ipsius ad temperiem & medium, hoc quidem fieret cum cõtrarijs: ipsa cum frigidis complexione calida existente, & cum calidis in complexione frigida. & hoc est, quod dicit; Sed cùm intendetur translatio corporis eius à sua complexione, fiat huiusmodi, &c. Corpus vero temperatum & equale in complexione conseruatur cõ temperatis. quod quidem intellexit, cùm dixit: Verũ regimen sani simpliciter, &c. i. cum regimine absoluto. tale autem absolutum temperatum est & æquale. Et quod dixit, s. cùm volumus cõseruare complexionem ab æqualitate, docet q regamus eam cum sibi similibus. Et quidẽ dictum Galeni, secundũ quod exijmitur ex dictis eius. & hoc tamẽ dictum est dubium, & merito, sm opinionem meam. & hoc ideo, quoniam si habẽs complexionem calidam regatur cũ calidis, labitur quidem in morbos calidos, sicut patet, & est tellus ipse sensus. Si igitur sic est, conseruatio quidem habentis complexionem calidam in sanitate sua erit cum calidis in complexione: minus tamen calidis q̃ sit ipsum.

6 Et moretur seu faciat residentiam suam in aliqua ex ciuitatibus quarti climatis, quæ scilicet perfectum aerem habeant & vaporem,[b] {& habeat speculam uersus eremum, & syluam, & inspiciat etiam} uersus partem orientalem, quia ipsa est subtilior.

b. sanũ, & in loc. remotis ciuitatibus quibus videntur loca plana, &

Decet quidem vt habens complexionem æqualem & temperatam habitet in quarto climate. Addidit nihilominus q ciuitas, quã inhabitabit, debeat esse perfecti aeris in bonitate. & hoc, quoniam regiones distantes à mari sunt calidæ & siccæ. natura enim maris significat ratione humiditatis æqualitatem ciuitatis calidæ vel frigidæ. Intelligit autem, cùm dixit, q habeat perfectum aerem, q sit immunis à corruptione. Addidit ẽt, q habeat speculam versus eremum, &c. & hoc supple tempore hyemali & frigido. Quòd autem quartum clima minime temperatum & æquale sit, patet ex vnione & coniunctione syluarum in eisdem. Hoc autem iam asserunt etiam Gale. & hoc, quoniam complexio æqualis & temperata, quæ est signum æqualis & tẽperati climatis, non reperitur in quarto climate, nisi raro valde.

Et addidit q̃ sit orientalis: quoniam pars illa, & aer eius est subtilior, sicut dixit.

Tempore uero æstiuo declinet ad montes, sitq; habitationis locus apertus à parte septentrionali. 7

Hoc etiam notũ est & hoc ratione frigiditatis montium, & septentrionis.

In noctibus quoq; habitet, et quiescat in superioribus locis, & sedibus. In die uero descendat ad inferiores. 8

Ædificium quoq; domorum subterranearum in quarto climate significat ipsum fortis esse, & magnæ caliditatis. pro tanto in hac terra nostra, i. Sarracenorum in insula Hispaniæ, quæ in hac die est in quinto climate, non fiunt huiusmodi fouææ, seu cauernæ subterraneæ.

Caueat etiam & uitet pannos laneos, & de bomby ce, & condescendat ad subtiles lineos. 9

Hoc quidem totum seruetur tempore æstiuo, ratione caliditatis panni lanei & bombycini, & etiam ratione æqualitatis, & temperiei ipsius, s. lini.

Vtatur ẽt aromaticis frigidis, sicut ex oleo rosaceo. 10

Prædicto quidem tempore est vtendum aromaticis frigidis, puta myrrha, & oleis frigidis, sicut oleo rosaceo, & huiusmodi talibus.

Protegatq; oculos suos à puluere, fumo, uapore tur bido & corrupto, & à radio Solis hora meridiei & fe uoris, necnon ab occursu fortis caliditatis: nec etiã attente inspiciat figuras exiles, et subtiliter intricatas, nec literam minutam, & subtilem. 11

Hoc etiam est totum per se notum & manifestum: quare non expono.

Regimen comestionis vel Cibi in generali.

DEbeat autem ad minus quilibet comedere semel inter diem, & noctem, & ad plus bis: medium aũt inter hoc est, si comedat ter in duobus diebus. 12

Magis quidem temperatus modus comedendi est, vt quis comedat ter in duobus diebus. & hoc, quoniã quidam opinati sunt, q actus digestionis perficitur in tertia digestione in *decemocto horis. pro tanto cũ fiat trina comestio in duobus diebus, perficitur digestio in membris isto tempore, vel prope. & hoc, quoniam spaciũ *decemocto horarũ erit inter duas comestiones: et sic digestio perficietur tunc, vel prope illud. constat autem q laudabilior modus reficiendi est, cùm reficietur quis iam perfecta digestione cibi præsumpti.

*sexdecim

*sexdecim

Prolõgetur ẽt tempus[c] {refectionis.} ut fiat cibi bona digestio. Fiãt ẽt paruæ buccellæ, ut bene digerant. 13

c. masticationis,

Tempus quoq; masticationis est prolongãdum, donec cibus in ore bene conteratur. Sũt etiam bucellę paruæ fiendæ. nam hæc iuuant ad digestionem.

Nam omne id quod[d] {contũdere non poteris,} erit apud te digestionis difficilis. 14

d. est difficilis contritionis ex masticatione

Melius quidẽ est, q sit bucella paruæ quantitatis, q̃ si præ magnitudine sua esset difficilis contritionis et fractionis à dẽtibus. nã omne tale est difficilis digestionis.

{Attendatur etiam ut omne præter naturam, & illaudabile curetur cum contrario eius conuenienti secundum complexionem & malitiam} ipsius. 15

e * Et quoties appetitus dfyderat cibũ matũ, dimittat comestio ipsi*. Et si interim fuerit fima ad illũ, rectificetur cum cõtrario cõplexioni

Attendatur in assumptione eius, qd debet remouere & expellere nocumentum omnium eorum, quæ volueris ex cibis malis assumptis ad malitiam eorum, & ad cõtrarium ipsius malitiæ. Vnde si fuerit cibus grossus, rectificetur cum subtilibus: & si inflatiuus, cum dissoluentibus ventositatẽ: & si frigidus, cũ calefacientibus.

Sunt

16 Sunt autem quamplures complexiones inæquales a. quibus cõpetunt cibi mali, & illaudabiles. 2 {cum malitia cibi rectificabiles.}

Interdum reperiuntur quædam complexiones illaudabiles & inæquales, quibus cibi mali & illaudabiles congruunt. Vnde non decet q̃ tales cibi habẽtibus huiusmodi complexiõs prohibeantur, cùm conueniant eis ratione similitudinis inter vtroscq; existentis.

17 Vtaf ergo eis homo secundũ usum & cõsuetudinẽ suã, nec sunt appetitus, nec delectatio cibi omittendi.

Consuetudo autem naturæ assimilatur & est ac si diceret q̃ consuetudo necessario sit obseruanda, quamuis etiam esset praua & illaudabilis. Dictum autem eius: nec sunt appetitus, nec delectatio, &c. est vnũ de præceptis huius artis per se. vnde intelligit q attendendũ est in cibis, vt cum hoc quod erũt boni & laudabiles in se, requiritur etiam q̃ appetantur. Et ideo dixerunt q̃ duorum ciborum ille, qui minoris est iuuamenti, magis tamen delectabilis, melior est minus delectabili, & si sit maioris iuuamenti.

18 Omnis nanq; consuetudo subito, & sine gradatione ablata, nocet, & offendit illum, cuius est.

Præcipit hic ne cõsuetudo subito auferat: & hoc, qm̃ consuetudo iã est conuersa in dispositionẽ naturalem.

De ordine ciborum, & rectificatione eorum.

19 ESt autem humidum, & lubricum styptico præponendum. Estq; sapor dulcis aceroso[b] {uniens dus.} Et siccum cum humido rectificandum. Et frigidum cũ calido, et è contrario. Quòd si timeatur[c] {de fœdatio oleaginosi, uel eius quod est malæ digestionis ratione pinguedinis,} addatur sal eis, aut aliquid acutum, nam hæc iuuant ad subtiliandum.

b. cõmist. eadius.

b. abominatio pinguedinis, aut mala digestio rei vnctuosæ,

Quòd præponatur humidum liquidũ styptico, est canon & præceptum in regimine & ordine cibi. & hoc est, quoniam ad cõseruationem sanitatis exigitur quòd mensuretur cibus in qualitate, quantitate, tempore, & ordine: & q̃ cibus sit laudabilis, & laudabiliter ministratus cum prædictis quatuor conditionibus. Quod vero addidit huic, est sumptũ à cõtrarietate s. q̃ vnum cõtrarium cum sibi cõtrario ad temperiem reducatur. notum. n. est, q nociuũ & illaudabile est cum sibi contrario rectificandum. vnde est, ac si diceretur q̃ ex hoc siccum cũ humido rectificãtur, et frigidũ cum calido, et è conuerso: & pingue vnctuosum cum salso s. et acuto.

Hora refectionis.

20 POst exercitium quoq; est refectio facienda, & ipsum postquam exierit fæx ab eo.

Hoc ideo est, quoniam exercitium post digestionem factum expellit superfluitates à corpore, & calorem depurat naturalẽ: vnde exercitiũ factum post cibũ efficit ipsum acidũ, ipsumq; facit venire ad mẽbra indigestũ.

21 Est autem quærẽdus locus tranquillus & frigidus, & à uento euentatus ad laudabilem refectionẽ faciendam, necnon etiam tempus et hora frigida. unde decet hominem esse attentum in hoc regimine.

Hoc quidem præceptum est, vt eligãtur, s. tempus frigidum, & loca frigida tẽpore æstiuo, cũ quis voluerit comedere. & hoc, quoniã calor extraneus calorem naturalẽ debilitat, sicut & Sol ignem, cũ sibi exponit: qui tamẽ accenditur, & confortatur cũ ad vmbrã ponitur.

Regimen cibi in qualitate, & quantitate.

22 TEmpore quidẽ æstiuo est cibi quantitas minuenda. estq; tunc ad subtiliter nutriẽtia declinandum. unde uitandæ sunt tunc carnes grossæ, & utendum est oleribus, & lactis speciebus.

Hoc quidem fit ratione debilitatis caliditatis naturalis contingentis corporibus ex dominio calidi extranei super corpora tempore æstiuo.

Et piscibus recẽtibus, hœdo, & agno mediocris ætatis, & pullis gallinaceis, & gallinis, carnibus quoque d {columbarum, & coturnicum.} 23

d. perdicis, & fœminino tum.

Hę quidem carnes sunt laudabiles apud eos, de quarum bonitate cõcordati sunt, præterquam de carnibus agni. est nihilominus possibile vt agni regionum calidarum & siccarum sint magis tẽperati agnis regionum frigidarum & humidarum: sicut in hac mea regione contingit. cucullatæ, & coturnices non sunt in hac nostra insula Andalusiæ.

Sunt ẽt ex conferentibus tunc fercula ex coriandro, & agresta composita, & e {satabeg, & ceribat.} 24

e. sichbagi, et zirbagi. & diligat dulcia, sicut est habitus, & cibaria de tafasil, & almosus.

Hæc quidem fercula cum corriãdro, & aceto, & uua acerba composita, sunt apud eos tpe æstiuo laudabilia.

Regimen potus aquæ.

SIqs ergo uelit à morbis euadere, diuidat regimen suum in tria, quorum unum tribuatur animæ, & aliud cibo, & aliud potui uel aquæ. 25

Cùm quis voluerit ægritudines euitare, diuidat regimen suum in tria, quorum vnum aiæ tribuat, & aliud cibo, & aliud potui. hoc, quod dixit de anima, reperitur in suauibus & laudabilibus relationibus.

Et parum quidem aquæ frigidæ satiat, & sitim sedat: ad hoc tamen non sufficeret multum tepidæ. 26

Hoc quidem præceptum inducit ad vtendum aqua frigida: quoniam parum ex ea sitim sedat, quod minime facit multum ex tepida. Et licet hoc sit verum in climatibus calidis, congruit nihilominus vsus aquæ tepidæ in regionibus frigidis: & præcipue tempore hyemali. & pro tanto Græci timent valde potum aquæ frigidæ in regione sua ratione consuetudinis ipsorum.

Non est aũt aquæ potus frigidæ nimiũ {frequentandus, eo quòd neruis obsit.} 27

f. aut potus nimis.

Ex hoc dicto videtur, q̃ cõfessi sit interdum potum aquæ frigidæ minimũ: quod quidem si vnquam fecit, fecit tempore æstiuo calido.

Non est etiam offerendus potus aquæ niuis nisi pingui, sanguineo, multæ carnis. 28

Hoc quidẽ notum est. nam si macer extenuatus, habens modicum sanguinem, bibat aquam niuis, nõ est securus quin accidat ei inde stupor, et dormitatio membrorum. Retulit enim Gale. q̃ accidit cuidam patiẽti, post potum aquæ niuis, adeo magnum nocumentum in gutture suo, q̃ nihil deglutire potuit, & tãdem mortuus est inde.

Est etiam uitandus potus aquæ in mensa, nisi {ratione adhærentiæ, & tardi descensus buccellæ.} 29

g. accidat sed rarò, et sic, in quo casu debet ex ipsa excerni ex intro.

Cauendum quidem est, ne bibatur in mensa aqua, nisi ad procurandum transitum buccellæ, cùm descensus eius tardatur.

Non est etiam sumẽda aqua cum cibo, nec in egressu à balneo, 30

Causa quidem huius est: quoniam cùm sumit aqua super cibum, priusquam stomachus calefecerit ipsum, infrigidat ipsum, & incrudat. Est etiam causa, quam supermatet cibus sumptus in stomacho, & quare cibus non adhæreat, & vniatur eidem, quod conferat ipsum

exi, in.

exigitur. actio nanq; ſtomachi ſuper ſumptum cibum fit conterendo, & coquendo ſimul. vnde ſicut cùm infunditur ſimul, & in magna quantitate aqua in olla, propterq; quod tardatur cibi decoctio in eadem, ſic quidem contingit inde ipſi ſtomacho. Aqua autem ſumpta ſuper balneum nocet valde ratione contrarietatis exiſtentis tunc in membris; contrarium enim fortificatur tunc in occurſu ſui contrarij, vt inquiũt. & ob hoc non eſt ſecurũ quin infrigidet infrigidatione incurabili hepar bibẽtiũ i mediate poſt egreſſum eorũ à balneo. vnde eſt ac ſi diceret, q; inde contingeret eis hydrops.

31 Nec *etiam poſt ſorte exercitium, & coitũ: hoc enim eſt malum & illaudabile.*

Cauſa huius dicti eſt dicta in aſſumptione eius poſt balneũ. attñ maius eſt nocumentũ potus eius in coitu: eo quòd debilis ſit calor naturalis in corpore eius, qui vſus eſt coitu, & calor inaturalis auctus, et fortificatus.

32 *Si tamen quis ex modica tolerandi potentia ſiti urgeatur, ſumat ex ea parum tantum, ſ. quo declinatio & impulſio cibi ad inferius ſtomachi compleatur, qua tenus ibidem digeratur. ſumat tñ ex aquis illam, quæ ſitim ſedet, & ſatiet: aut ex uino, quod, & quantum congruat, & ſufficiat.*

Hoc quidem, cuius relationẽ fecit hic, de vino eſt verum, poſtquã deſcendit cibus ab ore ſtomachi ad eius inferius, ſcilicet ad fundum.

33 *Et ſi ſumpta aqua ad ſatietatẽ, aut uino ſuffeicẽti, accidat ſitis, uitent⁹ pot⁹ eorũ: qm̃ talis ſitis eſt mẽdoſa.*

Hoc quidem eſt præceptum, vt expellatur ſitis mendoſa. nam ſi ſumpta aqua, vel vino ad ſacietatẽ, generet ſitis in eodem, ſitis quidẽ illa erit mendoſa. pro tãto docet, vt tunc tollatur ois potus, donec ceſſet ſitis illa.

Regimen vini.

34 NOn *eſt curandum de aſſumptione multi uini: debetq; ſufficere modicum cùm eſt in uſu: nec eſt continuandus omni die potus uini: nec eſt bibẽdum in ieiunio: nec ẽt poſt ſumptionẽ ciꝰ ſubtilis uel acuti: eſt ꝙ, omni tpe uitæ, niſi ſemel in mẽſe, ebrietas uitãda.*

Hæc quidem præcepta facta in potu vini ſunt apud Medicos manifeſta: ex quibus eſt vnum, ne bibatur ex eo multum: neq; etiam omni die, ſed ſolum vno die, & alio non: & præcipue tempore calido, vt inquit Dioſcorides. & cùm hoc etiam congruit vt die qua bibetur aqua, ſit aqua ſola: & q̃ potus vini ſit vinum lymphatum. potus autem vini nociuus eſt in ieiunio, eo quòd vinum habet potentiam percutiendi neruos, & nocendi eiſdẽ. vitatur autem ſuper cibum ſubtilẽ, quoniam conuertitur tunc cum eo in choleram: & ſimiliter cõtingit ſi ſumatur cum cibo acuto. Cantificatio aũt & prohibitio ebrietatis eſt proculdubio ſine reſiſtentia & contradictione. Aſcenſus autem ebrietatis ſemel in menſe eſt erroneus: quoniã licet vinum teſte Galeno ſit ex magis conuenientibus calori naturali, & ſit reſpectu eius in gradu, in quo oleum eſt ad lumen & ignem: tamen ſicut multum & ſuperfluum oleum extinguit lumen, ſic etiam multum vinum extinguit calorem naturalẽ. pro tanto & ſi ipſum ſit ex magis conuenientibus calori naturali, ipſum nihilominus eſt ex nocentibus magis calori arali, & ſenſibili, & organis eius, ſ. cerebro, & neruis. & ob hoc aqua melius eſt vtilior vino eis, qui naturaliter habent neruos debiles. Priores autem nõ conceſſerũt ipſum iuuenibus ratione fortis calorꝭ ipſorum: conceſſerunt tamen parum ex eo ſenibus, & decrepitis.

35 a. ſ. ille, cui accidit ebrietas, vel accidentia ſimilia epoti ipſius, & calefactio ex vino aſſũpto, tũc bibat vinũ aromaticũ. Et poſt cibũ in ſecunda mẽſa, granata acetoſa, & coronea, & cucumeres.

2 *{Et bibat uinum aromaticum: adiuncta ſibi aceroſitate mali granati, aut ſucco cotoneorũ, & cucumeris, ille cui accidit ex potu uini dolor capitis, ſupercalefactio et ebrietas,} bibatq; ipſum cum aqua miſtum.*

Hęc enim præcepta data ſunt eis, qui et vini potibus incurrunt dolorem capitis fortẽ, et quibus accidit ebrietas ex eodem: hæc enim nocumenta contingunt ꝓpter potu vini. pro tãto expedit magis, cui hæc accidũt, q; minuat quantitatẽ eius, aut dimittat prorſus ipſum. Et vinum quidem aromaticũ eſt melius ex vinis apud Medicos. vinum tñ album eſt melius ei, cui accidit ex potu vini dolor capitis, necnon etiam ſupercalefactio: eſt enim propinquius ex eis naturæ ãquæ.

36 *Et dandum eſt in potu ei, qui quereꝫoſus eſt ratione uentoſitatum in corpore ſuo exiſtentiũ, uinum purum & citrinum: nam fortius ex eis congruit eis, amplius. expedit etiam ut cùm ſalſis coniungantur.*

Ex magis quidem conferentibus conquerẽti ex ventoſitate in digeſtione ſua exiſtente eſt vinum purum, & ex eis citrinum, cùm ſit calidius ex eis. expedit etiam vt cum ſallis iungatur: & hoc, quoniam ventoſitates contingunt, & generantur ex diminutione & paruitate calidi radicalis, & elementaris.

37 *Tempore autem æſtiuo ſumendum eſt uinum album & aquoſum, eo quòd ſit ſubtilitati & ſimplicitati propinquius,* b *{cui addantur acetoſa & ſuper comedantur ſtyptica.*

b * & bibat ipſum miſtũ cũ aqua. Et comedat cibaria acetoſa, & in ſecũda mẽſa ſ. poſt cibũ aſſumat ſtyptica acetoſa.

Hoc quidem eſt notum. Intellexit autem per ſubtilitatem & ſimplicitatem eius calorem temperatum.

Regimen Somni, & Vigiliæ.

38 NOn *prolongetur ſomnus, qñ obeſt animæ: nec etiam uigiliæ, qñ: inde debilitantur ſenſus.*

Prolongatio quidem ſomni, & ipſius profundatio nocet animæ. nam etſi ſomnus ſit animæ neceſſarius ad calefaciendum, & anima agat & operatur tempore vigiliarum: cũ tamen prolongatur ſomnus ſuper eam, lenteſcit quidem vita eius, & tenebroſa efficitur: extinguiturq; inde calor eius, ſicut extinguitur ignis cineribus multum coopertus. Cũ autem excedit quis, & conatur ad vigilandum, debilitantur inde ſenſus eius, & calor eius infrigidatur, ſicut infrigidatur calor ignis ex ſuperfluo motu.

39 *Prolongatio uero ſomni congruit ei, cuius cibus eſt indigeſtus: necnon ſuper* c *{ multum cibi non recipientis digeſtionem.}*

c. nauſeatiũ ſatietatem.

Somnus quidem eſt ex cõferentibus ad digerendum cibum. prodeſt etiã corruptioni eius in ſtomacho contingenti: eo quòd rectificet & corrigat corruptum in eo ex marcore ſeu muſciditate ex iterata decoctione.

40 *Nec eſt ſomnus prolõgandus in ieiunio, et tẽpore ſame. Nam repletur caput fumo, & uaporibus, à fæcibus & ſuperfluitatibus eleuatis.*

Somnus quidem ſuperfluus ſuper fame factus fumigat caput ratione fæcum, & ſuperfluitatum aliarum in corpore exiſtentium. Nam in ſomno, vt dictum eſt, fit reuocatio caloris ſenſualis ad interiora, quatenus iuuetur calor naturalis in digeſtione, & inde eſt, q; cùm non fit ibi cibus, quòd agat in humoribus corporis, & generet ex eis fumum ſeu vaporem corruptum, qui eleuatur, & aſcendit ad cerebrum.

41 Alia litera d* R ſt quoque, &c.

d *{Nõ} eſt quoq; immediate poſt cibum uel comeſtionem dormiendum accumbendo, donec ad locum digeſtionis perueneꝛit cibus aſſumptus.*

Congruit quidem, vt cùm aliquis imediate dormierit poſt cibum & cõmeſtionem, q; dormiat accumbendo, capite ſ. erecto, donec cibus ad inferiora corporis deſcenderit. & hoc, vt repletio capitis à fumis & vaporibus minuatur. nam ſomno immediate poſt cõmeſtionẽ facto, repletur caput fumis & vaporibus. Et ob hoc iuſſit, & dixit priori Medicina, q; poſt cõmeſtionem debet homo aliquantulum incedere, & deambulare. et in ſumma tempore digeſtionis congruit ſomnus & vigilia: quoniam ſomnus iuuat et meliorat digeſtionem, & vigilia minuit repletionẽ capitis ex vaporibus tunc contingẽtem. Et ob hoc etiam iuſſit, vt homo dormiat poſt comeſtionem ſerotinam: quoniam tempus matutinæ refectionis eſt tempus totum vigiliarum, & tẽpus ſerotinum eſt tempus totum ſomni.

Regimen motus Exercitij, & Quietis.

42 NOn *eſt exercitandum exercitio magno, & forti, nec eſt tantum quieſcendum, q; omittatur omne exercitium: immo eſt* a *{hoc uitandum.}*

equali, & trato exercitandũ.

Cauſa quidem huius eſt, quoniam excedens & forte exercitium virtutẽ corporis diſſoluit: & priuatio exercitij & quies omnimoda ſuperfluitates in corpore colligit, & calorem naturalem extinguit. Exercitiũ autem æquale, & temperatum & ſuperfluitates expellit, & calorem elementarem & naturalẽ fortificat, & augmẽtat.

43 *Sunt ergo taliter membra exercitanda, & per exercitium adiuuanda, ne colligatur quod timetur colligi in eis ex malis humoribus.*

Cùm timetur collectio ſuperfluitatum in aliquo ex membris ex debilitate ipſius, erit quidem conueniẽs, vt exercitetur mẽbrum illud cum exercitio ſpeciali, & conuenienti eidẽ, taliter vt iuuetur in expulſione illarũ ſuperfluitatũ, & diminutione generationis earũ in eodẽ.

44 & luctan- frequens lactuus.

Eundo b *{uel clamando} ſi uoluerꝭ, donec appareat uelox &* c *{cita expiratio.}*

Terminus quidem exercitij apud eos eſt cõmuniter, q; dominetur in eo quo exercitatur anhelitus, & expiratio velox, & q; corpus incipiat ſudare.

45 *Macer autem & extenuatus non debet exercitari, ne ipſius diſſolutio amplius augeatur.*

Hoc quidem dictum eſt Hippocratis, ſ. q; non decet q; calida corpora velut cholerica exercitentur.

46 *Verũ debet exercitari pinguis & multæ adipis & axungiæ: eſt tñ accingẽdus, ſi habuerit uentrẽ magnũ.*

Docet q; nimis pinguis exercitetur vltra exercitium temperatum, quatenus ex pinguedine eius moueatur et diſſoluatur: quoniam augmentum pinguedinis corporis ſuper naturalem diſpoſitionem corporis eſt verendum. docetq; vt ſi magnus fuerit venter eius, q; zona ſuper ventrem ipſius poſita cingatur.

47 *Tẽpore uero æſtiuo eſt minuendũ exercitium: cùm tunc diſſoluatur, & ſubtilietur homo per ſudorem.*

Exercitium in æſtate debet eſſe minus, q̃ in hyeme: eo quòd tempore æſtiuo minuatur, & diſſoluatur corpus hominis continue per ſudorem.

48 ſ. & de eo qd cõuenit de intentione, vel paſſionibus animæ.

Lã quidẽ retuli in capitulis Theoricæ regimẽ eius, cuius corpus indiget euacuatione ſuperfluꝭ, aut retentione contrarij,* d *{addens huic quod mihi placuit.}

Iam quidem relatum eſt in alia parte horum Canticorum quis ex humoribus debeat euacuari, & quis retineri: & quo etiam tempore debeat hoc fieri, & in quo corpore. Et intellige q; fecit rememorationẽ horum ſupra, vbi trãdidit doctrinam de rebus neceſſarijs: hic tamen eſſet locus magis idoneus ad hoc. & intelligit cùm dixit, addens huic, quod mihi placuit, q; facit ibi mẽtionem de conuenienti regimine accidentium, animæ in conſeruatione ſanitatis.

49 *Congruit quidem uſus omnium, quorũ præmiſſi relationẽ ſecundũ qualitatem dictã in tẽpore æſtiuo, ſupercalefactio iuueni, & ciuitatibus meridionalibus.*

Vſus quidem regiminis relati in regimine cõuenienti corporibus æqualibus temperatis tempore æſtiuo, cuius qualitas oſtenſa eſt ante, congruit quidem ſupercalefacto ſm complexionem, & ſi non ſit in æſtate. Sic et faciendum eſt in locis, & ciuitatibus meridionalibus, ratione exceſſus caliditatis earum.

50 *Et tẽpore quidẽ hyemali eſt utendũ cõtrarijs eis quæ retulimus: ut obuietur, & reſiſtatur frigiditati ipſius.*

Tempore quidem hyemali vtendum eſt in regimine corporum temperatorum contrarijs omnibus eis, quæ retulimus: quare cùm calefactione reſiſtatur frigiditati ipſius aeris.

51 *Vere quoq;, & autumno incedendum eſt inter æſtatem, & hyemem.*

Vere & autumno ſunt corpora regẽda regimine medio inter caliditatem & frigiditatem, & inter regimina eorum congrua tempore hyemali & æſtiuo.

52 *Congruitq; regimen exiccatiuum in uere, & humectatiuũ in autũno. unde ſugiẽda eſt exiccatio in eodẽ.*

Vere quidem congruit regimen exiccatiuum: interdit nihilominus q; minus ſit vtẽdum eo, q̃ tẽpore hyemali. Eſt etiam vtendum regimine humectatiuo in autumno: eſtq; vitanda exiccatio in eo, eo quòd eius complexio ſit ſicca.

53 *Eſt autem utendum regimine conuenienti tempore æſtiuo, & in fine ueris, & in principio autumni.*

Corpora quidem ſunt regẽda in fine veris, & in principio autũni regimine in æſtate conuenienti, aut ei propinquo. natura nanq; æſtatis dominatur ſupra prædicta tempora, cùm vniantur ſibi.

54 *Verum in principio ueris, & in fine autumni debet regimen conformari regimini hyemis. unde utendum eſt tunc cibis calefacientibus.*

Complexio quidem principij veris ſimilatur complexioni finis hyemis ratione coniunctionis & vnionis vnius ex eis, ſ. autumni cum principio hyemis, & alterius, ſ. veris cum fine & termino ipſius. pro tanto congruit, vt regantur corpora in prædictis horis regimine hyemis.

55 *Regimen autem eius, cuius relatio dicta eſt, cõgruit habitantibus, & reſidentiam facientibus in ciuitatibus, & caſtris. Verum* e *{mercatores} ſunt regendi regimine iter agentium.*

e. iter agentes

Quod relatum eſt de conuenienti regimine cõgruit quidem eis, qui in ciuitatibus & caſtris habitant, dum reſident in eis. Verum iter agentes habent proprium & ſpeciale regimẽ cuius ipſe mentionẽ faciet conſequẽter.

Regimen iter agentium, & primo naufgantium.

56 f * itinerantio per terrã fiue per loca diſerta eſt vitanda in tempore pluuioſo. &

ESt *quidem uitãda nauigatio per mare in hyeme.* Et f *{ }uolens nauigare debet aſſumere & colligere aquam multam, et*

multa

multa uasa munda, cui præparanda & offerenda sunt cibaria humida. Venter & natura eius est cum medicinis mollificanda. Vnde si timeatur uomitus choleræ, euacuet per secessum. Quibus pactis igrediat nauim, & imponat secũ succos acetosos, & cum eis stypticos.

Quod hic dicit, ſ. q̃ non eſt nauigandum per mare tempore hyemali, nequaquam eſt de arte Medicinali, ſed potius ex arte Cõiliaria. & ſimiliter quod ſubiunxit, q̃ volens per mare nauigare debet colligere aquam multam. hoc enim ideo dixit, q̃ timendũ eſt, ne intrans mare moretur plus q̃ vellet. Ignoro autem, cur dixit q̃ propinanda ſunt cibaria humida volenti mare ingredi, cùm nauigantes ſint in vltimo humiditatis. niſi forſan hoc dixit, & intellexerit ad minuẽdum potũ aquę. vnde non videtur eſſe ex operatione Medicinæ. Eſt ẽt poſſibile q̃ intellexit ex hoc mollificationem ventris et naturæ faciendam. vnde ex hoc addidit, & eſt mollificãda natura eius cum mollificatiuis medicinis. Quamuis autem ipſe dixerit, quòd ſi timeatur vomitus cholerę, quòd euacuetur per ſeceſſum, eſt nihilominus conueniẽtius ei, ſi per vomitum purgaretur. & hoc, quoniam humor cholericus eſt per vomitum expellendus. Quod verò iuſſit debẽtes ingredi mare, ponere ſecum ſuccos acetoſos, vomitũ abſcindentes & ſtypticos confortantes, eſt de canonibus huius artis.

57 *Et ad uitandum defœdantia, & sordes, præparet sibi mundas uestes.*

Probabile quidem eſt hoc præceptum prodeſſe generaliter cuilibet iter agẽti, ſiue iter agat per mare, ſiue per terram, cùm nequeat ingredi balneum.

58 *Cùm autem in aliquo ex iter agentibus multiplicabuntur pediculi, quos non possit interficere: lana*[a]*{ contorta, & mersa in oleo, in quo argentum uiuum fuerit extinctum, appendatur uestibus eius, }donec uideantur cadere pediculi ab eo.*

Hoc ingenium eſt laudabile iter agẽtibus pediculos habentibus: nam argẽtum viuum necat pediculos. vnde quod de hoc dictum eſt, de ſe eſt manifeſtum.

Iter autem agens per [b]*{ siccum regatur cum regimine frigoris. }*

Intellexit q̃ conſequenter referret de regimine euntis per eremum & ſiccum, eſt ſicut regimẽ, quod referret de eo in tempore frigido, & in locis frigidis.

Regimen[c]{dictorũ, & primo cum} frigore.

Est ergo cauẽdum ne obuiet ei [d]*{frigus, quoniam perdetur ratione algoris, & congelationis. }*

Intellexit q̃ ſi obuiat nix alicui, q̃ poſſet inde congelatio contingere, & per conſequens mors.

Et reficiatur uſq; ad saturitatẽ, ne moriatur fame.

Iter agens per ſiccum & terram debet refici ad ſaturitatem, ne contingat ei accidẽs mortale ex fame. & hoc, quoniã frigiditas eſt fortis valde in faciendo actionem fortem, & imutationem in corporibus famelicorum.

Et si fuerit infrigidatus, ingrediatur balneum, & [e]{uniatur cum habẽtibus }corpora pinguia, carnosa.

Oportet quidẽ vt infrigidatus ponatur in balneo: & q̃ habentes corpora pinguia & ſuauia cubẽt ſecum.

Et si caligent oculi eius, uisusq; ipsius disgregetur ex gelu, ponatur super faciem eius peplum nigrum.

Cùm offendit gelu ex ſui violentia oculos iter agentis, ponat ſuper vultum ſuum orale, ſeu peplũ nigrum, & intueatur res nigras.

Et eius extrema protegantur à frigore, & oleo[f]*{ fomententur. unde inuoluãtur pedes eius multis cooperatoriis, priusquam sotulares }calcientur.*

Extrema quidem eius à frigore ſunt protegenda, & præcipue pedes: quod fiet, ſi multipliciter cooperiãtur, priuſquã calciet ſotulares. ſic ẽt coopiẽdę ſunt manus,

Vnde si cessante dolore extremorum nõ recuperent sensum, scito ea esse dissoluta, & mortificata à frigore.

pro tanto tunc iugiter sunt fricanda, & calefacienda cum oleo de sinape calefacto, & consequenter fasciandа, [g]*{ }*

Si ceſſante dolore extremorum & pedum, non ſentiant, ſcito q̃ frigus iam mortificauit, & diſſoluit eas ratione corruptionis eorum. pro tãto diſſolutis tũc coperimentis ipſorum, ſunt continuo calefacienda, & poſtea fricanda, vtpote cũ oleo de ſinape calefacto, & aliis ab eo calidioribus, ſi poſſunt reperiri.

Et si inde pedes fuerint nigri, aut liuidi, scarificẽtur: & si fuerit in eis putredo, mundetur: & si aliquid dissolutum fuerit, abscindatur illud ab eis.

Si pedes inde denigrantur, ſcarificentur cum inſtrumento ferreo, donec ſanguis cotruptus emanet & egrediatur ab eis. & ſi fuerit in eis putrefactio, mundificetur ab eis. & ſi aliquid ex carne earum, aut aliud ab eo fuerit mortificatum, abſcindatur ab eis.

Qui uero inde lassitudinẽ incurrerit, curetur cum oleo, & seruet regimen & diætam subtilem: fricẽturq;, & extendãtur ipsius membra in balneo, & requiescat consequenter aliquibus diebus.

Inungendum eſt corpus iter agentis in balneo cum oleo ſubtili, cùm accidit ei laſſitudo ex violentia laboris: eſtq̃ fricandum corpus eius cum eodem. Nam fricatione corporis diſſoluuntur ſuperfluitates illaudabiles ex eis nociuæ, quas imoderatus labor efficit in eodem. De natura enim immoderati laboris eſt q̃ diſſoluat humiditates ex membris ſimiles in natura ſeu cõplexione ſua ſaniei. & ob hoc ſunt cauſa doloris, quem percipit vexatus & feſſus. diſſoluũtur autem huiuſmodi humiditates ab æquali tẽperata fricatione facta in ſic feſſo & vexato. Prohibuit autem ibi conſequenter laborem ad tollendam cauſam laſſitudinem efficiẽtem. hoc enim eſt cauſa laſſitudinis: nec eſt modus idoneus ad curandum nocumentum, niſi per ablationem eius.

Regimen iter agentis[h]{per siccum tempore calido, & ſicco, } [i]{ }

Iter agens tempore æstiuo & calido sic est regẽdus, ut ſ. prohibeatur ei ne aggrediatur iter suum hora æstus & feruoris in meridie: estq; primo minuendus, ne supercalefiat ex labore itineris. pro tanto extrahat[k]*{ sanguis ab eo in magna }quantitate. et sic efficietur securus ab apostemate, ſ. per phlebotomiam.*

Phlebotomia quidem eſt vtilis & neceſſaria volenti iter agere: quoniam de natura motus eſt generare calorem, et de natura calidi eſt calefacere nimis ſanguinem. Eſt etiam de natura caloris, cui obuiat iter agens, idem facere in eo exterius. pro tanto ſi ſanguis eius iam fuerit calidus, augebitur amplius eius calefactio, & tunc venæ ipſius anguſtabuntur, ſicut anguſtãtur vtres ex muſto bulliente. Cùm autem ſic anguſtantur venæ ipſius, q̃ non poſſint ipſum tollerare, conſtat q̃ infundet ſanguis iſte ad aliquod ex membris, generabitq; in eo apoſtema. verũtamen poſt minutionem ſanguinis in tali per phlebotomiam,

per phlebotomiam, calefit reſiduum in venis aliquantulum, ſed nequaquam ſic anguſtantur venæ ex eo. Et ob hoc quidem minuunt homines animalia ſic ſanguine in fine veris & in principio æſtatis. ad hoc tamẽ ipſi ſola experientia ſunt edocti. ſed Galenus hoc roborauit ratione. vnde minutio eſt in habente multum ſanguinem in æſtatis principio facienda.

69 *Verum si cholera in eo dominetur, educatur ab eodem,* [a]*{ & sic fitis malitia alleuiabitur, aut tolletur, estq; ante aggressum itineris succis conuenientibus extinguenda. }*[b]*{aliàs uerendum est, ne calore ipsius periculo exponatur. }*

[a] Alia littera [a]* cũ timueris sitim, [b] qũ timenda eſt caliditas eius.

Si dominetur in eo cholera magni acuminis & violentiæ, euacuetur per eductionem cholerę rubeę vice phlebotomiæ, & cum ſuccis infrigidantibus: puta ſucco vuæ acerbę, cotoneorum, & malorum granatorum acetoſorum calor corporis eius ante egreſſum itineris extinguatur.

70 *Et fiat ut comedat aliquãtulum ex herbis frigidis, & simul & semel saturetur aqua, & quiescat cum poterit, nec irascatur fortiter* [c]*{ aliquatenus, & moretur in locis umbrosis, } & uitet seu dimittat clamorem & sermonem, necnon etiam bellum & iurgium, nec moretur in loco nimis calido, & sumat in potu syrupum ex succo uuæ acerbæ cum succo portulacæ & aqua.*

[c] & vtatur rebus facientibus vmbrã, & his quæ narces, & os cooperiãt a pulucre:

Hoc quidem totum eſt de ſe manifeſtum. nam hoc præceptũ eſt ad vitandũ ea quæ calefaciunt, & ad vtendũ eo, quod frigiditatẽ miniſtrat. Et voluit q̃ ſaturetur potu aquę ſimul ſemel: ſic enim mitigat ſitim amplius.

71 *Et si fitiat in* [d]*{ meridie, }teneat in ore suo pilulam unam ad quãtitatem lupini factam ex trochiscis camphoræ. Et si timeat ne faciem alteretur à sole, & nigrescat eius cutis, dissoluat seu liquefaciat rector eius oleũ cũ cera* [e]*{ }simul tũcta, præsertim in mulieribus.*

[d] hora vehementis caloris,

[e] alba

Quod dicit, ſ. q̃ teneat quis in ore ſuo trochiſcũ ex camphora, dixit quidem eo quòd ipſa abſcindat ſitim, & infrigidet complexionem. Quod etiam præcepit, ſ. q̃ oleum & cera extendantur ſuper vultum, ne immutetur & alteretur à ſole: eſt quidem præceptum de ſe notum. attamen cera liquefit, & diſſoluitur à calore ſolis: propterea melius eſt vt eius ſit linitio ſeu inunctio abſq; cera. Et dixit: præſertim i mulieribꝫ: quoniã actio et immutatio ſolis in facie earum eſt fortior, ratione decoris & paſſibilitatis ipſarum.

Regimen Infantis, dum adhuc est in utero.

72 *Custodiatur taliter infans in utero, ne contingat corpori eius aliquod nocumentum.*

Intellexit quidem oportere vt mater caueat ſibi, ne percutiatur venter eius. corrumperetur enim inde aliquod ex membris infantis.

73 *Et eligatur nutrix, quæ cibabit & potabit cum, ut sit boni nutrimenti apud eum.*

Nutrix, quæ cibabit, & potabit puerum, eligatur boni nutrimenti, & habens lac bonę complexionis: ſi intelligatur de nutrice lactãte ipſum. Si vero intelligatur de nutrice non lactante ipſum, intellexit quidem q̃ debet eſſe inſtructa in regimine puerorum, ſ. in nutriendo & balneando eos, & alia faciendo ex eis, quibus indigent tales infantes ſiue pueri.

74 *Talis est etiam apponenda intentio super stomachum prægnantis, ne contingat corruptio in desyderijs seu appetitibus eius.*

Quoniam accidit magna ſubmerſio ſtomachi prægnãtibus, & hoc in principio imprægnationis earum, accidit q̃ eis innaturalis appetitus: ideo inquit q̃ ponẽda eſt intentio ſuper earum ſtomachum. pro tanto miniſtranda ſunt eis quæ confortant earum ſtomachos et quæ auferunt illaudabiles appetitus earum.

Rectificetur etiam sanguis eius [f]*{ }, & ipsius }superfluitates educantur: [g]{ne infantes superfluitatibus offendantur. }*Verum ſi ſanguis exicetur[h] *in eis, minime tñ minuat: ſed uice prædictæ euacuationis infrigidet sanguis, seu eius feruor extinguat.*

75 [f] ex quo infans generat & nutritur.

[g] ——

[h] ——

Intellexit quidem q̃ prægnãti offerat in potu quod ſanguinẽ eius rectificet, & clarificet, ſeu quod educat ſuperfluitates & corruptionem ipſius, quatenus ex materia munda nutriatur. non tamen minuatur, quamuis etiam excitaretur, ſeu in quãtitate augeretur: ſed propinentur ei ſanguinem infrigidãtia loco eius. hoc autem ſic iuſſit fieri, timens quòd per phlebotomiã prægnans habeat abortire.

Si etiam [i]*{phlegma} [k]{in ea }excitetur, minime tamen euacuetur secessus: utatur nihilominus tunc conuenienter subtiliantibus.*

76 [i] humor

[k] ——

Si excitetur aliquis humor in prægnante, minime tamen ei erit pharmacia offerẽda: erit nihilominus vtendum in ea eo quod ipſum ſubtiliet & ſcindat, & breuiter eo quod ipſum ad laudabilem diſpoſitionem reducat. timendum. n. eſt, ne aborſum ex pharmacia patiat.

Regimen tempore partus.

77 *Cum autem instabit tempus partus, utẽdum est partum facilem efficientibus. unde fricentur in balneo ex omni parte cum oleo illa ipsius, &* [l]*{q̃ contingitur uentri eius. }ut sic nerui eius & musculi molliscentur, ne partus eius laboriosus efficiatur.*

[l] partes orcã vuluã circa Rectũ.

Vtendum eſt efficiẽtibus partum facilem appropinquante tempore partus: & hoc fricando in balneo ilia ipſius, & loca mẽbris imprægnationis cõfinia, & propinqua, quatenus mollificatis neruis, & ligamentis & muſculis eius, partus ipſius alleuiet, & facilis efficiat.

Vnde ut utatur oleo in cibis eius: & sorbeat brodium seu ius pingue.

78 Hoc quidem ideo dixit, quoniam pinguia leniunt, & per conſequens partum facilem efficiunt.

Et protegatur a clamore, saltu, timore, pugna, & percussione, & in [m]*{agone, & violentia }eius offeratur ei decoctio dactylorum, & fœni græci.*

79 [m] vt vitet, & difficultate

Prægnans quidem eſt à percuſſione exttinſeca protegenda: eo q̃ aborſum ab inde ſæpius patiatur. & cũ erit partus difficilis & violentus, detur ei in potu decoctio dactylorum, & feni græci.

Expedit etiã ut in partu habeatur obstetrix discreta: quæ circunscripta omni pusillanimitate trahat foriter pedes eius, & [n]*{imprimat }uẽtrem eius, caute tñ & discrete, postquam subito eam surgere fecerit.*

80 [n] cõprimat

Congruit quidem vt in hoc caſu obſtetrix perita habeatur: quæ. ſ. trahat pedes eius violenter, & faciat vt cõſequẽter ſurgat, & ſubito erigat: & cũ ſurrexerit, premat, & conſtringat cũ vitta & ſibi ſimilibus vtrẽ eius.

Et si fluat ab ea sanguis multus, offerantur in potu trochiſci ex karabe. si uero ratione alicuius impedimenti non egrediat ab eo sanguis in conuenienti quantitate, sumat in potu trochiſcos de myrrha.

81

Quod

Quod hic dicit, est de se notum, s. ꝙ excedente fluxu sanguinis, in hoc casu propinētur in potu trochisci ex charabe. Si vero retineatur q̄d debet egredi, ministrētur in potu trochisci de myrrha. sunt etiam ministrādi trochisci de myrrha ad alleuiandum partum.

82 *Et utatur fumigijs dissolutis ex myrrha, kytram, sauina,* [2]{ }*sulphure, & colocynthide factis, si secundina non egrediatur.*

2. seu granorum abel

Hæc quidem omnia procurant descensum & egressum secūdinæ: procuratur etiam egressus & descēsus secundinæ cū sternutatorijs. Dicitur autē secundina panniculus, quo voluitur fœtus in vtero materno.

Electio nutricis.

83 *Est ergo nutrix eligenda mediocris ætatis & carnosa, non tamen laxæ carnis, per complexionem suam appropinquans æqualitati, & temperiei,* [b]{*alti & erecti*}*corporis, & magnarum mămillarum: habēs caput mundum & sanum, & oculos, immunis ab omni nocumēto intrinseco, & ꝙ sit sana breuiter in membris, & in humoribus suis.*

b. pinguis, & sani

Hoc per se notum, s. ꝙ electa nutrix debet esse mediocris ætatis, videlicet à viginti annis vsq; ad triginta. Debet etiam esse æqualis seu temperatæ complexionis, aut propinquans ei: & debet habere corpus pingue & sanū. Per hoc autem, quod dixit appropinquans æqualitati, &c. potuit intelligere cæteras cōditiones, quas explicuit, seu addidit consequenter.

84 *Et habeat multum lac, cuius color sit albus, nec sit nimis subtile, nec nimis grossum, & sit sapor eius dulcis,* [c]{*sine horrore aliquo,*}*sitq; cōiunctū in partibus, & non fluidum* [d]{ }.

c. bonū habens odorē non fœtidū, d. cum super aliquod tempus effunditur.

Hoc quidem est notum de genere, et modo lactis. notum enim est ꝙ electū lac debet esse mediocre inter subtile & grossum, albi coloris, & dulcis saporis, similium & non diuersarum partium.

85 *Congruit autem ut dulcibus* [e]{*pinguibus,*}*& piscibus recentibus* [f]{*cum oleo*}*nutriatur.*

e * vnctuosis, f & pinguibus, & carne pingui

Et decet ꝙ ordinetur cibus eius talis, qui habeat sanguinem generare, qualis est dulcis, & vnctuosus, & pinguis temperate: vnde intellexit ex dicto suo cum oleo pinguia oleaginosa. decetq; vt nutrix attenta sit in exercitio, et bonitate digestionis: hoc namq; est necessarium in hoc capitulo, & omnibus alijs.

Regimen proprium infantis, cùm exit ab vtero.

86 *Vngatur ergo & liniatur stypticis cùm fasciabitur, donec manifeste induret cutis eius,* [g]{*& lesiat*}*& ab humiditatibus eius mundet: et mediocri ligatura fascietur.* [h]{ }.

g. balneet, h. nec etiā ā tribus diebus quo lac multum, quo ei ausea tuā satietatē inducat.

Cùm ligabit & fasciabitur ipse infans, vngat prius oleis stypticis, & caleat aqua tēperatæ caliditatis, ad mundificādum ipsum à sordibus, & ligatura eius strīgatur temperate. Et Galenus quidē iussit ꝙ puer natus superaspergat sale trito. Nō tamen permittat multum suggere lac, quoniam corrūpetur inde ipsius digestio.

87 *Nec est etiam et longo tempore prohibendum lac, quoniam supercalefieret inde.*

Puer est lactandus mediocriter & temperate, nō autem excessiue, quomā corrumpetur inde lac assumptū. non est etiam parum lac dandum, quoniam supercalefieret, & consumeretur inde.

88 *Sunetq; tolenda & uitanda omnia ipsum ad ira ex citantia, & ipsius somnum impedientia. si enim uelit quis somnū prouocare, ponatur stratus eius* [i]{*capax, & latus satis*}*in loco opaco: & imponatur papaver in cibis suis, si ex ablatione somni seu uigiliarum instantia contingeret ei aliquod nocumentum.*

i. planus & mollis

Decet nutricem attentam esse de esse & dispositione infantis, ne s. aliquid aliud lædat ipsum, aut stricta ligatura, aliudue ab istis. vnde faciat ipsum dormire super stratum planum et extensum in opaco. quòd si ratione alicuius nociui lædatur in somnietate, papauer in cibis & ferculis eius misceatur.

89 *Vtilius tamen esset multum, magisq; necessarium, ne alicui infantium daretur aliquid ad comedēdum, excepto lacte solo, donec habuerint dentes suos.*

Nam cùm datur eis alius cibus, dum adhuc lactantur, quemadmodū faciunt nunc homines regionis nostræ in regimine suo, hoc quidem existit causa morborum in eis: adeo ꝙ etiam cōtingit inde mors frequēter.

90 *Et cùm surget à somno, & excitabitur,* [k]{*necessitetur*}*ad uidendum lucē: taliter etiam ꝙ inspiciat astra in cœlo. uideat etiam in die colores uarios & diuersos, quatenus* [l]{*in hoc excitetur.*}

k* & exercitetur

l. de lectore & diligat vi dere.

Hoc quidem præceptum est ad excitandum & exercitādum visum, necnon etiam & confortandū ipsum ex ipsius exercitatione. & hoc, quoniam omne membrum roboratur, & confortatur cùm exercitatur, & in operatione est attentum. pro tanto cùm excitabit à somno, congruet ei magis loca luce & claritate informata. Idem etiam docet ꝙ teneatur extra domū in via, vt cœlum, & astra eius inspiciati & quòd videat in die colores plurimos, & diuersos.

91 [m]{*Et loquatur semper alte quicunq; aut quæcūq; habebit accessum ad ipsum, cùm uoluerit quis ipsum instruere & assuescere*}*ad loquendum.*

m. & ante ipsum sint existantes cū vocibus conuenientibus, vt delectet, & incitetur

Hoc etiam præceptum est ad excitandum organum auditus ipsius, & disponendum ipsum ad loquēdum. & hoc, quoniam de natura puerorum est, quòd quem sermonem audiuerint assimilāt: sicut etiam facit auis, cùm recepit doctrinam sermonis hominis.

92 *Et ponatur mel in ore eius, liniendo & fricando ex eo palatum, gingiuas, & linguam eius, & addat cum eo aliquantulum thuris, &* [n]{ }*liquiritiæ.*

n. succi

Hoc quidem totū est ad hoc, vt sit facilior ortus dentium, & ad iuuandum eum ad loquendum.

93 *Et prouocetur ei sternutatio, quatenus ipsius nasi oppilationes aperiantur & mundent. hoc n. rectificat & clarificat uocem suam, omnes ēt sensus eius, & cū hoc dilatat pectus, & anhelitum bonum facit.*

Quia iusserat leniri os & palatū ipsius, præcipit nūc ꝙ in eo sternutatio prouocetur. & ait ꝙ sternutatio pro dest sensibus, & hoc, eo ꝙ cerebrum mūdificat. ex hoc etiam confert voci, & anhelitum mundificat, eo quòd meatus eius mundificet.

94 *Et uitet phlebotomiam, et pharmaciam, donec ad ætatem adolescentiæ peruenerit: nec resistatur apostemati uariolæ seu exituræ eidem contingenti* [o]{ }*cum attractione.*

o* seu non fiat diuersio ad contrariū

Non quidē decet minuere ac pharmacare puerum, ēt si occurrat exigētia ex natura morbi, donec transierit in eo ætas pueritię: quod contingit anno. xiij. aut. xv.

Cùm

Cùm autem dixit nec resistatur apostemati variolę seu exituræ eidē contingenti cum attractione ignoro procul dubio quid intellexit per hoc, q̄d dixit cū attractione. Nam si per attractionem intellexit, ꝙ non procuretur tractus & diuersio materiæ ad partem aliam, & oppositam membro apostemoso per phlebotomiam illius partis oppositę: hoc quidem iam includebatur & continebatur sub prima cantificatione generali, quam de phlebotomia fecerat. Si vero intellexit per hoc, ne superponantur membris prædictis medicinæ attrahētes: hoc etiam est præceptū generale tam in pueris q̄m in alijs ab eis: cùm contingunt eis apostemata & variolę dictę quidem Arabice alzebud. imo forsitan hoc est vtilius et magis conseruandum in pueris q̄m in adultis, ratione superfluæ humiditatis complexionis ipsorum.

Regimen conualescentium.

95 *Licet conualescentes ab ægritudine sani existant, eorū tñ corpora non sunt fortia, sed debilia, sicut sunt* [2]{*debiles immunes à morbo, quorū uirtutibus accidit fatigatio, et sanguinis priuatio in eorū corporib*[9]*.*}

2. domus anquatę aptę cadere, in quibus remanserūt animæ debiles, & corpora ipsorū sanguine sunt priuata.

Quod dixit de conualescentibus à morbis est per se notum. & hoc, quoniā ipsorum corpora sunt debilia, & paucū sanguinis: & virtutes quidem sequūtur dispositionem ipsorum corporum, quorum sunt.

96 *Si autem macies & extenuatio corporum ipsorum fuerit longi temporis, & chronica, reducantur paulatim ad consuetudinem propriam, nec fiat hoc subito & festinanter. si uero emacerati fuerint, et extenuati in tempore breui,* [b]{ }*reducantur celeriter ad solita: est nihilominus gradatim subtiliandus, donec euasio corporis ipsorum sit manifesta,*

b. cum multo cibo

Hoc quidem præceptum est de modo, qualiter reducantur cōualescentes ad solita. vnde inquit ꝙ si macies corporum ipsorum fuerit longi temporis, &c. & est, ac si diceret, ꝙ si passus est morbum chronicum, est paulatim & gradatim reducendus ad cibum solitū: est q̄ per longum tempus in hoc augmento gradatim incedendum, donec rediciat ad consuetudinem solitā. Qui vero breui temporis spatio passus est, sit translatio eius maior, & in breuiori tempore: ita ꝙ reducatur citius ad solita, q̄ conualescens ex chronica passione. & in summa sit tempus eius in reducendo ipsum ad solita in sanitate æquale ad motum factum tempore morbi. Sunt tamen necessarij gradus in reductione cōualescentis ab ægritudine ad solitam sanitatē, siue fuerit morbus chronicus, siue acutus. et hoc intellexit, cum dixit: est nihilominus gradatim, &c.

97 *Detur ergo ei parum ex cibo, qui tamen laudabilis sit uirtutis & chymi.*

Sit ergo cibus conualescentis in ægritudine in parua quantitate sumptus: sitq; virtutis laudabilis, & boni chymi, cuiusmodi sunt vitelli ouorum, & testes gallorum. habetur enim opinio ꝙ tantum pondus sanguinis generetur ex eis, quantum ipsa sunt.

98 *Et sit in quiete & tranquillitate, eo ꝙ eorum membra tenera sint & mollia, rectificenturq; eorum animæ bono* [c]{*consortio*}*& laudabili fede, & ministrent eis aromatica, & omnes flores laudabilis odoris, et* [d]{*gaudeant & lætentur, & ipsos exhilarantibus rectificentur,*}*& uitent meditationem, & tristitiam, & ingrediantur tinas in balneo: nec tamen ibi diu* [e]{*sedeant: & ungantur ibi membra eorum oleis conuenientibus:*

c. & laudabili colloquio & a diuinistrētur eis letificantia & caritatiuæ, e. morentur. nec forti excitētur exercitio, neque fricentur vehemēter. nā ista faciūt in eis accidere debilitatē, et sed. sti aqs tepidis, & mēbra ipsorū oleis conuenientibus inunguntur.

Regimen senum.

99 *Vires & uirtutes senum retrocedunt omni die, et etiam minuuntur.*

Quicquid est in senibus, existit in diminutione & consumptione. & ob hoc dixerunt, ꝙ senex sit homo corruptus, hoc est quòd sit in via corruptionis: & iuuenis est homo, qui generatur, hoc est in via generatiōis.

100 *Vnde detur eis fortis cibus in parua quātitate sumptus: qui s. non aggraueat membra ipsorum.*

Hoc quidem præceptum positū **in regimine senum** similatur præcepto posito in cibis **conualescentium ab** ægritudine: & est ꝙ sit cibus illorum ille, **qui in parua** quantitate sumptus nutriat **multum. & hoc, quoniam** cōmune est vtrisq; necessitas multi **nutrimenti cum debilitate** virtutis. Et super hoc **ingeniauerunt se duobus** ingenijs: quorū vnum est, ꝙ sit cibus **eorum ille, ex quo** parua quantitas multum nutriat: & secūdum est, vt comedant parum, & hoc pluribus vicibus. vnde melius est ꝙ senes comedāt ter inter diem & noctē: & sic etiam faciāt pueri. & est, sicut diceretur ꝙ cibū, quem cōsueuerūt sumere vna vice vel duabus, sumāt tribus vicibus.

101 *Et si euacuantur, nequaq; cholera educatur: sed postea dimittatur, cùm sit in corū corporibus medicina.*

Hoc quidem **est notum**. nam cùm super complexionem senum frigiditas dominetur, timendum quoq; & opinandum est ꝙ super ipsum humor frigidus dominetur, & humor quidem calidus huic contrarietur: & est medicina humoris p̄dicti in senibus. hoc aūt verum est vt plurimū. Vidimus nihilominus quāplures ex senibus, in q̄bus fuit morbus ex citrina cholera gñatus.

102 *Nec prohibeatur eis totaliter phlebotomia, si tamen usi fuerint ea: immo minuatur etiam in hoc casu sexagenarius, si corpulentus fuerit & carnosus, bis in anno, nec abutatur hoc in duobus anni temporibus. prohibeatur tamen ei omnino phlebotomia ex cephalica, et sic erit eius regimen bene ordinatum.*

Minime quidē est minutio sanguinis prohibēda in ætate senili ei, qui vsus est ea in adolescentia & iuuentute sua: imo est bis in anno minuēdus ēt sexagenarius, si vsus fuerit, & si fuerit sanguineus: est q̄ minuēdus vere & autūno. non tñ minuat de cephalica. quod ideo iussit, q̄n senū capita sunt debilia & frigida. Est aūt quod hic dicit, magnū apud me, s. ꝙ sexagenarius bis in anno minuat, & potissime in autūno. & hoc, q̄n phlebotomia nō exigitur hoc tempore ad conseruationē sanitatis, nec ēt est tunc facienda. vnde in illo ex eis faciēda est phlebotomia ad conseruationem sanitatis, cui solūti sunt contingere morbi ex sanguine in fine veris, & principio æstatis. Et in summa minime cōgruit, vt sic vtantur phlebotomia bibentes aquam, sicut bibentes vinum: nec habitantes in climate calido, sicut habitantes in frigido, & temperato. Regiones enim, quæ sunt in climatibus temperatis, sunt magis cōuenientes

ex eis ad hoc, vt habitatores earum vtantur phlebotomia. Talia autē climata sunt illa, in quibus ver est longius ex quatuor anni tēporibus. ex quo patet, ꝙ *quartum clima minime sit temperatum: eo quod autumnus in eo producatur. quod quidem est signum, ꝙ eius habitatio declinet ab æqualitate, & temperamento, sicut inquit Galenus. *2. l. quintū

103 Cùm etiam peruenerit ad septuagesimum annum, minuatur semel in anno, nec secundetur in eo etiam in corpulentis, nec etiam est ex tunc de mediana minuendus, etsi fuerit corpus eius quasi plenū. unde cùm processerit in ætate amplius quinq; annis, minuatur bis de basilica in duobus annis.

Inquit, vt minuatur semel in anno ille, qui ad septuagesimum annum peruenerit, de basilica tamen, non de mediana, eo quòd colligātiam habeat cum cerebro: ipsa enim componitur ex cephalica, quæ est superior in brachio, & ex basilica quæ est inferior in eodem. Præcepit ergo vt septuagenarius minuatur semel in anno ēt vsq; quo consequatur septuagesimum quintū annum. hoc tamen totum est contra rationem, & transgressio præcepti seruandi in arte de phlebotomia. Ego nihilominus concederem ei, si morbo eidem contingenti esset necessarias verum in regimine conseruandi sanitatē eorum prohibeo eis ipsam absolute.

104 *Post hanc autem ætatem est eis omnino phlebotomia prohibenda.* nam obest multum senioribus, & decrepitis. Nec ēt sint eorū apostemata ²{mitigāda:} nec est ēt attractio in apostematibus eorū fortificāda. ² repercutiē da:

Hoc totum est ratione debilitatis corporū ipsorum. Est etiam verenda fortis attractio in apostematibus ipsorum quoniam augerentur inde in tantum, ꝙ ducerēt membra apostemosa ad mortificationem: et pro tanto nō est minuēdus quis post annū septuagesimūquintū.

105 *Sunt nihilominus mundificandi cum frictione & sudore, denturq; eis* b*{pingues, ſ. ficus per interualla,} *& mundificentur etiam cum cibis mollificātibus. Destructio aūt eorum cum medicinis est oīno prohibēda.* b* olea, par tendo l. vices pos vices,

In corporibus autem senum augentur superfluitates ratione debilis digestionis ipsorum. pro tāto est eis necessaria euacuatio eius, qđ ex eis in tertia digestiōe exsilit, cum magna fricatione, & balneo temperato. Docet etiam ꝙ venter eorū mollificetur, continuādo esum ciborum mollificantium, sicut dixit: non tamen cū medicinis solutiuis, eo ꝙ non bene ferant & transferāt eas. Galenus autem iussit, vt in hoc casu sumātur ficus pingues in ieiuno. Iussit tamen vt vsus earum minuatur: eo ꝙ oppilationes faciāt. & hoc intellexit, cū dixit, denturq; eis pingues per interualla. Aut forsitan intellexit, ꝙ dentur eis in potu pinguia, per hmōi ficus pingues.

c ¶ corporis neutri, ſ. qđ in vno membro est sen., & i alio nō,

Regimē ᶜ{eius, cuius sanitas est diminuta in aliquo ex membris, & non in alijs} aut in aliquo tempore, & non in alijs.

106 Qvi ergo patitur in aliquo tēpore determinato, curetur prius q̄ incurrat morbum.

Siquis aliquo tempore patiatur determinato, curetur, priusquam perueniat ad illud tēpus: & hoc tādiu, donec liberetur ab ægritudine sua illo tempore.

107 Et curetur cum contrario eius, de quo conqueritur illo tempore, & commuta tempus pro tempore.

Curari debet qui patitur aliquo tempore cum cōtrario eius, quod generatur in illo tempore: quasi dicat ꝙ cùm quis præcurabitur sic tēpore precedente morbum, erit quidem securus, ꝙ non generetur morbus in eo illo tempore. vnde est, ac si diceret, ꝙ non est differentia inter ambas curas, nisi quòd faciat tempore præcedente morbum illud idem, quod etiam faceret tempore morbi. hoc quidem intellexit, cùm dixit: & commuta tempus pro tempore.

Si ergo aliquis patiatur in aliquo ex membris suis, 108 *attendatur & recipiatur cura eius ex his quæ colligam in curis morborum, donec liberetur, & mundetur ab illo morbo.*

Quia fecerat mentionem de cura eius, qui patitur in aliquo tempore, & non in alio, cœpit referre curā eius, qui patitur in vno ex membris eius, & nō in alijs. Vnde inquit, ꝙ cura huius est sumenda ex cura ipsorūmet morborū: nec est differentia in hoc, sicut referemus consequenter in curis ipsorūmet morborum.

Regimen eius, in quo apparent signa futuri morbi.

Et si appareat in alicuius corpore signum significans super morbum futurum, d*{prohibeatur attente aduentus} eius, quoniam occulta est causa in corpore eius: pro tanto auferatur, priusquam detegatur. tam autem retuli quid significat accidens apparēs in corpore, & de qua ægritudine timendum sit ex eo. vnde attente curandum est de eo, faciendo cessare causas eius ex his quæ retulimus in capitulo suo.* 109 d* tunc ingeniatur in abscissione

Quia retulerat regimen eius, qui patitur in vno tempore & non in alio, & illius qui patitur in vno ex membris suis, & non in alio: incepit nunc referre regimen sani, in quo apparet aliquod ex signis prognosticis super futuram morbi generationem. Pro tāto inquit: prohibeatur attente aduentus eius, &c. ac si diceret tollatur causa eius à corpore, quæ ſ. parata est facere ipsum. & iam quidem retuli signa, quæ cùm apparent in corpore sani, significāt super morbum futurum: propter quod non oportet ea iterare in hoc loco. Offerentia autem de ablatione harum causarum reponitur sub specie ablationis causarum ipsorum morborum. hoc autem speramus ponere in subsequentibus. & ob hoc vtendum in ablatione cuiuslibet causæ, cuius apparent propria signa in corpore, his quæ referemus in parte curationis horum Canticorum.

Tractatus secundus ᵉ{Practicæ. De reductione sanitatis in ęgris cum cibis, & medicinis.} e * de cura ęgritudinum

Postquam f*{ergo seruauī cōtenta sub genere} conseruationis sanitatis, nunc incipiam loqui de cura ipsius morbi. & hoc quidem est unum ex generibus practicæ. Hoc autem fit obuiando ei cum suo contrario: ut si fuerit morbus ex caliditate, curetur cum frigiditate, & è conuerso: et si fuerit ex humiditate, curetur cum siccitate, & è conuerso.* 110 f* ordinari genus

Postquam locuti sumus de regimine, & conseruatione sanitatis, nunc quidem loquimur super ingenio curationis morbi. Dicta autē in hoc capitulo sub vno genere comprehenduntur: quod est, vt obuietur cōtrario cum suo contrario. Vnde dixit ꝙ canon in hoc capitulo est, ꝙ incedatur in hoc genere, sicut iussit Hippocrates, curando ſ. vnum contrarium cum suo contrario: ita ꝙ

ita ꝙ si fuerit morbus ex caliditate, curetur cum frigiditate contraria, & è conuerso: & si ex humiditate, cum siccitate, & è conuerso.

2 *Curetur ergo cerebri repletio cum euacuatione, & sic fiat de membris alijs: & in patiente obturationem ex oppilatione fiat apertio,* ²{ }-do *nec eius malitia fuerit rectificata: et lenitas corporis no ciua exasperetur, & similiter asperitas leniatur.* a† & diminuatur qđ in numero additum est, & oppilet qđ est apertum,

Quia vnum contrarium est cura alterius contrarij, fuit quidem necessarium ꝙ sit cura repletionis cum euacuatione, & cura oppilationis cum apertione, & è conuerso: & cura augmenti cum diminutione: & cura asperitatis cum lenitate, & è cōuerso. Et summa quidem in hoc capi. est, quoniam oportet ꝙ numerus contrariorum, quæ sunt velut radices in curatione, sit sm numerum specierum morborum, causarum, et accidentium. Iam autem sunt notæ species, quę continentur sub istis ex cibis, complexione, & operatione. & hæc quidem sunt velut radix in ingenio curationis.

Rememoratio specierum medicinarum.

3 Hic quidem faciam mentionem medicinarū humores educentium per secessum.

Quia vna species morborum appropriatorū membris similium partium est morbus cū materia, aut sine materia: & quia cura morborum cum materia fit cum euacuatione humoris peccantis, quę fit cum medicinis eductiuis alterantibus, ſ. cōtrarijs eius: ille vero, qui est sine materia, curatur solum cum alteratione malæ complexionis ægritudinē facientis: fuit quidem necessitate coactus, vt in hac operatione referret medicinas hoc facientes, & etiam medicinas curātes morbos officiales, i. efficientes, quod est contrarium eius. Incœpit autem in hoc à medicinis eductiuis. vnde inquit: Hic quidē faciam mentionem medicinarum humorem educētium.

4 *Vnde referam illam, super quā dominatur aliqua complexio, & habentem potentiā educendi aliquem humorem, & habentē uim aperitiuam, aut mollificatiuam, & habentē potentiam urendi,* b*{uel}-putrefaciendi, c*{ }-claudendi, d*{et aperituam oppilationis, & attractiuā}c {& exiccatiuam, aut sanatiuam carnis generatiuā, aut sigillatiuam, & his similes in uirtutibus secundis, & tertijs.} b† & ct digerēdi, aut induranti, & d† vel oppilandi qđ est apertum, aut virtutē attractiuā et aut abstersiuā, aut rarificatiuam, & quod habet virtutē generandi caruē & consolidā ct, & his similes sunt quæ habent virtutē sec dam, & quæ habent certā abſcq; secunda.

Refert ex his medicinis illam, quæ sic malæ complexioni dominatur, donec alteret ipsam: & si de natura sua non educat aliquē humorem, sunt huius medicinæ notæ in primis virtutibus. Ex his etiam refert mollificantes, aperientes, vrentes, & putrefacientes, claudētes, oppilantes, exiccantes, & facientes nasci carnem. hę autem, & his simiiles notæ sunt in virtutibus secundis. Si autem habentes operationem in toto corpore habeant & specialem in vno & determinato membro, dicuntur habere virtutes tertias.

Rememoratio solutiuarum cholerę.

5 Ducit autem fortiter choleram rubeā scammonia, cuius dosis est à tertia uniꝰ drachmæ, usq; ad unum kirat. habet etiam potentiam super altos humores, cuius quidem rectificatio fit cum cotoncis, ne lædat stomachum, & hepar.

Hæc quidem medicina est ex fortioribus & notioribus choleram rubeam educentibus. & cum hoc ꝙ educit choleram rubeam, valet etiam dominium sup alios humores. & est ac si diceret, ꝙ si poneret aliquantulum ex hac medicina cum eductiua aliorum humorum, augeretur & confortaretur operatio & virtus illius eductiui. Et dosis eius est, sicut dicit à tertio vnius darhan, vsque ad darhan semis. Eius autem rectificatio cōmunis & nota est cum æqua quantitate & pondere sui ex mastiche. Cotonea tamē, quorum ipse fecit hic mētionem, sunt perutilia in hoc casu. nam frangunt & remittunt malitiam, quam ipsa inferret stomacho, & hepati: & ēt tollunt & remittunt calorem, & inflammationem ipsius. Laudabilius autem est, ꝙ aliquantulum rectificetur ex omnibus lateribus suis, i. in virtutibus eius primis & tertijs: ita ꝙ non intendatur ex ea superfluus fluxus, sicut habetur ex dicto suo. Et nenufar facit idem. nam ipsum frangit & remittit calorem & siccitatem ipsius: & sua aromaticitate resistit nocumento stomachi, & hepatis. Et mastiche etiam est laudabilis huiusmodi ratione.

20 Detur autem ex aloe ᶠ{solidum}-unum, & si fuerit necesse ᵍ{duplicet pondus illud}-cum speciebus ʰ{conuenientibus:}-& si detur multū ex eo, rectificetur cum bdellio, gummi, & tragacantho. f* inf. g: rectificet h* ——

Hæc quidem medicina laudabilior est inter omnes medicinas choleram rubeam educentes à stomacho: & hoc, quoniam cùm hoc ꝙ educit & euacuat eam abunde, cōfortat etiam ipsum sua stypticitate, & ipsum abstergit sua amaritudine, & expellit & educit humorem infra substantiam, & tunicas eius imbibitum. Est autem multum melius si cum speciebus conuenientibus misceatur: & præsertim si humor cholericus vergat ad grossitiem aliquam. Laudabilior autem cōpositio ipsius cum speciebus est, quam retulit Galenus sub auctoritate priorum: & est hiera picra, quam ipse reseruauit & notificauit: in qua est magis q̄ medietas aloes ex speciebus, & minus q̄ duo tertia ipsius. Sunt aūt sex species notæ in hoc, ſ. mastiche, cinnamomum, spica nardi, & casia ligni, carpobalsamum, & xylobalsamum. Verum Moderni ponūt de speciebus quantū de aloe. & hoc intellexit, cum dixit: & si fuerit necesse, duplicetur pondus illud cum speciebus. Est autem rectificatio ipsius, sicut dicit, cum gummi arabico, & tragacātho, & bdellio. ipsum tamen est solutiuum: est tamen nihilominus ipsius correctiuum, quoniam infert frequenter mordicationem in intestinis, & tinesmum.

Et ex myrobalanis citrinis offeratur in potu unc. i. 7 & tantūdem offeratur de uiolis. sic etiam fiat de medullis casiæ fistulæ, & tamarindis, & non amplius.

INquit magnus Medicus Amech Auerrois. Postquã deo gratias egero, dicam, q̃ quidã de amicis meis, cui⁹ amore teneor, me rogauit, vt eius dictis satisfacerem via experimenti, & rationis de ista medicina, de qua medici dixerũt in loco suo, quæ dicta ẽ Theriaca: & de eo, q̃ dixerũt de operationibus eius. Et dicam, q̃ causa, quæ prius excitauit velle antiquorum, vt cõponerent theriacam, fuit, vt sanarentur per ea accidentia mala, quæ accidũt à potu venenosarum medicinarum, quomõcunq; lædant ab illis, & absq; potu. & ist̃ medicinę sunt, quæ sumuntur ex animalibus, & plantis: quæ si specialiter experientia perfecta notæ fuerint tempore, quo lędant, & fuerint imediate notæ specialr, sic & specialiter in curatione istarum: accidit tamen interdũ nobis, vt non esset nobis nota, quæ ex oĩbus illis esset, quæ corpus ingressa fuerit: & si nobis nota esset, contingit tamen, vt non esset apud nos medicina particularis nota opposita illi medicinæ venenosæ. ob hanc ergo causam visum est illis, qui antiquos secuti sunt, vt componerent medicamen vnum ex medicinis simplicibus: vt per hoc opponeretur ex qualibet ipsarũ cuilibet ex venenis: & vt ex illo opponeretur cuilibet veneno, siue sit nobis scitum particulariter, siue nõ: & apud nos sit medicina nobis nota particularis opposita illi, aut non. Et illud quidem, quod incitauit velle eorum, est, quoniã curatio hoc modo factior est & medico, & infirmo. Vtilitas autem, quã ex hoc consequitur medicus, est: quoniam postquã id habuerit, non oportet inquirere q̃ causa particularis ægritudinis: tollitur ergo de labore quantitas magna: quoniam quicquid consequitur ex rectitudine curationis, & cuiuslibet sui operis, non est nisi ex cognitione causæ. Et hoc quidem est vnum ex magnis fundamentis in medicina. Et q̃ ista sit ex magnis vtilitatibus inuentis in theriaca, cõmuniter est per se notum. Sed vtilitas, quæ ex compositione theriacæ prouenit quo ad medicum, & infirmum, est, quoniã si medicus cognoscit particularis ægritudinis causam, non tamen est apud eum parata medicina propria singularis illi tempore, quo auxiliabatur egro: & cum prolongatur terminus in inueniendo istã, moreretur interim eger. ergo hæc sunt tuamenta theriacæ simul, de quibus nullus dubitat. Et postea quęram si operatio medicinę, quæ est dicta theriaca, est efficax in qualibet ex medicinis venenosis, si detur in quantitate medicinę proprię illi veneno, an virtus eius sit æqualis, an fortior, an debilior ea, & hoc quidem indiget studio subtili, profundo multum. Et res, quæ ad hoc nos cõmouet, est, quoniam possibile est, q̃ aliquæ ex medicinis propriis, & specialibus alicui ægritudini, ex quibus composita est theriaca, permutentur ab aliquibus alijs ab ipsis: quare debilitata sit virtus medicinarum, quæ erat specialis illi ægritudini, & non curet p hanc causam. Amplius id, quod ex medicinis singularibus propriis ingreditur theriacam, est pars modica. Et propterea dixerunt quidam medicorum, q̃ si tu pones in hoc medicamine quantitatem modicam, medicinæ propriæ, huic accidenti non confert sui quantitate, minus confert theriaca, si de ea administretur modica quantitas, quæ est composita ex contrarijs debilitantibus virtutem medicinæ propriæ illi accidenti: nam si accipias ex illis quãlibet per se, nõ proderit ex sui paucitate, quomodo ergo proderit theriaca, quæ ex contrarijs est composita? Dicimus ergo ex hoc, q̃ in qualibet quantitate ex minimis partibus theriacæ inuenies omnes species virtutum medicinarum singularium, quæ ipsius summam ingrediuntur. s. q̃ in qualibet parte eius, inuenies, verbi gra, virtutem opij & euforbij, & aliarum medicinarum, ex quibus est ipsa cõpositio, sicut est inuẽtum in qualibet parte pomi calor, sapor, & odor: sicut sunt inuenta quatuor elementa in quolibet cõposito ex eis: quoniam esse elementorum istorum, quando sunt in via mixtionis, & ipsorũ virtutes in his, quæ sunt cõposita ex eis, videnť esse debiliores virtutibus ipsorũ extra mixtionẽ, tunc, si res theriacę se habet, sicut est dictum, videt q̃ oẽs medicinæ, ex quibus ipsa cõponitur, sint in qualibet parte eius, & q̃ debiliores sint in ea quælibet ipsarũ, & extra eam, & crederetur ex hoc, q̃ virtus theriacæ [illegible] in qualibet ex ægritudinibus simplicibus virtus medicinæ singularis propriæ illi ęgritudini. Sed hoc est impossibile est falsum: quoniã est manifestum [illegible] dicis, q̃ theriaca curat fortes ægritudines [illegible] mento theriacę est res, quæ non [illegible] positis, nisi partim & raro. Quòd autem [illegible] compositio virtus maior virtute singularis, declarabitur. Inuenitur enim, q̃ generatur ex terra & aqua res duriores, & grauior quolibet illorũ: & est istud plumbũ: & iterum inuenies in igne ignem fortioris calefactionis, q̃ sit ignis in sphęra sua: sicut in ferro ignito. Verũ res theriacæ, quæ sic est, nõ est scita nisi via experimenti, nõ per viam rationis. Et possibile ẽ, q̃ sit hæc in aliqua ex medicinis singularibus theriacæ, præter q̃ sit in oĩbus earum. i. q̃ aliquid sit fortius eius virtus, q̃ virtus medicinarum, ex quibus virtus est composita. Et per hoc dicam, siue sit ita, siue non, non est dubiũ, q̃ theriaca prodest cõtra venenũ: & videt ẽt, q̃ sit potus fm mensuram propriam, vel congruã speciei venenę: & q̃ etiã sit fm mensuram fortitudinis, & debilitatis eius. & ist̃ quidem mensurę nõ sunt notæ per viã rationis, sed non nisi experimento. & tam quidẽ hoc scripserunt antiqui in libris suis. Nunc autẽ dicam in hoc, quod est credibile, & rationi propinquũ: & prima causa, propter quã inuenta fuit theriaca, fuit vt curarẽtur per ipsam nocumenta venenorũ, quæ sunt in animalibus, sicut in lacerto, & cane rabido, & venenorum, quæ inuenta sunt in plantis: sed nõ confert ei, quod dicũt abroys. i. napello.

Dubium.

Sed tuamentũ eius, quod est in ęgritudinibus, peculdubio confert ægritudinibus generatis ex humoribus corrumpentibus cõplexionẽ, & formã corporis, sicut malitię humorũ, ex quibus fit lępra, & malitię cõplexionis, quæ adęquatur ex paralesi: & confert apoplexię maiori, & epilepsiæ, & ventositati generatę in corpore hominis ex superfluitatibus naturam egredientibus, nõ omni tamẽ ventositati, sed illi tantum, quę est, sicut illa, ex qua generat dolor colicus, & dolor stomachi violẽtus: & qñ ęgritudines factę sunt ex melancholia existẽte in fine malitiei, et flegmate, quod multũ elongat a flegmate naturali: sed ęgritudinibus, q̃ factæ sunt ex flegmate & melancholia nõ existentibus multum extra rem naturalem, si confert theriaca, vel non, ad hoc inquirendũ studiũ est necessariũ durũ multum. Et hoc quidẽ dicimus, propterea, quia concordant oẽs in

theriaca, ꝙa nō confert ægritudinibus generatis ex sanguine, & cholera. Restat ergo certificare, quod dictum est, si theriaca confert ægritudinibus, quæ generant ex flegmate & melancholia egredientibus terminū naturalem exitu. ſ. multo, & vtrū curentur à theriaca, sicut curat ea quælibet ex medicinis siccis, vel non.

Vtrum theriaca conferat corporibus sanis. & quid in hoc Auerrois sentiat. Cap. II.

IN principio tamen eius, quod dicturi sumus, hic est videndum: vtrum theriaca conferat corporibus sanis ad sanitatem conseruandam ita vt non fiant in eis ægritudines aliquæ, vel non conferat, nisi tantū ad præseruationem corporis ab ęgritudinibus magnis: & vtrum generaliter præseruet corpus ab ægritudinibus, quę generantur ab humoribus duobus factis, siue sint fortes, siue sint debiles: siue à venenis, & si non confert generaliter ad hoc, fortasse si confert quibusdā ægritudinibus, quæ non sunt magnæ: vel si fortasse nōn confert. Et dicā ꝙ iuuamenta theriacæ in conseruatione sanitatis ingreditur studiū difficile ad intelligi: nos enim inuenimus oēs medicos, & non solum Gale. imo oēs alios ab ipso, qui dicunt: ꝙ ad hoc, quod dictū est, confert, & ꝙ nobiliores ex nobilioribus sui tēporis hoīes vtebant, & singulis diebus: & quidam ex eis vtebantur ex ea bis in die: & iste qui vtebatur ea cōtinue, poterat eā securius bibere, quàm ille qui nō bibit eā nisi ter vel quater sine nocumento. & hoc quidem scripsit Gale. in lib. suo, quē fecit de theriaca. Et dixit Aboali, ꝙ theriaca confortat à tota specie calorem naturalē, & dat ei multitudinem virtutū illarū, per quas curant oēs ægritudines, & dat sanitatem omnibus membris.

Radix tū verborū Gale. est in his multū contraria: & est, ꝙ medicinæ, quæ conferūt venenis, sunt mediæ inter medicinas, & venena, & hoc dixit in libro suo quīto de Simplici medicina: si enim nutrimentū est, qđ cōseruat sanitatē perfectā, & medicina sanitatē lapsam: venena vero sunt, ꝙ auferunt sanitatē, & medicinæ dominantes in theriaca sunt medicinę inter medicinas, & venena: & omne cōpositum declinat in virtute sua versus latus medicinarū vincentiū in cōpositiōe eius: videtur ergo quòd theriaca sit media ĩter medicinas, & venena, & si est media, est fortior medicinis, & debilior venenis. ergo non conseruabit sanitatem, quā cōseruant medicinæ, nec curabit ægritudines, quas ipsę curant, quoniā est fortior omnibus eis. et si conseruat sanitatem aliquā, erit sanitas illius, qui paratus est cadere in ægritudines humorū similiū venenis, & si iterum curabit, non curabit nisi illam, quæ ex illis est. Et manifestum est, ꝙ species minimarū ægritudinum in homine non sunt, nisi paucę. Item dicimus, ꝙ conseruat sanitatem eorum, qui timent, ne cadant in ægritudines similes istis. Et dicunt quidam, ꝙ illum, qui continuat vsum theriacæ, non oportet timere, vt operetur in eo virtus medicinæ venenosę, sicut dicit Gale. de illis regibus, qui composuerunt mytridatum, & conseruatur cum ea complexio eius radice naturali. Et hoc quidē est, quod non creditur: quoniā cum medicina venenosa sit contraria corpori, homines nō euadūt ab ipsa, ꝙ non operetur in ipsum, nisi postꝙ factū est simile veneno. quoniā id quod in alio non agit, est tale, quale id proculdubio, & ei simile: & res quæ in aliam agit, est et contraria, & iam quidē declaratū est in libris Antiquorū, & inter eos non est diuersitas, & si corpus hominis, in quo, dixerūt, nō operatur venenū, simile est veneno, et venenum est contrarium corpori humano, tunc est manifestum, ꝙ corpus hominis illius per vsum theriacę factum est diuersum à corpore aliorum hominum, & id, quod est diuersum à corpore humano nō est homo, & ille, cuius complō est diuersa à complōne aliorum hominum, nō est possibile, vt remaneat homo, & si remanebit, non remanebit, qn in tpe pauco transacto redeat eius complō ad complōnem illorum, qui habent humores venenosos. Si vero dicat aliquis, ꝙ corpus hominis nō patitur ab operatiōe venenosorum, vt ab eis offendat, nec ex hoc dicendum est simile esse venenis, sed hoc est, quia complō illius est in vltimo contraria medicinarum venenosarū, & est fortior venenis intantum ꝙ in ipso non operatur, & vincet homo venenum istud tta, ꝙ non vincitur ab ipso. Ad hoc dicimus si sic est, videtur ꝙ corpus hominis redeat in hoc simile medicinis vincentibus venena, & esset hoc corpus mediū inter medicinas, & venena. & videt ꝙ non remaneat eius complō in termino naturali, et ille qui permutatur à termino naturali ea permutatiōe, quam diximus, possibile est, vt corrūpatur, & hæc corruptio proculdubio est ægritudo, & si reperiatur, eius complō vt redeat secūdum modum, quem diximus, simile est ei, quod quidam dicunt, ꝙ inueniuntur quidā, qui fuerunt vsi veneno tantum, qđ cōuertebatur eis in nutrimentum, & hæc est res, quæ egreditur viam naturę. Et de cōsuetudine quidem artis medicinæ non est, vt res exerceat in corporibus naturalibus, q̄ egrediuntur viam naturalem. Et corpora, quibus non confert fm plurimum sanitatis vsus theriacæ, sed egrotare facit ista, nō iuuant et per istam in curatione ægritudinum, & si ægritudines etiā istę debiles essent, & ex humoribꝰ sibi bus venenis.

Et hoc est, quod diximus nos in hac re. Et ego quidem iam præcepi socijs meis famosis in arte medicinę, qui curabant filios regum, vt prohiberent eis vti theriaca in regimine sanitatis, & non vterentur ea continue. & quia non consenserunt, mihi damnificauerunt eos multum: quia continuare vsum theriacę nō est multum debitum in conseruatione sanitatis, cuius complexio, est sicut complō, quæ reperta est vt plurimū hominibus: & si sic est, nec etiā meliori cōpōni, quā considerant medici, quę raro reperitur, vt dicunt: sed super eam rememoratus sum, vt sit eis statera pōderis, quod cunq; ex corporibus ab æqualitate lapsis fuerit: sic etiā non inuenimus complōnem, in qua gñentur ægritudines similes venenis, nisi parum, & si sic est totum qđ dictū est, oportet ꝙ non vtatur aliquis theriaca in cōseruatione sanitatis, quæ est reperta in pluribus hoīum, & maxime in illis, qui in eis sunt iuuenes. ista. n. sanitas, q̄ fm plurimum est reperta in hoībus, dignum est ꝙ dicat naturalis, quia res naturalis est in ea fm maiorem victoriam. sanitas. n. quæ est in fine perfectionis, non est inuēta, nisi parū, sic & ægritudo q̄ est in fine malicię nō est reperta nisi parū, & hæc sunt duæ extremitates quę sibi inuicem contrariantur. & id quod est inter eas, est medium, quod est inuentum fm plurimum. & si sic: est hæc, & illa species sanitatis, ad cuius conseruationem sa ctę sunt medicinę, quæ ab ęgritudine futura defendūt, & ad cuius etiā ægritudinis curationem factę sunt medicinę, quæ curant ægritudines, quę fm plurimū reperiuntur in ijs temporibus: quoniam medicinę quibus curamus istas ægritudines, sunt genera alia medicinarū à medicinis, quibus curantur venena. Medicinę vero, cum quibus curamus venena, sunt medię inter medicinas & venena: & radix est vt non vtatur medicus ī curatione ægritudinum medicinis, cum quibus curantur venena. hæc enim genera medicinarum sunt in nomine & natura diuersa.

Dubium.

Solutio.

Quibus

Quibus ægritudinibus conferat theriaca, & quibus non. Cap. III.

SEd, quoniam ægritudines, quæ exeunt naturam aliarum ęgritudinum, sunt similes venenis. & similantur etiam medicię, quæ curant venena sua operatione, operi medicinarum, quæ curant istas ægritudines. ideoꝙ theriaca est composita ex duabꝰ speciebus medicinarū, & generatur in ea complō media inter medicinas, quæ sunt medię inter medicinas, & venena. & ppter hoc est posibile vt curet aliquas ex ęgritudinibus alijs ab ijs, quę simĩātur venenis. Et id, quod mihi vī in hoc, est, ꝙ medicinę, quæ curant ęgritudines generatas ab humoribus, adiuuant medicinas, quæ curant venena, sed non è conuerso, nisi ægritudines similentur venenis: illas. n. adiuuant. vel id quod est minus eis parum, et melius in eo qđ diximus, est, vt propinent medicinę currantes ægritudines ægritudinibus cūtum, & curantes venena venenis tantum. Sed, qm̃ theriaca est composita ex duabus speciebus, ideo resultat hæc medicina aggregata ex ægritudinibus & venenis, sed non oībus ægritudinibus generaliter, sed tantum illis duabus speciebus, ſ. prædictis, vel illis, quæ sunt eis proximę. sed, quia distinguere has duas species ægritudinum est quandoq; difficile medico, ideo necesse est vt bene prouideat in dādo theriacā in cura ægritudinū.

Et propterea subtilizant medici in mensuratione potus theriacæ in ægritudinibus, plus q̄ in alijs medicinis compositis. qm̃ in theriaca sunt medicinę curantes venena. & si vtūtur eis in ægritudinibus, necessarium est, vt hoc fiat cū cautela magna. & ideo in ægritudinibus fit minor potus eius potu contra venena, & diuersifica tur potio theriacæ in venenis fm fortitudinem venent & eius debilitatem. Et similitudo, quę est inter medicinas, quæ curant venena, & illas, quæ curāt ægritudines quas iam diximus, est, ꝙ omnes operationes, quas efficiunt medicinæ in ægritudinibus, sunt eædem cum eis quas complent medicinæ propriæ venenis, i. curantes venena. quoniam sicut quædam ex medicinis propriis ægritudinum sunt, quæ curant ægritudines suis qualitatibus, i. calido, frigido, sicco, & humido, qm̃ ægritudines fiunt ab illis, & est vt quælibet curetur suo contrario. i. calido, & frigido, & è conuerso: similiter etiā sunt ex medicinis venenosorum, quæ operātur ex suis qualitatibus prædictis. & sic sunt ex medicinis ægritudinū quædā quæ curāt primis suis virtutibus & tertijs, ficut dissoluendo, aperiendo, leniendo, & faciendo totum id qđ purgat membrum ab humoribꝰ, & attrahit eos à corpore. i. à mēbris nutritionis, & motus & sensus, & mēbris virtutum extimatiuę potētię animæ. similiter sunt ex medicinis venenosorum q̄dam medicinarū, quæ id faciunt suis virtutibus secūdis, & tertijs. Amplius sicut sunt ex medicinis quædam, quæ curant eas per id, quod sequitur in compositis mixtione qualitatum. 4. & qđ vocat Gale. totā speciē: similiter etiā sunt ex medicinis venenosorum, quę id faciunt à tota specie earū, si venenum sit operans à tota specie, & hæc enim venena sunt deteriora omnibus alijs, sicut ægritudines, quæ à tota specie earū sunt mortiferę vel pestiferę, sunt deteriores omnibus alijs, in tantum, ꝙ non inuenitur in eis cura nisi accideret ꝙ inuenirent medicinæ, quę eas curarent à tota specie. & si totum hoc est sicut dictum est: quòd theriaca in se vnit duas species medicinarum simul, vī mihi quòd curet venena curatiōe perfecta, & curet etiā ægritudines similes venenis. sed in ægritudinibus, quæ non sunt huiusmodi plus nocet, q̄ prosit, sicut nocent medicinæ fortes propinatę ægritudinibus debilibus: & sicut etiam nocent medicinæ curantes in conseruatione sanitatis: sed medicinæ conseruantes in curatione ægritudinum non imprimūt effectū, de quo fit curandum, & istę medicinæ sunt cibus, & medicina simul. Et ego quidem intellexi de antiquis medicis, ꝙ ipsi non curabant, nisi cum cibis, qui erant cibi & medicina. & hoc erat, quia hoīes illius temporis prohibebāt per leges & decreta eorum ab vsu malorum nutrimentorum et malis cogitatiōibus, & cogebantur exercitari à magistris exercitio conuenientę complexioni cuiuscq; illorum: & fm hoc vī mihi ꝙ theriaca nō erat eis necessaria, nisi contra venena: et si forte erat eis necessaria ad euacuationem ægritudinum non sumebant de ea, nisi modicum. quoniam Gale. & post eum, & multi ex antiquis dicunt, ꝙ plurimę ęgritudinum, quę currunt tpe nostro, sunt nouellę sicut pleuresis, et apostema mēbrorum principalium, vt cordis, hepatis, cerebri, et similiū eis. & præter istas sunt multę ex ægritudinibus exeuntibus naturam aliarum exitu multo, & quæ interficiūt subito. & si totum est ita istę, qui vtitur illo tēpore theriaca vel percepit alias, necesse est vt sit sapiēs in fine sapientię perfectę, præcipue cum voluerit vti ea in curatione ægritudinū, vel in conseruatione sanitatis particularis fm eū, qui paratus est labi ī ęgritudines humorum similium venenis. & hoc quidem dixi, sicut intelligere poteris ꝙ genus idem medicinarum curat ægritudines aliquas & præseruat corpus ab eis: sed melius est vt dicamus, ꝙ ægritudinem curantes sunt fortiores medicinis, quæ ab illis præseruant. Oportet etiā ꝙ sint medico medicinę sciętę & fortitudine & debilitate fm gradū morborū ęgritudinis, ad quā parati sunt labi, sicut etiā oportet scire medicum medicinas, cū quibus curat secundum gradum timoris ægritudinis in fortitudine & debilitate, cum sciuerit totum genꝰ hoc: sed genus ęgritudinum, quæ fiunt ex humoribus, & quæ ex venenis & genus medicinarū, & oppositionem cuiuslibet speciei illorum, & esse theriacę, & eius compositionem ex duabus speciebus medicinarum, & propter quam causam inuenta etiam fuit à primordio eius compositio, & quæ sit eius compositionis cā, posibile erit et vt sciatur quando homo vtetur ea, & quando non vtet. Et ego narrabo tibi vbi est licitum vti ea & vbi non. & dicam etiam illud, quòd dixerunt homines & quod experti sum est de ea, & quòd verificatum est de natura eius in hac re, & eius operationibus in corporibus humanis. Et, dicam, quòd consuetudo medicorum est diuidere ægritudinem in simplicem & cōpositam, & iterum diuidunt simplicem in malam complexionę, quę est cum materia, & illā qūę est sine materia: in cōplexione aūt mala sine materia non vtuntur, theriaca, siue illa sit calida siue sicca, et cum fuerit in fine violētię suæ, sicut est febris ethica, siue ęgritudo sit vlis, siue propria in membro. in mala cōplexione cum materia vtuntur ea, quando fuerit ex flegmate et melancolica existentibus in fine malitiei, & non vtuntur ea in ęgritudinibus sanguineis, nec colericis: nisi quādo colera fuerit extens termi num naturalem: & in ipsa est multum cautela iterum necessaria, sed si cum ea sit se. non vtuntur ea parū vel multū. si vero non est febris, & fuerit cholera erugino sa vel prassina, ex quibꝰ fit vomitus & fluxus vētris fortis. In alia autē ēt oporret, vt sit cautella maior, alia minor, et est quoniam cum cholera sit calida non est licitū vti ea in peccato eius. Sed quoniam hęc species cholerę non recipit digestionem nec alterationē medicinis ei cōtrarijs & theriaca inualescit sup eā, & eius substantiā destruit & extrahit & ideo videtur vt in ea conferat si detur, & ordine naturę & euacuationis. & est in hoc vt medicus aspiciat ad duo mala & qđ fortiꝰ ē curet & fortius eius est periculū deuenendi ad mortē subitā. In

De ægritudinibus simplicibus.

Colliget S ñ fluxu

fluxu autē diuturno cāto ab humoribus frigidis, & humidis vī mihi, q̄ conueniat theriaca, & sit conueniens ad curam: & iam dixerunt medici q̄ theriaca curat fluxus vētris diuturnos, quorum causa ignoratur, & videtur mihi q̄ hoc dixerūt, quoniam sicut in theriaca sunt ex medicinis venenosę, quorum causa ignoratur, sic ētiā ea sunt ex medicinis ęgritudinum, q̄ simdanē venenis.

Ego tñ fluxū vidi diuturnū qui erat ex cholera & melancholia adustis, & præceperunt patienti vti theriaca, & mortuus est. & propter hoc laudabile est apud me vt non vtatur aliquis in fluxibus theriaca, nisi in eis qui sunt de materijs frigidis, & membris frigidis: si autem fuerit de humoribus adustis ęqualitatē exeuntibus, nō vtuntur ea, nisi exitus essęt per adustionem similē venenis. si vero fuerit adustio pauca, theriaca adustionem augebit, tamen in fluxibus & vomitibus, quibus timetur aduentus mortis subitaneę, sicut in illis, in quibus propter magnā comestionem accidit, dicūt, q̄ multum confert in hoc. & cum dixerunt q̄ confert in fluxu diuturno, non dixerunt, si fluxus sit ex humoribus calidis aut frigidis: et hoc sic dictum esse nō potest. & vtuntur theriaca in fluxu sanguinis narium, & in constringēdo fluxum sanguinis per annū & mestruoꝝ, quando superfluunt, quoniā theriaca. ſ. noua quandoq̄ confert multum. nam per eam ingrossatur sanguis propter id q̄d est in ea de opio, & confortat virtutē continentē sanguinē in venis pp id q̄d est i ea de medicinis stypticis. quoniā est ostēsum nobis, et manifestum, q̄ sanguis naturaliter est in eis: & Gal. dabat eam illi, qui spuebat ex pulmone propter solutionē cōtinuitatis accidētē ex ulceratione rerum acutarum descendētium à cerebro: & eius quidē iuuamenta in hac ęgritudine sunt multa, & cum illa quādoq̄ sedat & tollit tussim illi, qui habet eā propter opium, q̄d est in ea, & desiccat vulnus propter medicinas desiccatiuas humiditatis accītalis, q̄ est i ea: & prouocat somnum: & maxime quando est recens & * alopharlo, quia secundū q̄ mihi videtur nō est melius sanguini exeunti à pulmone, & confert etiā alijs membris à pulmone, q̄n est efficacius in cōgelatione sanguinis augendo somnū, & sedatione tussis: & iterum contingit, q̄ theriaca cōuenat morbis animalium, ex quibus causatur fluxus sanguinis: simili ergo prodest in cōsolidatione vulnerum pulmonis. & dictum antiquorū est q̄ theriaca confert in principio hectię, & confert vulneri pulmonis in principio, et in fine, & confert etiā omnibus ęgritudinibus neruoꝝ, quæ ęgritudines neruorū sunt ex membris frigidis, & curat apoplexiam, & paralysim, & curat torturā iacies & spasmum, & tremorem quando sunt ex materia, quæ nō est calida. Et quia dixerunt quidam medicorum q̄ conuenit aliquot ex speciebus spasmi, scilicet, et qui est ex calore, videtur mihi q̄ si acciderit non est, nisi per viam accidentis, non per se. ſ. quia in neruis fiat ægritudo: & dixerunt q̄ cōfert venenis medicinarū corrosiuarum, super quas tempus est prolongatum. & videtur mihi q̄ si sic est prodest quia ipsa incidit & frangit materiā illius venenī, q̄d est in fine illius malicię, & q̄nq̄ exsiccat vulnera, quæ accident post tenesmon. Caue ne des eam, quādo sunt ex cholera, & q̄ sint antiqua, q̄n quando sunt antiqua vtimur in eis medicinis fortibus ad munditicationē vlceris in tantum q̄ q̄nq̄ intromittuntur trocisci de arsenico. & hæc vlcera consumunt carnem, quando fiunt in membris maxime, quę velociter sumūt putrefactionē, & quando sunt in membris calidis & humidis, & quando sunt in locis vel membris expulsionis: sicut in testibus vel velica. & dare theriacam in principio ęgrę est valde vtile: & hoc est manifestum. & etiam in ęgritudinibus inficientibus cutē, & similibus illis. Et dixerūt, vt homo vtatur in principio hydropisis: & hoc incedit via ratiōis, si cum ea non sit febris, & nō sit ex causa ęa lida: sed dixerūt q̄ in hac ęgritudine detur cum aceto. & hoc quidem est accidentale, q̄n acetum lędit hepar, sed miscetę ipsum, quoniā videtur, q̄ acetum acuat sīc citatē, & diureticitatem: melius tamē est, vt hoc fiat in hydropisi, quæ est causa splenis: vel possibile est vt acętum detur in duritie hepatis, quæ est propter hydropisim, postq̄ processerit sic q̄ hydropisim diminuat, vel det pp aggregationē medicinarū, mollitiuarū, & dissolutiuarū, q̄ sunt in theriaca ad dissoluēdum duritiem; & acetum confert in hoc multum admixtū medicinis mollificatiuis. & possibile est q̄ hoc sit verificatū p experientiā, q̄n ratio non transgreditur. hoc, nec hoc debet immutari à solutione, quoniā vtile, inquātū vult ratio. nunc est ratio vti eo donec videatur id propter experiētiam: illę quidē sunt plures ex ęgritudinibus cum materia, in quibus secundum plurimum confert theriaca, q̄ est ex melācholia et phlegmate, et ex illis ex eo q̄ est compositū ex eis, & vtuntur ea in doloribus, quorum est causa ventositas naturam egrediens, sicut vētositas cholerę. Caue tñ ne des theriacā i ęgritudine cholerica, cuius causa est sāguis, vel cholera, vel apostema; & vniuersalr non detur in aliquo dolore, qui generatur ex apostematibus, quia apostemata, quæ fiunt cum dolore fm plurimū sunt de genere apostematū calidorū. & da eam in dolore stomachi, renū, et veticę, si cum eo non est apostema, nec expectetur post ipsum. Et dixerunt quidā, vt detur theriaca in dolore lateris: sed non detur, nisi dolor fuerit prolōgatus propter humorē ventosum, vel si nō est se. & detur in potu in difficultate fœtus, vel partus, sicut narrauerūt medici. & hoc tamē indiget cautela, quoniam fm plurimū interficit embrionem, & quando moritur partus, fit difficultas parientis scilicet maior. & possibile est, quòd nō conferat in difficultate partus, nisi difficultas partus sit ex difficultate virtutis expulsiuę, vel propter mortem embrionis, & quia theriaca expellit sanguinem menstruum, expellit embrionē. In ęgritudinibus aūt compositis, quæ sunt sicut apostemata, et febres duarum specierū, dixit Gal, quòd cōfert, si se. fuerit quartana, et post apparitionem digestionis: sed ante digestionē facit crescere febrem: & causa huius est, quoniam humores post eorum digestionem ad expulsionem mouētur secundum motum naturæ, quoniam natura immutat in illo tempore humores corruptos, & si detur in principio, mouētur motione violenta, & corrumpuntur & expanduné per corpus, & crescit materia febris: & causa huius est, quoniā digestio naturalis mouetur in tēpore determinato scito. Et iam narrauit Gal. q̄ iam accidit * Audino philosopho, super quē conuenerūt medici ratiocinari, vt daretur ei theriaca in prīcipio suę febris, cuius causa erat melancholia, et crescebat eius feb. ex ea. et conuenerunt, q̄ confert febribus diuturnis, in quorum paroxysmorum principio agit frigus, & cōfert febribus q̄ incipiūt cū tremore fortis: sed secundum sermonem Gale. impedit digestionem, q̄n fortitudo tremoris & frigoris non accidit secundum plurimum, nisi antę digestionem. nisi intelligamus, quòd digestio, quā nominauit Gal. sit tantū digestio in se. melancholiæ, quoniā ille humor non digeritur, nisi in tempore longo: & propterea illa se. prolongatur: febres aūt phlegmaticę secūdū plurimū sunt minus longę, q̄ melācholicę, & recipiūt citius digestionem. & etiā theriaca in his ægritudinibus non ponit timorem de morte ęgri, & violentia illorum accidentium, q̄n medicinæ istę sunt similes venenis. In apostematibus autem, & maxime calidis non datur maxime si cum eis est febris, sed in apostematibus duris prodest

De ægritudinibus compositis.

prodest, si detur in potu. similr quando sunt in principalibus membris. & eadem est ratio in melancholia, quæ generata est ex humoribus grossis. Et medici cōueniunt, vt detur in potu in qualibet ęgritudine cum re conueniente, sicut præceperūt in dolore lateris cum decoctione asiar, et in dolore renū cum decoctione granę. et in hoc est necessaria pręuisio, si detur cum decoctione granæ, vel non. In anno vero cuius aer est totus calidus, dari prohibetur, quoniam tunc calida multa accidunt apostemata.

Quomodo theriaca corpus iuuet, & quomodo non. Cap. IIII.

Et dicam nunc modum, secundum quem ponitur nūc theriaca curare istas ęgritudines, & generalr quomodo curat eas quęlibet ex medicinis alijs in altro tali. Et non dixerunt medici causam sufficientem: illud aūt qd̄ inuenit in hoc dictum ex principijs naturalibus, est, q̄ totum quidem, quod speramus de medicis in earum operationibus ex virtutibus primis & secundis & tertijs, & generaliter i hoc, qd̄ dictū est, tota species est propter operationem caloris inati existentis in corpore: & totum hoc est ex præcepto dei, & hæc virtus quæ digerit & expellit humores corporis est ex calore naturali, sed attribuitur medicinis, quoniam medicinę mutantur ad calorem naturalem, sicut mutatur ligna ad ignē, q̄ reddit in his duobus fortior, sicut medicinæ. & hęc virtus si nō esset ex principio naturali, et ex calore naturali, nō conferet illa medicina; sed medicina est, q̄ dat hāc virtutem calori naturali: sicut inuenimus species eius, qd̄ combustibile est q̄. ſ. mutatur ad operationis ignis. & hoc quidem manifestum est opificibus, qui operantur cum vna combustibili specie. Et in hoc errauit. Auicē. qui dixit q̄ theriaca dat calori naturali generalitatē virtutū, quæ sunt in ipsa, & conseruat sanitatem corporis, & adiuuat etiā caloris naturalis virtutē in curatione ægritudinū, sicut ipsum iuuat in curatione venenoꝝ propter generalitatē virtutū, quę sunt in ipsa. et non est, vt Auicen. videt, quoniā virtus caloris, cum quo conseruatur sanitas corporis, iuuatur in hoc tm̄ per vsum bonorū ciborū ex his, quæ comeduntur. & res q̄ per ipsum adiuuant in curatione ægritudinū, quæ accidunt, sunt medicinę, quæ adiuuant, inquantū est eis virtus propria contra illā ægritudinem, & res quæ ipsum adiuuant contra venena, sunt medicinæ quæ sunt dictę contrarię venenis. Theriaca autē, vt diximus, qa adiuuat calorem naturalem, qui operatur in veneno, adiuuat etiā in operatiōe ęgritudinū, quę sunt similes venenis, & propter hanc eandē causam conseruat sanitatem ēt, quæ est propinqua vt mutetur ad ægritudines contrarias, & in hoc etiā assimilatur calori naturali, quoniā inquantū ipsa sensibilis est, & ad oculum est res vna, & si eam consideres, inuenies in ea operationes plures: & similiter est esse caloris naturalis, q̄n cum ipsum inspexeris, inuenies ipsum vnū, sed cū eius operationes consideraueris, inuentes ipsas plures, & theriaca quidē est in fine iuuamenti, quæ operatur in rebus distinctis & determinatis † & temporibus. Et postquā iam deuenimus ad hūc locum, non remanet aliquid de eo qd̄ loqui volumus, de quo nullus eorum, quos nominauimus pter nos, locutus est. Fiat aūt tñ hoc dictum meū ex dictis antiquorū, & hoc solo quis meretur laudem, & honorem, & non solum ipsi, qui iam præfuerūt vetustate iam ex hoibus, qui futuri sunt, nec remansit hic loqui nisi in quātitate, & mensura potus eius. istę tamē mensurę sciuī per rationē, sed verificantur experimento, sicut accidit in operatione theriacæ, & operatione aliarū medicinarū nobilium, & numerabilium. quoniā illæ prius sunt compositæ per rationem: & propter hoc oēs sunt verificatę per experimentū. et propter hoc omnis medicina, quæ est cōposita per rationē, nisi prius q̄ detur alicui, vt verificet per experientiā, est dubia & diminuta. et propter hoc res medicinarū, quas medici daturi sunt alicui nobili, experiantur prius in aliquo rustico habēti cōplexionē effrenem, silueſtrem, & post dent illi eam: quia cum certificatus fuerit medicus per rationem, q̄ est bona & vtilis: & post hoc approbata fuerit experimēto, q̄ virtus eius est contra rem, ad quā intendit. i. dirigens ad finem, quē quęrit, tunc quidem potest vti ea, vbi voluerit.

De Quantitate theriacæ exhibendæ. Cap. V.

Illud autē, quod coegit antiquos inquirere quātitatem potus theriacæ, est id quod coegit eos vt ponderarent, & mensurarent medicinas in quantitate, & qualitate, & dicunt, medicina est in hoc gradu, & datur in hoc pōdere, cum potatur: q̄n ipsi sciūt q̄ oportet, ne virtus medicinarū sit fortior ęgritudine, sed non vt operetur in corpore operationē similē medicinæ magnæ & fortis virtutis, i. facientis corpora egredi terminum naturalē, quoniam si sic eēnt illa curata, curarētur alia: & propter hoc oportet vt diuersificetur quantitas in medicina secundum diuersitatem virtutis patientis, & cōplexionē, & regionem, & ętatem, & particulā. patientē, si ægritudo est particularis. & quanto medicina est fortior tanto eius operationes in corpore sunt fortiores, q̄n omnis medicina est contraria corpori, sed confert ipsi inquantū cōtrariatur ægritudini, quæ est in ipso: & propter hoc oportet, vt virtus medicinæ sit fortior ægritudine, sed non multum: q̄n superfluitas forte, faciet ægritudinem nouā illa remota, & quia medicinæ non conferunt vniuersaliter non tempore ægritudinis, ideo impossibile est vt conferunt sanitatē perfectam, conseruant tñ sanitatem lapsam. et ideo medicina diuersificatur in hoc fm æstimationem futuri lapsus, & fm species ægritudinū antiquas, ad quas paratum est labi. & sic est manifestū iam qd̄ diximus, q̄ theriaca confert sanitati, quæ parata est labi in ægritudines magnas, vel ad ægritudines, quæ vadunt, & redeunt: & ista est sanitas decrepitorū, quorū virtus est debilis, & ideo plus confert decrepitis, q̄ alijs hominibus, q̄n ab eis nō recedit debilitas, & post decrepitos confert magis seminibus. Iuuenes autē non oportet, vt vtantur theriaca, nec parum, nec multum nisi eis accidērēt ægritudines, quas tam diximus, & est quia medicina, inquantū medicina, est cōtraria corpori humano. ſ. sano. Et oportet, q̄ ea vtitur q̄ aspiciat in quantitate eius, & maxime cum medicina est fortior, & quia virtus theriacę est contraria corpori humano in fine contrarietatis, oportet vt sit quantitas, quæ datur de theriaca minor alijs medicinis, & oportet, quòd sit eius quantitas scita. In medicinis aūt quæ purgant, oportet vt inquirant per rationem, & aspiciant quantitatē, quā dant in qualibet ægritudine, vt post hoc verificetur per experientiam: & oportet, vt sit scita quātitas medicinæ, quę experitur: & possibile vt diuersificati sint medici in aliquibus earū diuersitate iusta. Nunc autē narrabo qd̄ Gal. dixit in hoc fm Democritum. Inquit Democritus, da in potu de theriaca illi, qui timet, ne in suo potu ponatur venenum, & illi, cuius cibus est venenum, & maxime quando vomuerit totū, qd̄ de isto comedit, & da istis ter vel quater, & non facias, donec testimonia sint vera, q̄ venenum sumpserit, & detur illi quē momordit animal, post cuius mortum inuadit cum istis. Et detur morso

à cane

à cane rabido, quoniam morsus istorum est morsus malus, & detur morso ab animalibus marinis habentibus venenum, & illi, quem pungit aliquod ex alalibus paruis sicut vespę, & sicut animal qđ est dictum rutella, et id interficit, & possibile est, vt sit aranea silueſtris, vel aranea, et sit mensura, quę ꝺatur albendatorũ cum ponꝺere .xv. ʒ. vini lymphati & non sufficiat cum vna vice ad attrahendũ malum morsum, imo si uis timorẽ abhȝere oportet eam multotiẽs sumere, vt theriaca vincat dolores, à quib⁹ dubitatur corpus periclitari perpetuo, & detur in febre, quæ inuadit vna die & dimittit alia: & tremori, & maxime cum ægritudo est cum dolore, & in qua dubitaueris apostema futurum in aliquo mẽbrorum abundantium multum, vel in membris principalibus, vel in matrice, vel qñ est inflatio intestinorũ q̃ dicta est cholica, in qua continuaꝫ dolor in renibus, vel vesica, & si dolor est ꝓpter ægritudinẽ quæ dicta est à sanguine, & lapis in vesica: & deſ multotiens illi, q hêt apostema hepatis sui. Et illi qui habet fluxũ sanguinis exhibeaꝫ noua theriaca multotiens, vndecũq; sit, vel si sit ex pulmone, & habenti in vẽtre suo dolorem & torsionem. quoniam cũ datur ei antiqua statim ceſſat torsio & dolor. Et conueniens est vt illi detur, qui nõ digerit cibum suum intantũ, quòd eius appetitus diminuiſ, & illi, in cuius stomacho accesſit cibũ, & nauigantibus, ꝺe quorum consuetudine est, vt bibant aquas malas, & ꝺetur eis pondus duorum vel trium denariorum cum ꝺuabus cotillis, vel quatuor aquæ calidæ: & hæc mẽsura est instrumentũ vitreum paruum, & bibant eam ante cȩnam & cibum, & detur in potu illi qui habet doloꝛem i vesica cum vino dulci & tẽperato, & illi qui spuit sanguinem, & illi ad cuius pectus descendit reuma. & sic dabis in potu cum ea aquam decoctionis pulegrj & melius est ꝙ de ea portaꝫ de terra⁹ Morchij vel de Scanonia, vel de Tibantis. quoniã theriaca qñ datur cum eo, prohibet descensum istorum humorum, & sic dabis in potu de ea cùm tribus coadic eius, & sunt qui curant eum ea dolores aurium fortes, quando miscent cum ea modicũ vini dulcis, ꝙ portatur de Morchio. & melius in hac ægritudine est vt sumatur modicum lanæ & infundatur lana in ipsa, & distilletur in bucinium auris. & hoc est illud qđ generaliꝫ dixit Gale. super Democritũ in illis in quibus datur hæc medicina, & quãtum datur de ea, & in quo commiscet. & hoc, qđ est dictũ, incedit via profunda. i. non manifesta. antiqui tamen non tantum inquirebãt medicinas profunde. & hoc, quoniam loquebantur cum hoibus qui sciebant medicinas perfecte, & ille qui legerit qđ dixi, & quod sum dicturus, & intelliget bene vt sciat naturam theriacę, & operationes eius, & qñ sunt eius operationes, & cum quo operaꝫ, poterit declarare res istas declaratiõe vera, verbi gr̃a, dictum suum in febribus, quæ inuadunt vna die & interpolatis alia, et tremore maxime, sed si sunt cũ dolore, nõ poteſt intelligi in febrib⁹ simplicibus, quæ inuadunt vna die, & interpolatis alia, nisi de febribus indeficientibus diuturnis de materia frigida, & per dictum suum ægritudinibus, quę fiunt cum dolore oportet vt intelligatur dolor fortis, & alia accidentia fortia, quæ assimilantur venenis, & in dicto suo qđ dicit quòd apostema futurum adhuc sit in membris principalibus, vt in matrice, nõ oportet intelligi apostema calidum. & hoc est totũ qđ Gale. dicit super Democritũ vbi datur & quãtum datur ex ea. & inuentes ex dictis suis dari cõtra venena pondus duorum denariorũ, & pondus maius, hoc est albendaca, aliter albeslencas: sed hoc intelligitur ex dictis Gal. licet non bene sit declaratum. & vidi de aliquibus antiquorum, qui declinant esſe theriacæ & locuti sunt de ea ꝙ maior quantitas potus eius est quantitas albẽdaca, & minus, qđ de ea sumitur est quantum ægyptiaca faba. Author tamen illius libri, qui dicitur almathi, declaratione sufficienti dicit, vt detur in potu quantitas albendaca illi, qui morsus est à lacerto, cum ʒ. iiij. aquæ decoctionis mirrhę vel mentę, & est cõmunior & conuenientior & præcipit dari habenti caninum appetitum, cum .iiij. ʒ. vini, & in hydropisi tribus diebus, cum aceto lympharo, & habẽti lapidem in renibus, cum aqua apij, & habenti apostema durum in hepate vel in splene, cũ oxymelle squillitico, & cũ simplici tribus diebus in colica: & ponit in gradu superiori põdus albendacæ. i. põdus. 4. granoꝝ hordei, & ponit i gradu secũdo post ipsum pondus, qđ dixit metheala, & præcepit vt eius pondus detur illi, quem canis rabidus momordit, cum pondere vnius denarij de pingueꝺine picis, detur & illi qui sumpsit euphorbium in potũ, & optum, & ijs similia ex medicinis venenosis, & ponit gradum tertium pondus danich vsq; ad obolũ & præcepit illi, quem momordit scorpio in potu dari cum vino, & habenti inflationẽ stomachi, & strelmorum, & habenti tremorem, sicut in febribus. Et præcepit dari quantitatem unius faseoli, aut lupini vnà cum vino & aqua. & mesaat tremescit, & etiam icteritię quæ est ex genere hepatis & etiã splenis, & difficultati partus cũ ʒ. i. oxymellis squillitici, & præcepit in potu dari pondus unius danich cum aqua uel succo malorum illi, qui patitur iliacam, quando accidit ex peccato phlegmatis, vel quãdo accidit vertigo, detur quantitas vnius lupini cum aqua satyrię, & habenti paralysim vel torturam detur cum decoctione radicum, & contra lepram cum decoctione mentę & cõtra albaras detur cum aqua. v. radicum, uel cum aqua mellis, & præcipit ut detur in potu contra uenena magna, quãdo uisa fuerint accidenꝺta magna terribilia et manifesta, ʒ̃tras metheali. Verum hæc est quãtitas multa: & ideo melius est ut detur in potu non tota ista quantitas simul, sed diuiꝺatur in vicibus multis. & hoc est, qđ dicit author hic de potus eius quantitate, & dicitur ꝙ reprobatur in quibusꝺam & cum præcepit dari in morsu canis rabiꝺi metheala, & in apostemate hepatis & splenis, & contra appetitum caninum quantitatẽ albendaca. Et Auic. ponit quantitatem maiorem potus eius theriacæ fortis põdus methealas siue metheahi, & dedit in potu pluribus ægritudinibus quantitatem lupinorum cum medicinis q̃ prosunt ægritudinibus. & dant in potu quantitatem vnius fabę illi, qui patitur defectum vocis, & in ijs discordãt plurimi alij, sicut alius alter asserit. & hæc quantitas quam dicunt nõ confert omnibus hominibus tantum; sed oportet vt relinquatur æstimationi medici, quia theriaca diuersificabitur in quantitate potus eius secundum fortitudinem, & debilitatem infirmi, & debilitatem, & fortitudinem venent, & secundum fortitudinem, & debilitatem theriacæ in ætate sua, & secundũ complexionem infirmi, & regionem, & tempora anni, & secundum aerem corruptum in substantia & qualitate. quoniam isti aeri conuenit solum, & maxime cum aggregatur aliqua ex speciebus qualitatum venenosarum. & secundum locum morsuꝰ quæ accidit in corpore oportet diuersificare quãtitatem potus, quoniam omnia membra, vel loca non sunt æqualia. & hæc quidem manifesta sunt illi, q̃ vidit alabor. & melius quod potest fieri in hac re, est, vt sciatur vniuersale particularis eius, quo indiges. & illis quibus est melius vt eis detur theriaca, sunt decrepiti, quorum virtus est valde debilis, & post hos sunt senes, sed iuuenes non utantur ea multum nec parum nisi magnis casib⁹, et nisi apud magnam necessitatem, & ille cui præcipitur potus eius, bibat eam vino cocto, cuius tertia pars per decoctionem

diminuta

diminuta est: hoc est, propterea quòd vinum crudum prohibetur eis, scilicet Saracenis ex toto, & hæc necessitas introduxit eum ad hoc, & probauit se multum in hoc. Sed ego hic abbreuiaui, quod non est proficuum.

Quenam, & qualis theriaca bona sit. Cap. VI.

NVnc autem dico, quòd theriaca quæ est quatuor annorum non, habet virtutem theriacæ, quæ est in summo bonitatis, sed eius operatio est operatio aliarum medicinarum fortium: & possibile est quòd conferat, quæ est vnius anni: quoniam super ipsam iam transiuerunt quatuor tempora: & possibile est vt conferat quæ est sex mensium apud magnam necessitatem. & theriacæ operationes nõ mutantur, nec separantur ab ea spacio viginti annorum, & est in virtute sua. xl. annis, & minuit operationem suam vsq; ad. xl. annum, & non potest proficere nec complere operationes suas. & mutatur ætas theriacę secundum medicinas, ex quibus est compositа, quoniam si bona fuerit tenet suam virtutem bene, & si sunt malę minus seruant eam. Et oportet vt med, quod cum ipsa perficitur sit bonum, & vas etiam vbi recondita fuerit, & regio, vbi facta fuerit. Nunc autem quiescat postulatio, & sufficiat satisfactio secundum tempus. Laus sit Deo qui me comprehendi posse largitus est. Amen.

Auerrois tractatus de Theriaca finis.